



BUXTORFIUS
CHALDAICUM
TALMUTICUM





Buxtorfius

n chaldaicum, talmudicum


JOHANNIS BUXTORFI P
LEXICON
CHALDAICUM TAL-
MUDICUM ET
RABBINICUM
Nunc Primum
in lucem editum
a
JOHANNE BUXTORFIO F
Ling Hebr Professore
Cum Privilegio
BASILEÆ
Sumptibus et Typis
LUDOVICI REGIS
ANNO MDCXXXIX
SCRUTANDO ERUUNTUR

JOHANNIS BUXTORFII P.

LEXICON
CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM,

In quo

OMNES VOCES CHALDAICÆ, TALMUDICÆ ET RABBINICÆ quotquot in universis Vet. Test. Paraphrasibus Chaldaicis; in utroq; Talmud, Babylonico & Hierosolymitano, in vulgaribus & secretioribus Hebræorum Scriptoribus, Commentatoribus, Philosophis, Theologis, Cabalistis & Jureconsultis extant, fideliter explicantur,

Et copiâ ac delectu exemplorum Targumicorum, Talmudicorum & Rabbinicorum, eleganter declarantur;

Passim etiam, suis locis, Hebræorum & Chaldæorum Proverbia, Apophthegmata, Sententiæ, Ritus, aliaque ad Sacram hanc Philologiam pertinentia, ex propriis ipsorum libris producuntur, & explanantur;

Quamplurima denique Vet. & Nov. Test. loca ex Antiquitate & Historia Hebraica novè exponuntur & illustrantur;

Ut non solùm vulgaris LEXICI, sed amplissimi & instructissimi THESAURI PHILOLOGICI loco esse possit;

OPUS XXX. ANNORUM,

Nunc demum, post PATRIS obitum, ex ipsius Autographo fideliter descriptum, in ordinem æquabilem digestum, & multis propriis observationibus passim locupletatum; Reipublicæque Christianæ bono in lucem editum

à

JOHANNE BUXTORFIO FILIO;
Ling. Heb. in Acad. Bas. Prof. ord.

Cum Indice vocum Latinarum, & Locorum N: T: illustratorum.

Cum Privilegio.

BASILEÆ,

Sumptibus & typis Ludovici König, M. DC. XXXX.

JOS. SCALIGER.

SI QUEM DURA MANET SENTENTIA JUDICIS OLIM,
DAMNATUM ÆRUMNIS SUPPLICIISQUE CAPUT:
HUNC NEQUE FABRILI LASSENT ERGASTULA MASSA,
NEC RIGIDAS VEXENT FOSSA METALLA MANUS:
LEXICA CONTEXAT: NAM CÆTERA QUID MOROR? OMNES
POENARUM FACIES HIC LABOR UNUS HABET.

ILLUSTRIBUS ET POTENTIBUS

GRONINGÆ ET OMLANDIÆ ORDINIBUS,

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS, GRATIAM ET PACEM À DEO OPT. MAX. precatur

JOHANNES BUXTORFIUS FIL.

Cùm magna ſemper fuerit omnium eorum laus, Viri Illuſtres & Magnifici, qui humanioribus & politioribus literis ac linguis propagandis operam ſuam contulerunt; maxima certè jure meritoq; debebatur iis, qui ſacratioribus linguis, quibus Verbum Dei eſt comprehenſum, illuſtrandis, omnes ſuas curas & cogitationes impendunt. Quanto enim ſanctiſſimum Dei Verbum, ſcriptis humanis præſtat & præcellit, tanto præſtantius quoq; & nobilius eſt omne illud ſtudium, quod circa ejus illuſtrationem verſatur, quantumvis in ſpeciem vile ſæpè & perexiguum. *Ego ut verum fatear*, inquit alicubi D. Bernhardus, *jam olim mihi perſuaſi, in ſacri pretioſiq; eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam.* Nec otioſa proin vel ſupervacanea cenſenda eſt illorum opera, qui in minimarum etiam eloquii Divini particularum explicatione ſolidiore occupantur. Quales inter alios ſunt illi, qui vel per Scholia & Commentarios, vel per Lexica & Grammaticos libellos, literalem & genuinum Sacræ Scripturę ſenſum, ex linguarum ipſarum Originalium natura & fundamentis, ſolerter eruunt & ſcrutantur. Cùm verò hanc ad rem, ex omnibus in hoc univerſo linguis, nullæ majorem præſtare poſſint uſum, quàm Hebræa & Chaldæa, optimè certe omnes illi, & ſuis & aliorum ſtudiis, cõſulere videntur, qui linguis his ſolidiùs, ſeu diſcendis ſeu docendis, omnes ingenii ſui nervos intendunt. His duabus etenim linguis Sacræ Veteris Inſtrumenti Tabulæ ſunt conſignatæ, his duabus maximè linguis, quicquid uſpiam eſt ſcriptorum vel librorum Judaicorũ, eſt comprehenſum. Et tamen neſcio quo iniquo fato nunquam eam felicitatem aut dignitatem linguæ iſtæ hactenus aſſequi potuerunt, ut vel tam neceſſariæ & utiles ac cæteræ haberentur, vel pari ſtudio excolerentur. Ad unum vel alterum melioris notæ authorem Latinum vel Græcum enarrandum aut recenſendum, non piget multos, quantum eſt Latinorum & Græcorum authorum, evolvere, & quicquid ad ejus illuſtrationem momentum aliquod afferre poteſt, incomparabili ſtudio & diligentià conquirere & colligere: quotuſquiſque autem eſt, qui ad Sacrorum librorum illuſtrationem idem ſibi faciendum putet, & priſcos etiam Hebręos conſulendos ducat? Et cùm fœdus iſte neglectus atque contemptus univerſum hoc ſtudium hodie ferè occupet & comitetur, tum verò vel maximè Talmudicorum & Rabbinicorum

librorum lectionem adeò acriter invasit, ut perpauci reperiantur ex omni Hebraizantium Christianorum numero, qui eos audire & adire, vel velint vel valeant. Nolo nunc amplissimum illum campum ingredi, ut vel de contemptus hujus causis, vel è contrario de Rabbinici studii usu & utilitate in genere prolixe differam; unum tamen de Talmudico studio in hoc præloquio non planè intactum à me relinqui, & ad Patris mei τοῦ νῦν μακαρίτου, & ad meam quoque famam asserendam, pernecessarium esse duco. Nam cùm tantum apud multos Talmudis Judaici vigeat odium, ut vel ad solam ejus mentionem perhorrescant, vel omnia promiscuè quæ ex eo proferuntur, propter solum ejus nomen, condemnent & contemnant, valdè vereor, ne vel ipsum statim hujus libri frontispicium, dum LEXICON TALMUDICUM inscriptum vident, vel ejus argumentum, quod, post Chaldaicas in Sacra Biblia Paraphrases, magna ex parte in Talmudicarum vocum & rerum explicatione versatur, superstitiose eos offendat. Inutilem arbitrabuntur, imò Christiano homini vix dignam operam, Talmudis Judaici non duntaxat lectorem, sed & interpretem agere, atque ad ejus lectionem nostram juventutem tam operosè invitare & adjuvare, quòd illi potius modis omnibus supprimendum & exterminandū, atq; adeò flammis devovendum, vel undis submergendum censent. In promptu hîc sunt ipsis gravia præjudicia, quibus illud prægravant; quòd nempe plurima contineat absurda, fatua, fabulosa, falsa; multa apertè impia & blasphema cōtra Jesum Christum, & sanctissimam ejus matrem, contra Apostolos & Evangelistas; multa denique hæretica, & Christianorum religioni è diametro contraria & repugnantia. Non est instituti mei, Talmudis Judaici patrocinium suscipere, vel per omnia illud excusare: sed hoc duntaxat asserere, non etiam ex omni parte esse damnandum & abjiciendum, multaque utilia ex eo quoque, ut & cæteris Hebræorum scriptis, in Christianorum usum depromi posse. Et accusationes quidem prolatas quod attinet, nequaquam negamus, multa in eo contineri *absurda, fatua, & fabulosa*, quod ipsimet in hoc & aliis libris passim ostendimus; sed hoc interim etiam sciendum & dicendum, non omnia, quę imperitis talia videntur, esse talia. Prisca enim gens Judaica, pro more omnium Orientalium, arcana mysteria, per figuras & ænigmata, per jucundas & ingeniosas, lepidas & graves enarrationes, figmento & fabulis sæpè similes, explicabant, ut illis rudiores & simpliciorem plebeculam ad lectionem suaviter allicerent, & istis quasi illecebris artificiosè caperent; ingeniosum autem lectorem, ad scrutanda & explicanda profunda mysteria, sub specioso cortice latentia, pressiùs exercerent. Hæc apud imperitos, tam Judæos recentiores, quàm Christianos, antiquorum theologizandi & philosophandi modum ignorantes, in ludibria & blasphemias convertuntur, quę, non intellecta, sine judicio potiùs condemnantur, quàm ut cum judicio legantur & considerentur. Quis ignorat Poëtas gentiles, etiam gustum Christianismi habentes, Theologiam, Ethicam, Politicam, simili modo tradidisse, quorum tamen libri, ob eloquii venustatem, aliasque virtutes, à Christianis leguntur, imò tanquam pretiosa κειμήλια asservantur, & in Scholis publicè prælegunturf? *Impia & blasphema* quod attinet, contra Christum & sanctissimam ejus matrem, vel contra Evangelistas & Apostolos; unus est duntaxat liber Talmudicus, De Idololatria inscriptus, qui talia nonnulla continet, qui proinde totus ex editione Talmudis Basileensis, per ejus censores, Marcum Marinum, Italum Brixiensem, & Petrum Cevallerium, Professorem Hebrææ linguæ Genevensem, viros quibus inter Christianos tum in his literis doctiores nulli extiterunt, est exemtus. Deinde verum etiam est, in uno & altero adhuc loco Jesu Nazareni fieri mentionem; sed Judæi eum alium à nostro Christo ejusdem nominis esse volunt, qui centum & decem circiter annis, secundum illorum Chronologiam, ante ipsum vixerit, quod tamen nos contra ipsos ex aliis circumstantiis, alicubi in hoc opere in dubium vocamus. Proinde ne fraus Judaica, imperitiæ Christianorum in libris Talmudicis fucum faceret, omnis ista quoque historia ex editione Basileensi est

delcta.

deleta. Loca illa alicubi à nobis sunt annotata, non ad stabiliendas & confirmandas Judæorum blasphemias, sed ad eas detegendas, & deplorandam ipsorum malitiam, fraudes & imposturas in lucem producendas. Omninò enim Christianorum interesse videtur, & hæc ab illis non ignorari. *Hæretica & Christianorum religioni contraria* multa in Talmud reperiri, negari non potest. Constat enim, illos in præcipuis fidei articulis à nobis dissentire. Negant in Deo Personarū Trinitatem; sed de eo nulla peculiaris in toto Talmud contra Christianos est assertio vel dissertatio, simpliciter docentes illud Mosis; *Audi Israel, Jehovah Deus noster Deus unus est*, Deut. 6.4. In Articulo de Messia similiter errant, quem ipsi credunt venturum, Christiani, venisse. At verò hic & in aliis à Christianis erudiendi sunt & docendi, ut, dum eadem loca de Messia accipienda esse simul cū Christianis fatentur, etiam discant & convincantur ab iisdē, Messiam istum jam venisse, & eum ipsum esse, quē Christiani agnoscunt & colūt. Idem de Traditionibus humanis esto judicium: exemplo Jesaiæ & exemplo Christi doceantur, religionem ipsorum esse præcepta hominum, unde Deus sapientiam sapientum inter ipsos perdidit. Quod si itaq; Græcorum & Latinorum gentilium libri hactenus non sunt aboliti, quòd fidei & moribus Christianis cōtraria multa continent, sed inter nos cōservantur, ut linguis istis perfectiùs discendis & docendis inserviant, quis jure vitio vertet, eodem modo & fine libros Talmudicos & Judaicos inter nos retineri, & ad illorum lectionem juvētutem discendi cupidam, mediis autem & subsidiis hactenus destitutam, omnis generis adminiculis allici? maximè cùm ex his turbidissimis licet fontibus subinde aliquid etiam puri ad ubetiorem Verbi Dei illustrationem hauriri & proferri queat. Nequaquam enim, quod multi somniant, ita jam à Christianis interpretibus exhausti sunt illi fontes, ut nil sit posterorū diligētiæ & solertiæ relictum. Plura certè adhuc restant, quàm prostant. Sint modò, qui eos adire velint & possint. Utut ergo multæ sint inutiles quasi paleæ, multi furfures, in Talmud & aliis Judæorum libris: at omnia, quæ in iis traduntur, talia esse credere, præcipitatæ mentis est insania. Habent & illi utilia quandoque grana, & puram similam: sunt in illis quoque infinita è contrario bona, & Christianis utilia, comprehensa. Cujus rei testes sunt, Johannes Picus Mirandulæ Comes, Johannes Reuchlinus, Sebastianus Munsterus, Martinus Raymundus (cujus compilator fuit Petrus Galatinus) Santes Pagninus, Johannes Mercerus, Emmanuel Tremellius, Angelus Caninius, Joh. Drusius & alii, qui omnes magna harum literarum lumina fuerunt, & passim in suis scriptis multa egregia in Christianorū usum ex illis deprompserunt. Sunt enim in Talmud adhùc multa quoq; Theologica sana, quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Majemon alicubi loquitur, involuta: sunt in eo multa fida Antiquitatis Judaicæ collapsæ veluti rudera & vestigia, ad convincēdam posterorum Judæorum perfidiā, ad illustrandam utriusq; Testamenti historiam, ad rectè explicandos ritus, leges, cōsuetudines populi Hebræi prisci, plurimùm conducentiā. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Physica, Ethica, Politica, Astronomica, & aliarum scientiarū præclara documenta, quæ istius gentis & temporis historiam mirificè commēdant. Sunt in eo illustria ex antiquitate proverbia, insignes sententiæ, acuta apophthegmata, scitè prudenterq; dicta innumera, quæ lectorem vel meliorē, vel sapientiorem, vel doctiorem reddere possunt, & ceu rutilantes gemmæ nō minus Hebræam linguā exornant, quàm omnes Latii & Græciæ flosculi suas linguas condecorarit. Sunt in eo multæ vocum myriades, quæ, vel voces in Scripturæ Sacræ usu raras, illustrant, & nativè explicant, vel totius linguæ Hebrææ & Chaldææ usum insigniter complent & perficiunt, qui alioqui in defectu maximo mutilus & mancus jaceret. Sunt deniq; in eo quamplurima ad infinita Novi Test. loca quoad voces, phrases & historiam insigniter illustranda, maximum momentum habentia. Possent hæc singula, quæ extremis tantùm digitis attigimus, fusè deduci & amplificari, nisi id viris in hac lingua peritis & exercitatis aliunde notum, & passim in hoc quoque opere vivis exemplis jam demonstratum esset.

 Quocirca

Quocirca nequaquam vel inutilem, vel non necessariam operam insumpsisse cēseri debemus, si nos in Hebraicis & Chaldaicis literis idem, quod ante nos alii in cæteris linguis, Latina præsertim & Græca, præstitimus; ut videlicet jam nostro labore Juventus Hebraica discendi avida, sine suo labore, non minus ad perfectam illarum linguarum intelligentiam pervenire queat, & Hebræos atq; Chaldæos codices, qui hactenus plerisq; Christianis ignoti & occlusi erant, evolvere: præsertim cùm tantus hactenus hujusmodi subsidiorum fuerit defectus. Quamvis enim alii ante nos hoc argumentum tractare inceperint, ut Sebastianus Munsterus, Guido Fabricius Boderianus in Opere Regio Hispanico, David de Pomis Judæus in Italia, & Valentinus Schindlerus; tantū tamen abest, ut publico desiderio satisfecerint, sitimq; φιλεβραίων restinxerint, ut eam potiùs vehementiùs accenderint & adauxerint. Nam præter Infinitos vocabulorum defectus, & pravissimas illorū scriptiones & interpretationes, aliosq; innumeros errores, hoc in illis desiderabatur, quòd in nudis vocum interpretationibus substiterunt, neq; illarum usum, vel in diversis phrasibus (qui pro earum varietate insigniter etiam quandoq; variat) vel in rebus ipsis, ad vocum & phrasium intelligentiam scitu sæpe pernecessariis, ostenderunt. Unum enim idemq; vocabulum aliam apud Grammaticos, aliam apud Philosophos, aliam apud Theologos, aliam apud Jurisconsultos significationem nonnunquam obtinet, quæ differentia sine exemplorum praxi, & rerum quarundam explicatione, dextrè nullo modo expediri potest. Qui Rabbinorum libros & loquendi modos rectè vult intelligere, eum oportet non solùm linguæ & vocabulorum, sed & multarum rerum, consuetudinum, jurium, historiarum, atque adeò etiam nugarum Judaicarum, peritum esse. Quod itaque in aliis hactenus desiderari animadvertimus, id ut in hoc opere suppleretur, strenua à nobis navata est opera. Ita enim in hac materia tractanda versati sumus, ut unà cum vocum interpretatione & explicatione, simul in totius linguæ elegantiam, in rerum Hebraicarum cognitionem, librorumque Rabbinicorum usum universum, studiosus Lector veluti manu ducatur, & intromittatur.

Nam *Primò* plenissimum & perfectissimum exhibemus *Lexicon*, seu *Vocabularium*, omnes dictiones continens, quotcunq; uspiam in Hebræorum libris utraq; linguâ exaratis extant, unà cum nativis & genuinis illarum expositionibus & significatis Latinis. In utroq; quid supra cæteros Lexicographos præstiterimus, malo Lectorem in usu ipso experiri, quàm jactanter hic amplificare. Qui collationem instituere volet, deprehendet innumeras voces à nobis primùm, longo usu & assiduâ Hebreorum scriptorum lectione, collectas & observatas, quæ in cæteris Dictionariis nullibi comparent; infinitas ex iis, quæ apud alios quidē extant, sed depravatæ & corruptæ, restitutas; deprehendet etiam tantam in expositionibus quamplurimis differentiā, ut aliam linguam nos interdum tractare videri queamus. Has enim non ex cæteris vel Judæorum vel Christianorū Lexicis sine judicio exscripsimus, sed vel ex Hebræorum Commentariis excerpsimus, vel ex ipsorum locorum consideratione & collatione eruimus, vel denique ex ipsarum vocum origine & etymologia venati sumus, quod cum maxima sua non solùm utilitate, sed & voluptate, Lector experietur. *Secundò Etymologici* quoque vicem præstat hoc Lexicon, singulas voces, quantum fieri potest ad primas & veras suas origines referens, de quo ante nos nulli, vel certè parcissimè & rarissimè, cogitarunt. In Talmud, & Medraschim præsertim, plurimæ occurrunt voces peregrinę, ex aliis linguis, Græcâ potissimùm, petitæ, sed ita insigniter non tarò deformatæ, ut vix indicium aliquod nativæ ipsarum formæ appareat. Has plerasque ad suos fontes revocavimus, & orthographiæ suæ restituimus. Vocum Chaldaicarum ex Hebræis originem, & derivationis rationem, ubique etiam ostendimus & docemus. *Tertiò* continetur hic *Phraseologia* copiosissima & selectissima. Vocibus enim singulis ex Targumim sive Paraphrasibus Bibliorum Chaldaicis, ex Talmud, & vulgaribus Rabbinorum libris, exempla usum indicantia statim subjiciuntur,

ciuntur, sine quibus imperfecta & insufficientia sunt Lexica. Officium namque illorum non tantùm hoc est, ut nudas & simplices voces duntaxat Lectori sistant & exhibeant; sed præcipuè, ut usum & structuram illarum, pro diversitate phrasium, locutionum, aut materiarum, ostendant, & ad aliquid novi scribendum, inveniendum & excogitandum, materiam suppeditent, quod in his linguis à nullo hactenus tentatum, nedum præstitum. Atque in Targumicis quidem exemplis ea methodus est observata, ut secundum vocum accidentia, eorumq; ordinem, ut in Lexicis Biblicis, illa sint disposita: in Talmudicis verò & Rabbinicis ea ratio tam accuratè observari non potuit; attamen singularis in illis habitus est delectus, ut singula ferè exempla aliquid peculiaris vel usus, vel elegantiæ, vel doctrinæ habeant. *Quartò* enim studuimus, ut simul παροιμιολογίαν & γνωμολογίαν seu ἠθολογίαν studioso Lectori exhiberemus. Hinc quotiescunque ferè observare potuimus, vocis aut phraseos alicujus usum, vel in eleganti aliquo adagio, vel gravi & illustri quapiam sententia occurrere, illas præ cæteris, veluti pretiosissimas gemmas & suavissimos flosculos, inseruimus, quæ Opus hoc non solùm ornarent & illustrarent, sed & Lectori tanto magis commendarent. Quantum ista res momentum habeat ad Orationis alicujus γένεσιν, ejusdemque decentem ornatum, ex lingua Græca & Latina judicium fiat. Sine harum certè cognitione, de linguarum ipsarum usu nemo gloriari, de illarũ elegantia nemo ritè judicare potest. Hic autem si quis adverterit, inveniet in unico hoc libro majorem multò sententiarum & proverbiorum Hebraicorum & Chaldaicorum numerum, quàm in universis hactenus editis, & mihi quidem visis, Christianorum libris. *Quintò* deniq; φιλολογίας hujus sacræ praxis ostenditur, quâ ratione hoc genus studii vel ad Hebræorum authorum utilem lectionẽ, vel ad Historiæ sacræ & prophanę usum, vel ad alia, accommodari queat. Hinc ex occasione unius vel alterius vocabuli aut loci, breves sæpè sunt institutæ digressiones & dissertationes, de certis quibusdam consuetudinibus, ritibus, vel de locorum quorundam peculiaribus interpretationibus, vel de aliis variis rebus, ex quibus, quâ ratione in Hebræorum scriptis versari, quidq; potissimùm in illis observare debeant, studiosi addiscant. Atq; hæc omnia ita sunt pertractata, ut nullum vocabulum nullumque exemplum sit adductum, nulla sententia producta; summa nihil quicquam dictum, quod non continuò Hebræorum authoritate & testimonio sit confirmatum: Exempla ex Targumim, quibus in capitibus & versiculis contineantur, indicatur: Talmudica, suos adscriptos habent libros, folia & columnas. Idem observatũ in Rabbinicis, quod in nullo alio ante nos visum. Hujus autem rei usus non solùm hic est, ut exempla authoritatibus suis confirmẽtur, & ex iis fidelitas interpretationis dijudicetur; sed etiam, ut studiosus lector erudiatur, in quibus libris, & apud quos authores, de hac vel illa materia aliquid reperire queat. Verba enim sunt notæ rerum: ubi frequens vocabuli alicujus usus, illic & de re ipsa communiter solet agi. Hæc autem cuncta & singula ex Hebræis authoribus eruere, colligere, disponere, describere, ad sua queq; loca referre, quanti laboris, tædii, temporis, & patientiæ fuerit, soli ii aliquo modo novisse possunt, qui similes labores subierunt & experti sunt, satis autem vix quisquam rectè expendere. Nullus enim Christianorum hactenus istam viam hac ratione nobis præivit, vel materiam aliquã suppeditavit, nisi fortè in maculis eluendis & erroribus corrigendis; quo ipso plus sæpe cursum nostrum retardarunt, quàm promoverunt. Hinc factum, ut in tot annos Opus hoc præter spem & opinionem nostram fuerit protractum. Trigesimus enim nunc annus vertitur, ex quo Pater meus b.m. maximorum virorum suasu & rogatu, primitùs hanc telam est orsus, Anno videlicet infelicissimi & literis funestissimi hujus sæculi, M DC IX. quam per viginti annos, (quamdiu sc. per fata licuit) immensis laboribus & sudoribus continuavit; ita tamen, ut aliquoties alia interspersit, sed talia, ex quibus huic quoque nascenti operi subinde aliquid incrementi & augmenti accessit. Et quamvis nihil magis in votis haberet, quam ut huic monu-

(*) 4 mento

mento,in quo magnam melioris suę ætatis partem insumpsit,ipsemet ultimam manum,atque ita huic studio supremum quasi culmen imponere posset, ad quod hoc unicum adhuc subsidium desiderari videbatur; aliter tamen visum est ei; qui de nostris votis & conatibus pro suo arbitrio disponit, DEO OPT. MAX. Eousq; quidem ab eo vivente fuit perductum, ut totam Alphabethi seriem perfecerit & absolverit, atq; ita sceleton totius operis reliquerit, sed multis partibus mutilum & imperfectum. Nam cùm initio hos labores aggrederetur, nequaquam tam completū & diffusum opus,sed brevem tantùm Epitomen ad formam Lexici sui Hebraici proponere cogitavit: unde factum,ut ultra dimidium literarum ordinem eam rationem tenuerit & observarit. Cùm verò ulteriùs progrederetur, &, quid in cæteris Lexicis desideraretur, quaque ratione defectus isti suppleri possent, quotidiano usu & experientiâ edoctus, magis magisq; videret, animus ipsi cum laboribus crevit; perfectum & absolutum systema concinnandi, quod ad omnes authores, omnesque in hoc studio usus posset sufficere. Tum demùm exempla copiosiùs cæpit conquirere, Targumicum, Talmudicum & Rabbinicum usum accuratiùs distinguere, Aruch, quod Lexicon est Talmudicum Judæorum, sed Christianis hactenus æquè ac Talmud ipsum inaccessum & impervium, diligētiùs excutere, in loca authorum ipsa inquirere, eademq; cum librorum nominibus & paginis adscribere,& quæcunq; ex assidua lectione nova & notatū digna occurrerent,suis locis addere. Cùm autem absolutis ultimis literis,cogitaret præcedentes quoq; in eandem formam redigere,& cæteris æquales reddere,inevitabili Fati lege,in secunda litera Beth calamum deponere,& cursum sistere jussus fuit Anno M DC XXIX. Unde factum, ut & in inextricabili ferè confusione & maxima inæquabilitate Opus post se reliquerit. Itaque ne tot annorum immensi labores inutiliter perirent,præcipuè verò,ut & supremo Parentis voto, & publico virorum doctorum desiderio satisfacerem, divinâ fretus gratiâ, sepositis omnibus aliis studiis & cogitationibus, huic uni per aliquot annos totum me consecravi, & operi huic perficiendo & perpoliendo omnibus viribus incubui; antecedentes Parentis labores adhuc confusos in ordinem redegi, quæ restabant, adhibitis, quæ ad manus erant,subsidiis,ad eundem modum & methodum pro virili sum prosecutus, nihilq; adeò,quod quidem in me erat,reliqui feci, ut quàm absolutissimè in lucem prodiret. Fuerunt, qui mihi authores essent,ut ea quæ de meo addidi, peculiari charactere vel signo distinguerem: sed in ejusmodi Opere, quod infinitis penè additionibus, detractionibus,mutationibus, efformandum & perficiendum fuit, id vix fieri posse videbam,neq; etiam multis de causis id consultum fore duxi. Maneat Parenti sarta tecta gloria Authoris: sufficiet mihi, si Editoris haud incommodi laudem promeruero. Fidei certè & diligentiæ à me adhibitæ testes habeo Deum & conscientiam meam.

Sub Vestro autem patrocinio, Viri Illustres, Opus hoc lucem adspicere, & in publicum prodire, non sine gravibus & ponderosis rationibus volui. Prisci mortales, quod æternum cunctisq; venerandum esse voluerunt, numini cuipiam dedicarunt, ut vel religio hominum petulantiam deterreret ab injuria. Exemplum hoc à lucis, à templis paulatim demigravit ad studia, ut, si quid novi operis pararetur editioni, celebri cuipiam gratiosoq; nomini dedicaretur. Hinc illud Aristidis Adrianei dictum; Τὺς μεν νέως τοῖς θεοῖς καθιερῶν, τὺς δ' ἄνδρας τὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾷ. Æquissimè sanè & rectissimè! Quid enim æquius, quàm literis eorum virtutem celebrare, quorum gratiâ & authoritate suus honor, suumque decus illibatum illis constat? quid justius, quàm eorum memoriam literarum monumentis æternitati consecrare, quorum munificentiâ vivunt vigentque literæ? quid denique convenientius, quàm literarum illorum nomini Templum dicare, qui literis, ut sanctè & intemeratè colerentur, templum magnificum erexerunt? Quo nomine Vos, Viri Magnifici & Amplissimi, summo præconio, quinimò æterna laude concelebrandi estis. Nam cùm Martiis his temporibus Musæ ubiq; profligentur, Pietas in exilium relegetur, Bonæ

literæ opprimantur & intereant; vos contrà, ut Pietas constabiliatur, Musæ floreant, & Bonæ literæ conserventur, sapientissimè & laudatissimè providetis. Hoc quippe fine, ante non ita multos annos, novam ACADEMIAM in urbe vestra GRONINGA munificè fundastis, magnificum ædificium & Musarum Templum in ea exstruxistis, Viris doctissimis & literatissimis, longè etiàm lautissimis stipendiis evocatis, eam ornastis, &, ne uspiam vestra liberalitas claudicaret, publico etiam hospitio Academico auxistis, in quo, qui tenuioris fortunæ essent, vestrâ benignitate gratiosè sublevarentur. Quis hanc Vestram Pietatem satis venerari, vestram hanc Prudentiam satis admirari, Vestram hanc Benignitatem satis deosculari, Vestram denique hanc Munificentiam satis deprædicare possit? Tanta certè hæc sunt singula, ut ad ea dignè describenda, ne dum justè amplificanda, disertissimorum quoq; hominum vis & facultas deficiat, omneq; eloquentiæ flumen exarescat. Itaque cùm & mihi hic verba desint, major laus erit, ut in omnibus rebus magnis, silere, quàm infra rei dignitatem dicere. Interim ut testatum facerem, & me inter illos esse, quos Vestra hæc insignis Pietas, Virtus & Prudentia, in amorem & admirationem Vestri rapuit, Illustrissimo Vestro Nomini, Opus præsens, viginti annorum decursu à Patre meo b.m. adfectum, decennali operâ à me confectum & in lucem editum, humiliter inscribere & dedicare volui, ut vel in eo, quamdiu illud vivet, ILLUSTRISSIMI ORDINES GRONINGENSES inter non postremos ACADEMIARUM CONDITORES ET CONSERVATORES immortali encomio legerentur. Animum mihi ad hanc rem addidit, quòd compertum haberem, hæc linguarum Orientalium studia inprimis apud Vos, ut in toto Belgio, in honore esse & pretio. Nam ad ceptos hos labores paternos prosequendos & perficiendos, insigne mihi calcar est additum ex vestra quoque Academia, à præcipuis ejus luminibus & columinibus, Viris Venerandis & Dignissimis, D. FRANCISCO GOMARO & D. HENRICO ALTINGO, Theologis celeberrimis, meorumque studiorum olim Heidelbergæ & Dordraci directoribus, nunc Fautoribus & Amicis honorandis, qui, ut complures alii, suis quoque literis ad id me seriò cohortari voluerunt. Tantorum virorum monita vel ideò non contemnenda mihi esse duxi, quia & ipsi sunt harum literarum & linguarum peritissimi, quod, præter alia profundæ eruditionis suæ documenta, Venerandus senex D.D. GOMARUS vel nuper satis superque declaravit in LYRA sua DAVIDICA, in qua, à temporibus Prophetarum collapsam, & per tot sæcula sepultam Prosodiæ sacræ rationem & artificium, primus ingeniosissimè & sagacissimè detexit & aperuit. Horum itaq; Virorum Clarissimorum in me favore, meoque mutuo erga illos amore, etiam factum, ut tanto magis animo & affectu ad vos ire gestiverim. Quæ ergo hactenus Vestra fuit erga literas & literatos percelebris Virtus, erga Deum ejusque Verbum, cujus illustrationi hic noster labor ancillatur, Pietas, gratioso quæso vultu libri hujus Dedicationem, quam veluti Tabulam sacram, pii Parentis manes, humiles Filii manus, ad excelsam Vestræ Virtutis, Vestræ Pietatis aram, devotè appendunt, accipite, atque in tutelarem Vestram protectionem benignè suscipite. Hoc ut à vobis debitâ observantiâ & submissione contendo: ita Deum supplex veneror, ut Rempublicam Vestram in pace, Academiam in flore, Ecclesiam in sancta unitate & concordia, Vosque omnes & singulos in læta tranquillitate & prosperitate, quamdiutissimè ad suam gloriam & publicum bonum, clementer conservare velit.

Basileæ mense Febr. ANNO M DC XXXIX.

OBSERVATIONES QUÆDAM COMMUNES DE VOCUM Chaldaicarum ex Hebræa lingua derivatione.

Chaldaica lingua plerasque voces cum lingua Hebræa, origine communes habet, sed eas differentes facit, vel Flexione vel Formatione.

Flexio consistit in vocum declinatione vel conjugatione, quam Præcepta linguæ Chaldaicæ declarant.

Formatio differens consistit, primò in literarum Radicis *vel* commutatione, *vel* transpositione: *secundò in literarum Radicis vel* detractione *vel* adjectione: *tertiò in* vocalium transmutatione.

Commutatione literarum.

Commutatio literarum præcipua est, & præ reliquis speciebus multiplex. Primò, Literæ homogeneæ sive unius organi in pronunciando, & facilè & crebrò inter se permutantur. Sic literarum quiescentium אהוי libertima est permutatio: Sic palati, linguæ, dentium & labiorum, ut ex sequenti ordine alphabetico patet.

א in י: *ut*, ראש · רֵישׁ, *caput*, שְׁאוֹל · שִׁיוֹל *sepulchrum*, אֵימַר *Dicam*: Item in ה: *ut*, קְרָא · קְרָא *Vocare*: Item in ו: *ut*, אֲבַד *perdere*, לְהוֹבָדָא *Ad perdendum*, *ab* אֲבַד *perire*: הוֹבַד *perdi*.

ב in פ ex lege literarum labialium: *ut*, בַּרְזֶל · פַּרְזֶל *ferrum*: פְּצַע · בְּצַע *Scindere, vulnerare*, נָשַׁב · נְשַׁף *flare*. Item in ו: *ut*, הַוְנָא *Intelligentia*, *à* בּוּן *Intelligere*.

ג in כ ex lege literarum palati: *ut*, גָּפְרִית · כִּבְרִית *sulphur*.

ד in ט ex lege literarum dentium: *ut*, דִּבָּה · טִבָּה *infamia, fama*.

ח in א vel י frequentissimè in Verbis quiescentibus tertiâ radicali: item in ו. Item in ע: *ut*, קָרָה · אֲרַע *Evenire*.

ז in ד: *ut*, זָהָב · דְּהַב *aurum*: זָבַח · דְּבַח *sacrificare*: זֶה · דְּא *istud*.

י in ו frequentissimè in Verbis à י incipientibus.

כ in ק: *ut*, כָּפַל · קְפַל *duplicare*: כּוֹבַע · קוֹבַע *galea*.

ל in ר & contrà, quam commutationem quasi naturalem, etiam à pueris discimus: *ut*, אַלְמָנָה · אַרְמְלָא *vidua*: אֲרוּ · אֲלוּ *ecce*.

ם in ן ex liquida ipsarum in pronunciando natura. Id in Nominibus pluralibus masculinis perpetuum est, quomodo & Hebraicè talia quædam sunt: *ut*, חַיִּים *&* חַיִּין *Vita*, מְלָכִים · מַלְכִין *reges*, *& similia*.

נ in ל: *ut*, נִשְׁכָּה · לִשְׁכָּה *cubiculum*, אַלְמָנָה · אַרְמְלָא *vidua*.

ס in ש, & contrà, frequentissimè. Rariùs in שׂ: *ut*, כָּנַס · כְּנַשׁ *congregare*. Item in ז: *ut*, סוּר · זוּר *recedere*.

ע in ק: *ut*, אֶרֶץ · אַרְקָא *terra*, עֵץ · קִים *lignum*: item in א: *ut*, עֵץ · אָע *lignum*, זֶרַע · זְרָא *semen*.

צ in ע: *ut*, אֶרֶץ · אֲרַע *terra*, צֹאן · עָאן *Ovis*, עֵץ · אָע *lignum*, צוּק · עוּק *angustia affici*, רָצָה · רְעָא *velle*: item in ט: *ut*, יָעַץ · יְעַט *consulere*, קַיִץ · קִיט *æstas*: item in ס: *ut*, עֵץ · קִיס *lignum*.

ק in ע vel א: *ut*, קָרָה · אֲרַע · עֲרַע *Evenire*. Item in כ: *ut*, תָּקַן · תְּכַן *Ordinare*.

ר in ל, ut suprà in litera ל.

ש in ט: *ut*, קָשַׁר · קְטַר *Ligare*. Item in ת frequentissimè: *ut*, שֶׁלֶג · תְּלַג *nix*: שָׁלֹשׁ · תְּלָת *Tres*: שִׁשִּׁים · שִׁתִּין *Sexaginta*. Item in ס: *ut*, שָׁמַר · סְבַר *Custodire*. *Inde Euphrateorum dialectus* שִׁבֹּלֶת · סִבֹּלֶת, Jud. 12.

ש in ס: *ut*, עֲשָׂרָה · עַסְרָא *decem*.

ת in ט: *ut*, תָּעָה · טְעָה *errare*. Et in ן in Nominibus pluralibus fœmininis: *ut*, גְּבוּרוֹת · גְּבוּרָן *potentia*.

Transpositione literarum.

Transpositione literarum: *ut*, חֵלֶק · חֲקַל *ager*, שַׁעַר · תְּרַע *porta*, *ubi & ש mutatum in ת, ut antè positum*.

Adjectione literarum.

Literarum adjectio fit vel ab initio, vel in medio vocis. Ab initio, עָבַד · שַׁעְבֵּד *servire*, חָלַף · שַׁחְלֵף *permutare*, גִּלְגֵּל · סַגְלְגַל *rotundus*: רִיק · סְרִיק *inane*. *Sic Hebraicè* לֶהָבָה · שַׁלְהֶבֶת *flamma*. In medio, שֵׁבֶט · שַׁרְבִיט *sceptrum*, כִּסֵּא · כּוּרְסְיָא *solium*, רָפַד · רְמַסֵּר *ratis*, עָרֹל · עַרְטִל *nudus*. *Sic Hebraicè*, שַׁאֲנָן · שַׁלְאֲנָן *viridis*.

Detractione literarum.

Detractione, ab initio: *ut*, אֶחָד · חַד *unus*, אֱנוֹשׁ · בַּשׁ *homo*. A' fine, בַּיִת · בֵּי *domus*, שַׁבָּת · שַׁבָּא *sabbathum*, הָקִים · אוֹקֵי *statuere*, מַלְכוּת · מַלְכוּ *regnum*, שֶׁבַע · שְׁבַע *septem*. *Sic* יֵשׁוּעַ, *unde Judæi dicunt* יֵשׁוּ.

De vocalium mutatione.

Kametz initiale sive penultimæ syllabæ communiter mutatur in Scheva, tam in Verbis quàm Nominibus: In Nominibus verò etiam ultimum Kametz ante consonam mobilem mutatur in Pathach: *ut*, פָּקַד · פְּקַד *præcipere*, בָּשָׂר · בְּשַׂר *caro*.

Tzere & Sægol penultimæ syllabæ in Nominibus mutatur in Scheva, & Sægol ultimum in pathach: *ut*, סֵפֶר · סְפַר *liber*, כֶּסֶף · כְּסַף *argentum*.

Cholem in Participiis & Nominibus frequentissimè transit in Kametz: *ut*, פּוֹקֵד · פָּקֵד *præcipiens*, פּוֹקְדוֹת · פָּקְדִין *præcipientes*: עוֹלָם · עָלַם *quod &* עָלַם *apud paraphrastas*: כֹּהֵן · כָּהֵן *sacerdos*; קוֹל · קָל *vox*, אוֹת · אָת *signum*. *Forma* קֹדֶשׁ *transit in* קֻדְשָׁא · קוּדְשָׁא *vel* קוּדְשָׁא, *ubi* ו *primitùs erat duntaxat index vocalis o vel u brevis, id est, Kametz-chatuph vel Kibbutz, sed qui vocales ascripserunt, id in scriptura reliquerunt, unde scheva sequens nihilominus mansit quiescens. Idem accidit ei, quando cum Cholem loco Kametz-chatuph vel Kibbutz notatum est. Sic & litera* י *sæpissimè in scriptura mansit, cùm adjectu vocalibus tolli debuisset: erat enim index vocalium, quæ cùm accederent, ei non debebat ampliùs dari locus*

Schurek in Participio Pahul transit in Chirek: *ut*, כָּתוּב · כְּתִיב *scriptum est*, קָרוּא · קְרִי *legitur*.

Pathach in Nominibus formæ טַעַם, *ut* טְעֵם *ratio*. *Sic* בַּעַל · בְּעֵל *& contractè* בֵּל.

Sægol antè explicatum.

Similia diligens lector & Grammatices studiosus observabit & notabit.

In Theſaurum ſacrum philologicum

Rever. & Clariſſ. Viri,

D. JOHANNIS BUXTORFI,

Hebræarum literarum Doctoris ſolertiſſ.

Affinis & Collegæ honoratiſſ.

M. LUDOVICI LUCII

Elegidion.

NOſcere qui cupiat ſacri myſteria Verbi,
Nec velit à ſenſu devius eſſe ſacro:
In vim verborum priùs hic inquirat, oportet,
Et phraſin aſſueſcat condidiciſſe Jova.
Sunt voces ſacræ ſacrarum ſymbola rerum:
Abſque his illarum cognitio eſſe nequit.
Cognitio veri munus eſt venerabile valdè;
Per quod ſe verè prodit imago Dei:
Nemo ſed aſſequitur facilè, nam, quò magis eſt res
Sacra, magis gravis eſt, difficilisq́ nimis.
Ingenii hæc celata latet caligine craſſâ:
Falſorum moles hanc quaſi nocte premit.
Quamquia Mortales malunt præponere luci;
Ignares tot habet Mundus ubique viros.
Aſt ſapiens ex his tenebris, in lucis apricum,
Philologus verum ducit, & arte probat:
Philologus, cui res curæ, pia grammata cordi;
Aurum, qui, quantùm diſtet ab ære, docet.
Qualis, BUXTORFI, vir es admirandus in ævum;
Qui Linguæ ſanctæ cognitione vales,
Adq́ hanc Diſcipulis duxes: quos voce fideli
Inſtituens, veri pellis inire viam:
Ac res diverſas rectâ ratione coaptas,
Verbaq́ cum rebus conſona cuncta facis.
Dum Paraphraſtarum ſacrorum ſenſa recludis;
Et Rabbinorum dogmata verſa notas.
Naturæ bona dona tua quis dicere poſſit?
Indeſeſſa canat quis meditata tibi?
Quæ tibi ſi ſoli tantùm retinere placeret;
Utilitas tenuis, gloria parva foret.
At nunc non deſoſſa tenes tibi credita dona:
Omnibus expendis, qui modò cunque petunt.
Nil equidem puerile doces: aperire laborans,
Senſa quibus pateant, myſtica verba Dei.
Sic, quæ nunc ſtolidis ſpreta eſt ſacra Lingua diebus,
Incipiet, duce te, rurſus amore coli.
Sic tibi devinctos reddes Pietatis alumnos:
Gloria ſic conſtans ſtabit ubique tibi.
Sic te, qui tua committis bona ſemina multis,
Ceu Solem, faciet lumen habere Deus.
Hic idem, precor, hunc vertat feliciter annum;
Atque à te clemens arceat omne malum!
Augeat ille tuas vires, ac dona docendi;
Viventem placidè ſervet & ille diu!

Poſtrid. Natalis Domini, inchoantis annum 1639.

אליהו עלה שמים לא חדל
היות בארץ באלישע רוחו גדל :
ורבינו יוחן בוקשדורף יה שלקחו
בקרב בן יחיד הן עתה חי רוחו
אשר מורה בלשון קדש בעיר בזאל
מלמד דברי תורה לבני ישראל :
והנה זה ספר בוקשדורף האב חברו
בימינו הוציא בן נחמד ויקרו
מפרש בו תרגום כתוב בלשון כשדים
וחכמת רבנן גם חכמת תלמודיים
ועתה פה קרבו שתורה חפציכם
קנו נא הספר המאיד עיניכם:
ואתה איש גדול מורה סוד בחורים
אהובי עמלת תאכל מעבורים
ראה בשלום ציון גם בבני בניך
תהי ברכת שדי לעד את פניך :

JOH. JACOBUS WOLPHIUS, LING. HEBR. ET GR. IN SCHOLA Tigurina Professor.

JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON

CHALDAICUM TALMUDICUM ET RABBINICUM.

א

אאורך HÆc vox in Lexico Talmudico Aruch prima eſt, propter duo א, à quibus incipit. Adducitur autem non tanquam vox ſignificativa, aut cujus ſignificatũ explicare ſibi author Lexici propoſuerit, ſed propter cõtroverſiam, quę de ejus ſcriptione in Gemara à Doctorib. Talmudicis movetur. Diſputant enim, an qui duas literas in Sabbatho ſcribat, peccet propter violatum Sabbathum. Traditio proponitur talis: הכותב שתי אותיות בין בימינו בין בשמאלו בין משם אחד בין משתי שמות בין משתי סימניות בכל לשון חייב, id eſt, Scribens (in Sabbatho) duas literas ſive dexterâ ſive ſiniſtrâ, ſive ex uno vocabulo, ſive ex duobus, ſive ex duabus ſignaturis in quacunque lingua, reus eſt, ſcil. violati Sabbathi, in lib. Schabbath, fol.103.1. De ſenſu hujus Traditionis Doctores in Gemara diſputant. Rabbi Jehuda ſtatuit, ſi quis ſcribat duas literas, quæ aliquod ſeparatum nomen aut vocabulum conſtituant, veluti שש, תת, דד, aut ſimiles, is reus eſt violati Sabbathi. At ſi quis ſcribat duo Aleph vocis אאורך, quidam opinatur, eum non fieri reum, quia duo Aleph nihil per ſe ſignificant. At R.Schimeon diſtinguit ac dicit, ſi ſcribat duo Aleph בגלטורי in amuletis ac ſchedis magicis, tunc peccat. In amuletis enim duæ iſtæ literæ aliquid certi ſignificant, veluti אמן אמן Amen, Amen, vel poſſunt denotare duo nomina Angelorum, aut nomina divina אדני אלהים, aut ſimile aliquid, prout voces multæ in talibus pergamenis nudis initialibus literis ſcribi ſolent, ad tegendas magicas aut ſuperſtitioſas artes. Gloſſa Talmudica vocem Talmudicam גלטורין explicat per vulgatã Rabbinicam קמעין. Et ſic in Aruch. Eſt autẽ קָמֵעַ Amuletum, ſcheda membranaceà, magicis literis & characteribus, ac ſuperſtitioſis vocibus conſcripta, ac de collo ſuſpenſa, ad abigendos morbos aut alia mala. Author Aruch ergo non explicat vocem אאורך, ſed vocem גלטורין. Quid autem אאורך ſit, adhuc quærendum. In Talmud etiam non explicatur, & præterea non per ו, ſed per ר in medio ſcribitur, אארך. Falſi ergo ſunt, qui hanc vocem idem volunt eſſe, quod גלטורין ſive קמעין, Amuleta, chartas experimentales, brevia, ſchedas membranaceas, aut quo alio nomine vocari poſſint. Puto ego non eſſe vocem peregrinam, ſed vocem Biblicam exempli loco adductam, nempe אַאַזֶּרְךָ Jeſa.45.5.

אארא Hæc vox eſt ſecunda in ordine literæ א in Aruch poſita, itidem propter duo א, à quibus incipit. Apud Talmud. autem ſcribitur אוירא. Vide ergo eam infrà in אור.

אָב *Abh ſive Aſ*, nomen menſis quinti, qui à novilunio *Julii* noſtri incipit, ipſiq; in ordine reſpondet, à Martio incipiendo, qui primus menſis ratione ſacrorum Hebræis à Moſe inſtitutus eſt, Exod.12. Hinc in Targum: עַל דִי פְּסַקוּ לְמִפַּק בַּחֲמֵשָׁא עֲסַר יוֹם בְּאָב eò quòd ceſſarunt exire (ad feſta) decimo quinto die in Af, Thren. 1. 4. Item בְּאָב לָא In Julio non, quia in eo ceſſarunt mortui deſerti, Eſth.3.7. in ſecundo Targum: וַהֲוַיָא לֵילְיָא תְּשַׁע יוֹמִין בְּאָב הֲוָה Iſta autem nox nono die menſis Julii fuit, Thren.1.2.

אֲבַב *Fructum producere*. Partic. דִי בְּאוּל מְאַבְּבָא Quæ in principio fructus producit, Hoſ.9.10.

אִבְּבָא *Fructus, Proventus*: Plural. emphat. בִּירַח מִיסַּף אִבְּבַיָּא In menſe collectionis fructuum, Hebr. בְּיֶרַח בּוּל In menſe Bul, qui eſt menſis octavus, 1.Reg.6.38. Bul hîc menſis nomen eſt, alias etiam eſt Fructus, Proventus.

אִבָּא & Dageſch reſoluto in נ, אִנְבָּא *Idem*: וְאַחֲזִיאוּנוּן יַת אִבָּא וְאַרְעָא Et oſtenderũt ipſis fructum

ctum terræ, Hebr. אֶת פְּרִי הָאָרֶץ, Num.13.27. Sic פרי, quando cum ארץ vel אדמה jungitur, plerumque transferri solet, וַעֲבַדוּ פֵּרִי אִבָּא Et fecerunt fructum proventus, Hebr. תבואת, Psal.107.37. וְאִבָּא דְאַרְעָךְ Et fructum terræ tuæ, Deut.7.13. Sic Deut.28.18. וּבְאִבָּא דְאַרְעָךְ Et in fructu terræ tuæ, Deut.28.11. וְאַיְתִי קַיִן מֵאִבָּא דְאַרְעָא Et attulit Kain de fructu terræ, Genes.4.3. וּבְכָל אִנְבִּי תְּלַפָּא Et omnem proventum meum evelleret, Hebr. תְּבוּאָתִי, Job.31.12. אִבְּבוֹן תַּצְלְחוּן Fructum vestrum prosperè feretis, Ezech.36.8. יְהֵי כָל אִבֵּיהּ קֹדֶשׁ Erit omnis fructus ejus sanctus. Jonathan, אִנְבֵּיהּ cum נ loco Dagesch, Lev.19.24. & sic וּבַדַּרוּ אִנְבֵּהּ Et dispergite fructus ejus, Dan.4.11. וְאִנְבֵּהּ שַׂגִּיא Et fructus ejus plurimus est, Dan.4.9. וְתִתֵּן אַרְעָא אִבַּהּ Et dabit terra fructum suum, Levit.25.19. וְיֵיכְלוּן אִבְּהוֹן Et comedent fructum earum, Jesa.65.21. Sic Amos 9.14. וְאִכוּלוּ אִבְּהֵן Et comedite fructus ipsarum, Jesa.37.30. Apud *Talmud.* מן אובו של אילן A fructu arboris, Bava Kama fol.81.1. Sic Glossa, מפריו כלומר מענפין הדקין Ex fructu ejus, hoc est, ex ramis tenuioribus. Baal Aruch in חב secūdo legit מחובו, & explicat, מענפין בצדדין שמחבין האילן A ramis qui sunt in lateribus, qui tegunt arborem. Huic lectioni favet, quod apud Syros חבובא Act.28.3. & חבתא 1.ad Cor.3.12. in simili significatione reperitur.

אֲבִיב, אִבִּיב *Arista, Spica*: Meton. *Grana aristæ*: ut, אֲרֵי סַעֲרָא אָבִיב Nam hordeum erat spica, id est, spicatum, excreverat in spicam, Exod.9.31. אָבִיב קָלִי בְּנוּר Spica tosta igne, Lev.2.14. Hinc est *mensis Martii nomen*, qui aliás נִיסָן dicitur, quòd tunc hordeum legitur fuisse spicatum, quasi *mensis spicarum*, Exod.9.31. Chaldaicè dicitur אַבִּיבָא: ut, אַתּוּן נָפְקִין בְּיַרְחָא דְאַבִּיבָא Hodie vos exitis in mense spicarum sive Martio, Exod.13.4. לִזְמַן יַרְחָא דְאַבִּיבָא Ad tempus mensis Abbiva, אֲרֵי בְּיַרְחָא דְאַבִּיבָא Nam in mense Abbiva egressus es ex Ægypto, Exod.34.18. טַר יָת יַרְחָא דְאַבִּיבָא Observa mensem Martium, ut facias Pascha: בְּיַרְחָא דְאַבִּיבָא In mense Avif Martio eduxit Deus ex Ægypto, Deut.16.1.

אַבָּא *Saltus, Sylva*, Talmudicè in illo proverbiali, מִנֵּיהּ וּבֵיהּ אַבָּא נִיזִיל בֵּיהּ נַרְגָּא *Ex ipsa est, & in eam sylvam redit securis*, Sanhedrin cap.4. in fine. In eos usurpatum, qui suis unde orti, damno exitio sunt. Sic David ex Rutha Moabitide ortus, Moabitas perdidit, Obadias Edomæus, Edomæis exitium denunciavit. Vide Apologum in Fab. Æsopi de Sylva & Rustico. Sic, רב אשי הוה ליה אבא בשלניא Raf Asi erat sylva in ...ania; Glossa, אבא, id est, יער, Moëd Katon 12.2. Quod Aruch etiam pro Salice explicat, id hodie in Gemara loco citato non legitur: אבא רודתא Sylva sorbo arbore consita.

אַבּוּבָא, אַבּוּב *Organum, instrumentum Musicum Ecclesiæ sacris potissimùm destinatum.* Sic respondet Hebræo עוּגָב. Item *Fistula, Tibia*, pro Hebræo חָלִיל: ut, וְיֶחְדוּן לְקָל אַבּוּבָא Et lætabuntur ad sonum organi, Job.21.12. *Cum servilibus ab initio*, זְמַר כִּנָּרָא וְאַבּוּבָא Pulsationem citharæ & organi, Gen.4.21. בְּתוֹדְתָא בְּאַבּוּבָא Cum carmine laudatorio in organo, Jesa.30.29. vel Tibia, Hebr. בֶּחָלִיל. *Cum affixo Pronomine*, וְאַבּוּבִי אִמְתִיל לְקָל בָּכָן Et organum meum assimilatur voci lachrymantium, Job.30.31. *Pluralis numerus*, כְּזְמַר אַבּוּבִין sicut musica organorum, vel cantus tibiarum, Hebr. כַּחֲלִלִים, Jer.48.36. Sic Ezech.33.32. pro Hebr. כְּשִׁיר עֲגָבִים. *Cum servili*, בַּחֲלִילִין וְאַבּוּבִין Cum tibiis & organis, Psal.150.4. Hinc Horatii interpretes deducunt illud Satyr.2. lib.1. *Ambubajarum* collegia, quòd Ambubajæ fuerint αὐλητρίδες Tibicinæ, mulieres vagæ & viles, tibiarum cantu se alentes. Ab hoc Chaldæo vel Syro Abbubha, interposita litera M, ut in Ambire, Ambages, Ambarvales, & similibus, fit Ambubaja, Tibicina. *Apud Rabbinos*, פתח בחליל וסיים באבוב Incepit à tibia, & finivit in fistula. Differūt enim tibia & fistula, unde apud Plinium: Hic calamus tibiis utilior, ille fistulis. Item אבוב של נחשת Fistula ærea, אבוב של ברזל ferrea, אבוב של קנה ex calamo. Vide de hoc vocabulo Majemonem in Comment. Misnajoth, in Erchin cap.2. sect.3.

אבוב *Vas æreum vel fictile hinc inde perforatum, ut perspirabile esset, quo* אביב *Aristæ recentes sive grana aristarum recentia, sole non satis cocta & exsiccata, torrebantur.* Apud Talmudicos, נתנוהו לאבוב ואבוב היה מנוקב כדי שיהא האור שליט בכולהו Posuerunt eas (aristas vel fruges) in sartaginem, fuitque sartago ista perforata, ut ignis vel calor penetraret undique, Menachoth cap.6. fol.66.1. Glossa addit, fuisse vas illud ex ære. Alibi legitur, fuisse etiam fictile, טהורים שבכלי חרס Munda vasorum fictilium sunt, & cæt. ואבוב של קלאים Et sartago tostarum spicarum, Kelim cap.2.

אבו *Avis nomen*, pro Hebræo אֲנָפָה, quod *Milvum* reddunt, Lev.11.19. Et Deut.14.13. In Jonathane & Targū Hieros. ponitur pro Hebræo אַיָּה quod Picam interpretantur.

אבוברועיה *Fistula pastoris. Herba est, quæ aliâs vocatur apud Talmudicos* חוטרא דְרַעְיָא *Virga pastoris.* Scribitur & per א in medio, אבוברואה. In libro de Sabbatho, ושותין אבוברואה Et bibunt fistulam pastoris, id est, potum de ista herba confectum, Schab.cap.14. fol.109.2. Majemon notat Arabicè vocari עצאלרעי.

אֲבַבִירֹת *Horror, Horripilatio, juxta Munsterum.*

In Aruch

In Aruch videtur omnino pro Frigore accipi. Citatur ex Bereſchit rabba, ſect.19. ubi hodie in ejus ſectionis principio pro eo legitur. חככים באה עליו Omnis generis ſcabies invaſit eum, à חכך Scabere. Et hoc pravum videtur pro חככית, cum qua lectione rectè convenit ſequens באה. Pro hoc alibi legitur, ונכנסה בו חמה ואָכָאבית Et invaſit eum calor & frigus ſive ſcabies pruriens, Ber. rabb. ſect. 53. Hunc locum adducens Aruch, ſcribit עכעבית. Aliam inſuper lectionem adducit, עוית. Hæc ſine dubio ea eſt, quæ extat in Medraſch Koheleth, cap.1. verſ.8. חמור עוית עליו גמל עוית עליו An vidiſti unquam aſinum epilepticum, aut camelum epilepticum. עוית Morbus eſt, quo pervertitur & contorquetur corpus, ut in epilepticis, שנתעוות שנתעקם ידו, ut habet Gloſſa. In Jalkut part.1. fol.27. col.2. ſcribitur ועכעבית.

אבגנוסטו אַבְנִינוּס Vide infrà in אוג.

II. אַחֲרָאִין *Oppignerationes, Oppignerata, pro cautione & securitate futuri commodi, solutionis aut damni data. Apud Talmudicos,* אין אנו אחראין לרמאין Non habemus nos oppignerationes deceptorum, non sumus securi, non habemus cautionem vel obligationem cõtra deceptores & fraudulentos, Demai cap.3. In instrumentis dotalibus hujus vocis solennis est usus; ut quando sponsus sponsam de dote securam reddit, inseritur instrumento: נִכְסִין דְאִית לְהוֹן אַחְרָיוּת וּדְלֵית לְהוֹן אַחְרָיוּת כּוּלְהוֹן יְהוֹן אַחְרָאִין וְעַרְבָאִין לִכְתוּבְתָא דָא Facultates quarum est oppigneratio, & quarum non est oppigneratio, omnes istæ erunt oppignerata vel oppignerationes & fidejussiones pro dote vel scripto instrumento dotali hoc.

אַחֲרָיוּת *Obligatio, cautio de futuro damno,* Versprechung für schaden/ *ut Elias Germanicè interpretatur: ut quando venditor cavet, ne emptor propter rem emptam damnum aliquod in posterum sentiat. Sic in aliis contractibus. Rambam scribit, esse idem quod* חוררת *Reditum, jus redeundi ad pignus, illud apprehendendi & occupandi. Sic in bonis immobilibus semper est* אחריות *Reditus & Apprehensio. Manent enim semper oppignerata priori creditori, qui semper habet* חֲזָרָה וְהַסְגָּרָה *reditum ad illa, & jus occupationis vel apprehensionis.* Veluti, Ruben vendidit agrum Schimeoni: Ruben autem jam antè debuit aliquid alii cuipiam R. Levi, cui ager iste fuit oppigneratus. Redit ergo Levi ad pignus suum, illudque repetit & apprehendit usque ad debiti solutionem, posthabitâ istâ venditione. Ergo נכסים שיש להם אחריות Facultates ad quas datur reditus, sunt tantùm קרקעות fundi & bona immobilia: illis enim creditor & venditor, & similes, tutò inniti possunt semper, quia sunt pignus immobile, quod loco suo non movetur, etiamsi alii vendatur. Prior enim ad illud pignus redit, & illud occupat vel distrahit, donec sit ipsi satisfactum. Et נכסים שאין להם אחריות Facultates ad quas non est reditus, sunt מטלטלים bona mobilia, quæ transferuntur de manu hujus in manum illius, ideoque in his non est certa cautio & אחריות. Vide Talm. Kiddușchin cap.1. in Mischna, & ibi Rambam. Quod autem author Aruch exponit אחריות per נכסי קרקע Bona fundi, id est, immobilia, id fit, non quòd vox ista id propriè significat, sed quòd jus אחריות duntaxat consistit & locum habet in bonis immobilibus, ut & antè dictum est.

III. אַחַר *Verbum est proprium de coitu camelorum, quòd iste fiat posterioribus obversis, quasi dicas Posteriorare, sive Posterioribus conjunctis coire.* Talm. גמל אוחר בין הגמלים Si camelus coëat inter camelos alios, & reperiatur camelus mor-

tuus juxta eum, certissimum est, ipsum esse ab eo coëunte occisum, Bava basra fol.93.1. Sanhed. fol.37.2. Schevuoth fol.34. Cameli enim masculi tunc inter se vehementissimè pugnant, sæpè ad mortem. Deinde quia sunt צנועים בתשמיש verecundi in coitu, non ferunt alios juxta se. Sic scribit Plin. lib. 10. Hist. nat. cap.63. *Cameli* (coëuntes) *etiam solitudines, aut secreta certè petunt, neque intervenire datur sine pernicie.* Aristoteles lib.6. de historia animal. cap.18. *Camelus etiam mas, sævit tempore coitus, sive homo, sive camelus accedat: nam equis quidem odio naturali adversantur.* Quòd verò hac ratione Cameli coëant, id extat in codice Talmudico Bechoroth fol. 8.1. הכל משמשין פנים כנגד עורף חוץ משלשה שמשמשין פנים כנגד פנים ואלו הן דג ואדם ונחש ומאי שנא הני תלתי כי אתא רב דימי אמרי במערבא הואיל ודברה שכינה עמהם תנא גמל אחור כנגד אחור Omnia (animalia) coëũt facie obversâ cervici, exceptis tribus, quæ coëunt faciebus obversis. Ista autem sunt, Piscis, Homo, & Serpens. Quare autem hæc tria diversum habent coëundi modum? Quia, ut in occidente dicunt, Majestas Divina locuta est cum eis (cum Pisce nempe in historia Jonæ cap.2.11. *Et præcepit Dominus pisci.* Cum serpente in historia lapsus.) Sed de Camelo traditur, quòd coëat posterioribus obversis. Sic scribit iterum Plinius loco citato: *Coitus aversus elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus aversa genitalia.* Vide & Arist. lib.2. de historia Animalium, cap.1.

אחש אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים, vel emphaticè אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא *Satrapæ*, Dan.3.2. Esth.9.3. Nomen Persicum.

אֲחַשְׁתְּרָנִים *Cursores regii: Veredarii*, Esth.8.10. R.Salomon *Camelos veloces* exponit: Ab. Esra, *Mulos.* Vide hîc Notas Drusii.

אטב אַטְבָּא *Lignum teres, quod voluminibus librorum à lateribus affixum est, quo comprehenduntur & tenentur, ne volumen se inter legendum convolvat. Item Palanga, lignum in supremo curru onusto, quo fœnum, stramen, fruges & similia, comprimuntur & ligantur:* אַטְבִּין *Crates currus,* Wagenleyter: כמלא אטבא דספרי Quantum est plenitudo (id est, latitudo) ligni librorum, Menach. fol.32.1. In Aruch parvo Germanicè exponitur, Tentholtz/Zwengerlin/Zwengelchen.

אַטְבַּח *Vox fictitia Cabalistarum est*, quâ species scribendi arcana significatur, unâ alphabethi literâ pro altera positâ. Nempe ט pro א, ח pro ב, ז pro ג, ו pro ד. Dividitur autem Alphabetum, sub hac specie, in quatuor classes, quarum prima continet literas, numerum denarium comprehendentes: altera, quæ centum: tertia,

tertia, quæ mille: ut אט · בח · גז · דו 10.
יצ · כפ · לע · מס 100.
קץ · רף · שן · תם 1000.

Relinquuntur literæ residuæ ה · נ · ך quæ non habent par conjugatum, ad aliquem juxta superiores constituendum. Singulæ enim geminandæ essent, nempe הה 10. נג 100. דך 1000. Combinata tamen quandoq; inveniuntur הנ, ita ut solum ך solitarium remaneat. Commutatio fit juxta tres classes, unâ pro altera sumptâ. Exempli causâ: In proverbiis Salomonis legitur, *Qui delicate educat à pueritia sua servum suum, finis ejus erit ut sit* מָנוֹן, Prov.29.21. Hîc מָנוֹן per Atbach est idem quod סַהֲדָה Testimonium. Delicata scil. educatio contumaciæ ejus erit testimonium. Nempe ס est pro מ ex combinatione literarum סמ: ה pro נ ex combinatione הנ: ד pro ו ex combinatione דו: ה rursus pro נ ex combinatione הנ. Probant hoc Talmudici in Succa fol.52.2.

אָטָד *Rhamnus, Sentis, Cynosbatus, sentis canis,* Hagendorn: עַד בֵּית אִדְרֵי דְאָטָד Usque ad horreum cynosbati, ubi scil. ejus sentis erat copia, Genes.50.10.11. וַאֲמַר אַטְדָא לְאִילָנַיָּא Dixitque rhamnus ad arbores, Jud. 9.15. הֵיךְ אַטְדָא Sicut rhamnus, Psal.58.10. וַאֲמַרוּ כָּל אִילָנַיָּא לְאַטְדָא Et dixerunt omnes arbores ad cynosbatum, Judic.9.14. *Plurale,* וְכוּבִין וְאַטְדִין Et spinas & sentes, Hebr. וְקוֹץ וְדַרְדַּר Gen.3.18. Fagius, *Tribulos. Apud Talmudicos:* הבסנה והאטדין, Scheviith cap. 7. ubi R. Salomon scribit esse *Spinæ genus, in quo crescant grana nigra.*

אָטוּ *Idcircò, Ergò, Propterea.* Gerson reddit Germ. Von deßwegen/umb des willen: אטו שמע Propterea audis vel percipis: אטו ביאה שניה Propter concubitum secundum: אטו כולי עלמא Ergòne totus mundus hominum mortuorum filii sunt? גזרינן הא אטו הא Decernimus unum propter aliud: ut, Prohibemus aliquando id quod est licitum propter vetitum, ne videlicet etiam vetitũ pro licito habeatur. Vide Halichclam cap.1.

אַטְטָא *Carduus:* וְכוּבִין וְאַטְטִין Et spinas & carduos, Genes.3.18. in Jonathane. Sic & Hos.10.8. pro Hebræo דַּרְדַּר.

אֲטַל *Lapidare. In Jonathane legitur pro Hebr.* סקל. *Infinitivus,* לְאַטָּלָא יָתְהוֹן בְּאַבְנִין Lapidare eos lapidibus, Exod.8.22. *Futurum,* וְתַאַטְלוּן יָתֵהּ בְּאַבְנִין Et lapidabitis eum lapidibus, Deuter.13.10. וְתַאַטְלוּנוּן בְּאַבְנַיָּא Et lapidabitis eos lapidibus, Deut.17.5. וְיַאַטְלוּנַהּ אֱנָשֵׁי קַרְתָּא Et lapidabunt eam viri urbis istius lapidibus, Deut.22 21. Omnia in Jonathane.

אטל Vide in נטל.

אִטְלִיז *Macellum, Forum carnarium, Forum, Officina, locus ubi carnes aliaq; venduntur. Scribitur etiam* איטליס *cum Samech in fine antecedente Jod, unde indicium, non cum Pathach in fine efferendum, ut alii notant. Talm.* כל הקדשים נמכרים באיטליז ונשחטין באיטליז ונשקלין בליטרא Omnes res sanctæ (oblationes cibariæ & aliæ Deo sacræ) venduntur in macello, & mactantur in macello & appenduntur librâ, Temura fol.21.1. נמכרים באיטליז ונשקלין בליטרא Bechoroth cap.5. in initio. באיטלים של עימקום In foro urbis Immum, Kerithus fol.15.1. in Mischna. Glossa בשוק in foro. Scribitur in glossa per ז in fine. *Plurale,* מעמיד איטליסין ומוכר בזול Erigebat officinas, & vendebat vili pretio: שהיו עושין איטליסין ומוכרין בזול Qui fecerunt officinas, & vendiderunt vili pretio, Beres. rab. sect.79. Glossa, חנויות Officinas. Medrasch est super, ויחן Et castra posuit in conspectu urbis, Genes.33.18. In eundem sensum Talmudici super hũc locum commentantur, sed pro איטליסין scribunt שְׁוָקִים Fora, loca in quibus, ceu in foro, rés suas vendebant, Schab. fol.33.2. שוק non significat hîc *Plateam,* ut alii hîc scribunt, sed *Forum, in quo rés venundantur:* nec איטלים significat *Lignum illud, in quo carnes ad clavos suspenduntur venales,* ut alii scripserunt, *sed locum in quo quid venditur, ut Forum, macellum.*

אַטְלֵיטִין *Athletæ. Græcum est* ἀθλητής. Beres.rab. sect. 22. משל לשני אטליטין שהיו עומדין ומתגוששין Simile est duobus athletis, qui stant & luctantur coram rege. Scribitur & אתליטין.

אִיטַלְיָא *Italia:* וּבְנוֹי דְיָוָן אֱלִישָׁה וְאַפַּרְכְיוֹתְהוֹן אַלְסְטְרָסוֹם אִיטַלְיָא וְדַרְדַנְיָא Filii Javan Elisa, & præfecturę ipsorum Alasterasom, Italia, & Dodania Gen.10.6. in Targ. Hieros. מִמְּדִינַת אִיטַלְיָא הֲוַת כְּסוּתָךְ Ex regione Italiæ fuit vestitus tuus, Hebr. מֵאִיֵּי אֱלִישָׁה Ezech.27.7. דְמִתְבַּנְיָא בְּאִיטַלְיָא Quæ exstructa est in Italia, Thren.4.22. וּמֵאַרְעָא אִיטַלְיָא Et ex terra Italiæ, Numer.24.24. in Jonathane. In Aruch additur, דְהִיא רוֹמִי Quæ est Roma. In Medraschim legitur etiam, אִיטַלְיָא שֶׁל יָוָן *Italia Græciæ.* Elias scribit, se à quodam Cardinale didicisse, id de Calabria intelligendum. Et apud Ciceronem in 2. de Orat. legitur, *magnam Græciam olim in Italia fuisse.* Isidor. lib.14.cap.4. Italia olim à Græcis populis occupata, magna Græcia appellata est. Seneca: Totum Italiæ latus, quod infero mari alluitur, magna Græcia fuit, &c. Apud Talmudicos, איטליא של יון זה כרך גדול של רומי Italia Græciæ est urbs maxima Roma, Megilla cap.1.fol.6. in Veneta editione. Sequitur ibi fabulosa ejus descriptio, quæ idcirco ex editione Basileensi omissa est. Legitur autem in Com-

pendio Talmudico עין ישראל, libro Megilla, cap.1. R.Sal. Genes.27.39. ad hæc verba, ומשמני ארץ יהיה מושבך *In pinguedinibus terræ erit habitatio tua*, scribit: זו איטליא של יון Hæc est Italia Græciæ. Vide & Rabbi Mosen ben Nachman in Legem, in fine Paraschæ בלק.

איטלקי *Italicus*: איסר איטלקי Isar (numulus) Italicus, Talm. Kidduschin in principio. Sic, מנה איטלקי Libra Italica.

אטלס Vide paulò ante in איטליז.

אטם *Obstruere, Obthurare*, Hebr. *& sic apud Rabbinos & Talmudicos*, אטימי ליבא Obthurati corde.

אטום של אטימות·אטמא *Obstructio, Obthuratio*: ריאה Obstructio pulmonis. Eo vitio si animalia laborent, immunda sunt & vetita ad esum, Cholin fol.47.2.

אטמא *Latus, Femur, Pes*: בוקא דאטמא דנפק מדוכתיה Acetabulum femoris quod exiliit de loco suo, Cholin fol.54.1. מכפא ועד אטמא A' scapula ad femur, ibid. עמרטא דבינו אטמי De lana quæ est inter femora, Schab.fol.49.1.

איטם *Linea, Series, Ordo, Classis*: ראיטם קמייתא Ex classe vel serie prima, Echa rabb. cap.1. vers.1. Glossa שורה. Sic mox ראיטם & ראיטם תנייתא תליתאי. Vox est peregrina & corrupta, & fortè ר est radicale.

איטימון *Inæstimabile, Magnæ æstimationis seu pretii.* A' Græco ἄτιμος, quod etiam significat *Inæstimabilis, qui satis magno pretio æstimari nequit*: ut, ἀτιμήτου φίλου. In Talmud Hieros. Peah cap.1. fol.15.4. ארטבן שלח לרבינו הקדוש חד מרגלי טבא איטימון Artabanus misit Rabbino Hakkadosch margaritam pretiosam inæstimabilem, dicens ei, Remitte mihi pro ea aliquid aliud æquè pretiosum. Misit ei mesusam schedam. Dixit Artabanus. Quid hoc? אנא שלחית לך מילה דלית לה טימי את שלחת לי מילא דטבא חד פולר Ego misi tibi rem quæ nullo pretio æstimari potest, & tu mittis mihi rem, quæ vix teruncium valet, &c. Vide & Jalkut Prophet. fol.7.4. Bereschith rabba sect.35.

איטימום *Paratus, Promptus, Expeditus, Dispositus.* Græcum est ἕτοιμος, qui in promptu & ad manum est: אין איטימום ביתא Si parata (disposita) fuerit domus, ut percutiatur denuò leprâ, Lev. 14.53. in Jon. ואיטימום הוא לקטלין בחרבא Et paratus sive dispositus est occidentibus gladio, id est, latronibus, Job.15.22. דאיטימום לגלוגרק Qui paratus vel dispositus est ad scabellum, Job.15.24. Reges victi & capti, sæpè tyrannorum fiunt scabellū, cùm equum conscendere volunt. Quomodo autem hæc similitudo conveniat cum præcedenti sententia, non satis liquet. In Regiis etiam alia est lectio: דאיטימום לאתחרא Qui dispositus est ut capiatur, Jobi 7.12. *Plurale*, דאיטימוסין בנהא Cujus filii parati sunt, Gen.24.22. in Jon. איטימוסין ליומא הדין Parati ad diem hunc, Esth.8.13. דאיטימוסין למדכר Qui parati sunt ad recordādum, Job.3.8. דאיטימוסי מרדכי ואסתר Quòd parati essent Mardochæus & Esther, Esth.2.5.

איטימום *Promptè, Paratè, Alacriter, Græcè* ἑτοίμως: די יהון איטימום עבידין Ut sint promptè facta ad diem istum, Esth.3.14. in Targ. sec.

איטימסיאה, ἑτοιμασία, *Promptitudo, Alacritas: Præparatio, Locus præparatus.* In Bemidbar rabba sect.16. in fine: Homo emit sibi servum, ut, si iter faciat aut peregrè eat, servus ejus præcedat, ומתקן לו איטימסיה & præparet ipsi ἑτοιμασίαν, locum commodum, hospitium: Ego autem non sic feci, sed vos estis servi mei, & ego הייתי מתקן לכן איטימסיה fui præparans vobis ἑτοιμασίαν, sicut dicitur, *Et arca fœderis Domini, &c. ad explorandum illis requiem*, Num.10.33.

אטן אטון *Funis. Emphat.* אטונא Et וישלשלתנו באטונא demisit eos cum fune ex fenestra, Jos.2. 15. *Plural.* ואטונין ברישיהון Et funes in capitibus suis, Hebr. חבלים 1.Reg 20.32. ואטונין צבירין Et funes colorati, Esth.1.6. *Emphat.* באטוניא Cum funibus, Jerem. 38.6. *Const.* באטוני Cum funibus, Psalm.21.13. *Cum Affix.* וכל אטונוהי לא יתפסקון Et omnes funes ejus non discindentur, Jesa.33.20. ואטוניהון Et funes ipsorum, Hebr. ומיתריהם Num. 4.32. Munsterus addit, etiā significare *Institam, Fasciam.* Id probari posset ex 1.Reg.6 18. ubi ponitur pro Hebræo פטורי, quod sic explicant. Sed R. Salomon pro *Funibus* accipit, ut apud Talmudicos sumitur, & sic Chaldæus eodem respicit. Non tamen propriè ibi *Funes* significat, sed *Orbes cælatos, cingentes instar funium.* Idem addit, אטניא *Granaria, Thesauri*, ex Joël.1.17. sed ibi hodiè legitur אטנא, de quo vide in אטן.

אטנא *Arcula, Cistula*: ומניחין אותו באטני של אבר Et ponunt eam in arculam plumbeam plenam furfure, Sota fol.48.2.

אטנים *Nomen piscis.* Cholin fol.66.2. Aliâs טונס Thynnus.

אטניא *Nomen proprium regis.*

אטף אטפא *Fossula*: איבא דקאי בגוי אטפי Est (lac) quod consistit in fossulis casei, quod reddit caseum immundum & vetitum, ע"ז fol.37.2.

אטפה. Sic adducit hoc loco Aruch: Vide תפה.

אטק אטקטקיא *Inordinati, Malè-morati, qui sunt בלי תרבות sine disciplina & moribus. Corruptum est à Græco* ἄτακτοι. In Aruch ex Pesikta adducitur in illud: שריך סוררים Principes tui contumaces

tumaces sunt, Jesa.1.23. Bar kaphra dixit: ארכי בריונים רחו אינן אמטקסיא Principes scelesti fuerunt & inordinati: explicatio, Principes commessantes בלא תרבות sine modo & ordine. Munsterus Equi edaces, qui tamen non pinguescūt. Forte pro פורים legit סוסים, & בלא תרבות Sine pinguedine. Nihil. Vide תרבות in רבה. Adducitur hoc Medrasch etiam in Jalkut in principio Jesaiæ, sed hæc verba ibi non leguntur.

אמר אמרון *Præfectus, Satrapa*: שלטון ואימרון Dominatorem & præfectum die uno, Jesa.9.14. & 19.15.

אתרוגא *Malus citria*: יאי ומשבח אתרוגא Pulcherrima & laudatissima est malus citria inter arbores infrugiferas, Cant.2.3. Cõmuniùs scribitur אתרוגא.

אתרוגיא *Indignatio*. Guido ex Zohar.

אטורנגא *Mareschallus, Præfectus provinciæ*: אזיל אטורנגא דמלכא Ivit mareschallus regis, Talm. Ketubb. fol. 61. 1. Persicum est. Vernaculè שיניש לקוש scribit R.Sal. *Senechaulx*.

אי *Vocula est in interrogationibus usum suum habens, nunc ut Pronomen, nunc ut Adverbium, & alii voci interrogativæ additur ad majorem emphasin, ut Nam apud Latinos in Ubinam, Quænam, Quânam & similibus*: ut, אידין בית חזיא Quænam (vel Ubinam) est domus videntis, id est, Prophetæ? 1.Sam.9.18. Hebr. אי זה, ubi pro זה in Targum est דין Pronomen, de quo suo loco. אידין מנהון Quodnam vel Qualenam istorum sit bonum hominibus, Eccles.2.3. אידא ארחא דתקנא Quænam via sit recta, Jer.6.16. אידא שעה אסתלק Quanam horâ transivit spiritus prophetiæ, 1.Reg.22.24. אימדין עמא את Ex quanam gente tu es. Jonæ 1.8. אימדין את אתי Undenam, ex quonam loco tu venis? 2.Samuel. 1. 3. 13. אי כדין Vide infrà in אי אלו ואיך Quænam istæ? אי דלמא Aut fortè? num fortè? אי מנן Undenam? אי מתי Ecquando? & cæt.

אי *Non, per Apocopam pro* אין, *ut ibi*, ואין יש פה Et nónne est hic, 1.Sam.21.18. Talia sunt etiam, juxta R.Davidem, ריש & רש · בן & בן · ניר & נר, חן & חן. *Hinc apud Rabbinos*, אי אפשר Non possibile, Impossibile, אי הכרח Non-necessarium, Contingens. ואי אתה יכול לכפור בהם Et non potes expiare pro illis. *Apud Hebræos*, אי כבוד Non gloria, Inglorius, 1.Sam.4.21. אי נקי Non innocens, noxius: non justus, injustus, Job. 22. 30. quod tamen multi accipiunt pro איש נקי Vir innocens; והוא רחוק sed id longè petitum est, inquit Ab.Esra. Paraphrastes reddit, גבר דליתוי זכאי Vir qui non est justus.

אי *Si, Num, An. Per apocopam pro* אין, *de quo infrà*. אי מטא זמן פורקנא Num advenerit tempus redemptionis populi, Cant.7.13. *Apud Talmudicos*, אי בעי Si quæras, si velis, vel בעי Petat aliquis. Sic apud eosdem, אי לימא Si dicendum, אי מצא אי לא מצא Si invenerit, vel si non invenerit, sive invenerit, sive non. אי הכי Num sic? Num, An? אי חבי אכיל דגים Num comedet pisces? Nedar. fol.54.2.

אי *Væ*, Eccles.4.10. & 10.16. Hebraicè, & sic aliquando apud Rabbinos, sequente ל notâ Dativi casus. In Schemoth rab. sect.46. ab initio: אי להם לבני אדם שהם מעידין מה שאינן רואים Væ hominibus illis, qui testantur quod non viderunt. אי לי Væ mihi.

איב איבו *Milvus*: vide suprà in אבב.

אינ אינר *Fons*. Sic Munsterus hîc ponit ex Job.8.17. Vide illud infrà in ינר.

איד *Vapor, Exhalatio*, Hebr. Gen.2.6. Job.36.27. *Sic apud Rabbinos*: שיעשה מהם איד לח אשר הוא מוכן להיות ממנו מטר Faciet ex illis vaporem humidum, ex quo postea fiet pluvia, R.Levi hoc loco: האידים העולים בסבת חמימות היום Exhalationes ascendẽtes propter calorem diei, Idem Job.3.5. מצד רוב האידים העולים אל המוח Propter multas exhalationes, ascendentes in cerebrum, Idem Prov.23.33.

אידא *Festum solenne, Dies festus & feriatus*. Hebræi sic vocarunt *Festa gentium & aliorum populorum*, & hodie adhuc sic vocant *Festa Christianorum*. Quidam putant, gentium festa sic vocata fuisse, vel quòd gentes cultu idololatrico interitum & perditionem (nam איד Interitus, perditio, infortunium, calamitas) in illis asciscerẽt: vel quòd Judæi ipsis tunc genialiter festum agentibus, interitum imprecarentur. A' gentilium festis, ad Christianorum festa locutio ista translata est, quibus tamen non volunt dici mala imprecari. Esse tamen locutionem nec fausti ominis, nec honorificam, docet Nota quædam ipsorum, quæ legitur in parvis Mischnajoth ad cap.1. עבודה זרה De Idololatria, ubi Mischna sic loquitur: לפני אידיהן Ante festa idolorum cultorum tribus diebus prohibitum est aliquid commercii cum ipsis habere, mutuare aut mutuo dare, cõmodare aut commodato accipere, solvere aut solvi, &c. Glossa ad אידיהן Festa ipsorum: כנוי גנאי לימי חגם Epitheton sive descriptio ignominiosa est dierum festorum ipsorum. Quæ & quorum festa intelligant, statim indicant, cùm Christianorum festa nominant. Deinde in Gemara mox Romæ & Regni Romani expressa mentio fit, quòd in Veneta editione vocatur רומי חייבת Roma impia. Nam pro Hebræo רשעה in Targum ponitur חייבת. In Targum, יומא דאידא הוה ליה Dies festus est

 ipsi,

ipsi, Esth.1.3. Apud Rabbinos, יום אידם Dies festus ipsorum. רוב אידיהם מן קדושים הם Pleraq; festa ipsorum à sanctis sunt. R.Bechai in lib. כד הקמח cap. quod incipit גאולה, in illud Jes.66.17. אחר אחת בתוך, scribit: ירמוז לשתי וערב של ארום שהם מתקדשים בו או ירמוז ליום אידם שקבוע להם i.e. Indicat crucem Edomæorum (id est, crucem Christi sive Christum crucifixum) in quo sanctificant se (signando se cruce:) aut indicat diem festum ipsorum, qui fixus est ipsis, scil. Dies Dominicus.

אידא · אידא Vide in יד.

אירא Vide in רא.

אידי *Iste.* אידי ואידי Iste & iste, *Uterq.* Talm.

אידך *Alia, aliud, alterum:* תניא אידך Traditio alia: פתח אידך Incepit aliud, aliam materiam: ואידך פירושה Et alterum est explicatio ejus: מיבעי ליה לאידך Hæc requiruntur ad aliam rem. *Compositum omninò videtur ex syllaba adjectitia* אי *&* *Pronomine* דך. Sic איהו *ipse*, איהי *ipsa*: Sic אידך *Istud, aliud, alterum*, pro ratione loci & sensus. Sic antè, אידי pro אידך.

אידיתא *Ager sativus & optimus:* וכל אידיתא עד נחלא דקדרון Et omnis ager sativus usque ad torrentem Kedronis, Jerem.30.40. Hæc interpretatio possit conferri cum ista, quâ עידית apud Rabbinos significat *Optimum agrorum, agros pinguissimos & fertilissimos.* In Elia est אוריתא, & exponit Kornfeld/ Ager sativus. In Regiis, *Aquæductus*: id esset אריתא.

אידי אידי *Quia, Quãdoquidem, Postquam*, Talm. אידין Genes. 6. 6. in Jon. vide in דין.

איה איהו *Ipse. Compositum ex syllaba adjectitia* אי *& Pronomine* הוא. *Apud Talmudicos frequentissimum est, ut & in lingua Hierosolymitana. Pluraliter* אנון · הנון *Ipsi, Isti, Illi:* הנון צדין שבילנא Ipsi venantur semitas nostras, Thren.4.18. דאנון עמא דלא יפרוק Quòd ipsi sunt populus, qui liberare non potest, Thren.4.17. ואנון תבעו למשכח Ipsi autem quæsiverunt invenire rationes multas, Eccles.7.30. *Apud Talmudicos,* אינהו עדיפי מניה ואיהו עדיף מניהו Ipsi præstantiores sunt ipso, & ipse præstantior est ipsis: אינהו עדיפי מניה דאינהו נביאי Ipsi præstantiores sunt ipso, quòd ipsi sint prophetæ, ipse autem non est propheta: ואיהו עדיף מניהו דאיהו חזא ואינהו לא חזו Ipse est præstantior ipsis, quòd ipse viderit, ipsi autem non viderunt, Sanhed.fol.94.1. אינהו מחרי בית מקדש ואנן בנינן Ipsi destruunt sanctuarium, nos autem exstruimus illud.

איהא איהי *Ipsa. Prioris fœmininum est, ejusdem quoque originis:* אף איהי מרירת לבא לחדא Etiam ipsa (Jerusalem) amaro est animo admodum, Thren.1.4. Libri hîc pravè habent מריר. Legendum fœmininè, ut positum, & ut alibi est, מרירת מרה דנטרין עמיך איהא נטרא אנא. נטרא, Ruth.1.20. Quod observant populares tui, idem illud observatura sum & ego, Ruth.1.16.

* איתניא Vide suprà in אות.

אין איויא *Spinæ:* דאת מייתי איויא Quia affers spinas, sic Glossa, איויא, id est, קוצים, Talm. Hier. Maaser scheni cap.4.

איך *Quomodo, Qualiter, Sicut, Quemadmodum:* דאיך דבא בנפשיה Sicut cogitat vel imaginatur sibi in animo suo, sic est, Proverb.23.7. In Targum communiùs dicitur היך.

איכא *Ubi, ubinam? Compositum est ex interrogandi particula* אי & כא, ubi vide.

איכן *Item* Genes.37.16. Jon. Frequens est in Talm. Hierosolymitano.

איכדין *Quomodo*: ex איך & דין compositum: איכדין איכול Quomodo potero? Esth.8.6. איכדין קלקלת ית אורחתיך Quomodo vastasti vias tuas, Jerem.6.2.

איכות · איכות *Qualitas*: ספר מעט הכמות ורב איכות Liber exiguus quantitate, & magnus qualitate: בעל האיכות *Qualitates habens, Quale.* Apud Logicos est, *Qualitatis prædicamentum*: Plurale, איכויות vel איכות Qualitates. Aben Tibbon in Physica sua de calore & siccitate ignis scribit: הם האיכויות הנמשכות בטבע אחר צורתו Sunt qualitates, quæ trahuntur naturâ post formam suam, id est, comitãtur eam: איכות המשפט Qualitas propositionis, nũ affirmativa vel negativa ea sit, aut &c. *apud Logicos.*

איך *Idem.*

התאיך *Qualificari, Qualitates habere*: ואין ענין אמרם לא יתאיך אלא שאינו בעל איכות Neque est alius ejus sensus cùm dicunt, Non qualificatur, quàm, Non habet qualitates, More fol.32.2.

איכא Vide infrà אכא.

איל אילא *Cervus. Hæc forma Hebræa est: Targum etiã habet* אילא: ut אילא וטביא Cervus & caprea, Deut.14.5. Sic טביא ואילא Deut.15.22. איך אילא Sicut cervus glocitans, Psalm.42.2. ובאורזילא דאילא aut hinnulo cervi, Cant.2.9. *Plurale,* היכמה דמסחרין איליא Sicut circumeunt cervi in deserto, Thren.1.6. מאילין ומבין Præter cervos & capreas, 1.Reg.4.23. *Fœmininum,* אילתא *Cerva*: אף אילתא במדברא Etiam cerva in deserto parit, Jerem.14.5. אילתא דרחמותא Cerva amoris, Prov. 5.19. *Plurale,* היך אילתא Sicut cervorum, Psal.18. 34. כד מצטערין אילתא Quando dolore partus afficiuntur cervi, Job.39.4.

איל Hebr. *Aries*: Talm. איל בן יומו קרוי איל Aries unius diei vocatur quoq; Aries, Bava kama fol.65.2.

אילא קמצא *Species locustæ magnæ*, quæ aliâs שושיבא,

קוּרטבא & סוסביל, quasi dicas *Cervus-locusta.* Videtur esse *Scarabeus lucanicus*, *Cervus volans*, Græcè Κάραβος. Avoda sarah fol.37.1. Pesach. fol.16.1. Edajoth cap.8. ubi Rambam scribit, esse speciem locustæ, cervo similem. Erat autem ex locustis mundis, & ad esum licitis.

אילא דספינתא *Cervus navis.* Certum quoddam instrumentum vel scrinium erat in navibus, in quo nautæ pecunias asservabant. Vide Talm. Nedar. folio 50.1. Ex ejusmodi cervo invento, scribunt ibi, divitem factum esse R. Akivam.

אִיּלָא *Vermiculus uvas lædens*: ואיילא דעינבי Et vermiculus uvarum, Schab. fol.90.1. Pravè in Munstero notatur אלה.

אֵילָא *Superliminare, Postis januæ superior. Scribitur quandoque sine י in medio*: וְעַל אֵלָא דְּדַרְתָּא Et versus superliminare atrii portæ, Ezech.40.14. *Plurale*, אֵלַיָּא שִׁתִּין Postes superliminares sexaginta cubitorū, Ezech.40.14. וּמְשַׁחְתָּא חֲדָא לְאֵילַיָּא Et mensura una erit postibus istis, Ezech.40.10. וְאֵלוֹהִי עַל אֵלוֹהִי Super postes ejus, Ezech.4.26. וְאֵלוֹהִי תַּרְתֵּין אַמִּין Et postes ejus duorum cubitorum, Ezech.40.9. וּלְאֵלֵיהֶן Et postibus ipsorum, Ezec. 40.16. *Plurale fœmininum constructum* וְזָעוּ אֵלָוַת סִפֵּי הֵיכְלָא Et commoti fuerunt postes liminum templi, Jesa.6.4. Vide & infrà in אלא.

אילא *Nomen proprium viri sancti in urbe Jafne, cujus probitas in proverbium abierat, ut dicerent,* מומחה כאילא ביבנה *Probatus erat ut Ela Jafnensis,* Berach fol.29.

אילת *Nomen loci,* Maaser scheni cap.ult.

אילו Vide mox in אלו.

אילך Vide infrà in אלך.

אַיְלוֹנִית *Sterilis mulier vel puella. Definitur hæc à Talmudicis, quando viginti annos nata, nondum pubertatis signa produxit, vel, ut ipsi ajunt, quando nondum tunc duos pilos produxit in loco isto.* Scribunt enim: ואיזו היא אילונית כל שהיתה בת עשרים ולא הביאה ב׳ שערות וכו׳ Jevam. fol.80.2. Item, בת עשרים שנה ולא הביאה שתי שערות היא אילונית Schab. fol. 47.2. Nidda fol.47.2. in Misna. Puella usque ad annum duodecimū completum, vocatur קטנה *Minorennis*, vel תינוקת *Puellula*. Anno decimotertio vocatur נערה *Puella*. Si producat duos pilos in loco noto, tunc illud vocatur סימן התחתון Signum pubertatis inferius. Producto hoc signo, post menses sex completos, vocatur בוגרת *Pubes, matura viro, nubilis.* Inter בַּגְרוּת & נַעֲרוּת non est distantia nisi sex mensium. Ad vigesimum annum si nondum produxit signum inferius, tunc vocatur אילונית *Sterilis, Impubes.* Signa אילונית sunt: Quæ nondum habet mammas: quę difficultatem sentit in coitu: quæ non habet declivitatem in pube juxta modum mulierum: cujus vox gracilis est, &c. סימן העליון Signum superius pubertatis sunt mammæ, quando papilla digito depressa, sponte non redit, &c. Vide Majemonem par. 2. in Statutis אישות, cap.2.

אִים *Terrere, Terrorem incutere, Talm.* מאיימין עליה Terrent eam. Talmudici de muliere à fide conjugali declinante Num.5. sic scribunt: היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלם ומאיימין עליה כדרך שמאיימין על עידי נפשות Producebant eam in domum judicii magni Hierosolymæ, & terrorem incutiebant ipsi, sicut solebant terrorem incutere testibus rerum criminalium, &c. Sota fol.7. in Mischna: כיצד מאיימין את העדים Quomodo terrent testificantes, scil. in criminalibus, Sanh. fol.37.1. in Mischna. Terror fiebat, ut veritatem dicerent.

אימים *Emæi, Gigantes, qui in posteris terræ Canaan fuerunt,* Genes.14.5. Deut.2.11.12. Sic dicti, quòd videntibus terrorem incuterent. Septem autem nominibus Gigantes sunt appellati. Secundum, גִּבּוֹרִים *Potentes*, quòd magni corporis magnæ essent vires, R. Abba dixit: Medulla ossis femoris erat octodecim cubitorum. 3. זַמְזֻמִּים *Scelesti*, à זִמָּה Scelus: vel Cogitabundi, quomodo Onkelos eos vocat חֻשְׁבָּנֵי id est, Astuti, vafri ad lædendum, à זמם, Deut.2.21. 4. נְפִילִים à נָפַל *Cadere*, quòd videntes eos, præ metu conciderent exanimes, Gen.6.4. Num.13. 34. vel שהפילו את העולם ושנפלו מן העולם quòd ruinam induxerunt mundo & deciderunt à mundo, & repleverunt mundum נפלים abortivis, scortatione suâ. 5. עַוִּים *Perversi*, ab עוה, quòd Perverterent & vastarent mundum, juxta illud, עַוָּה עַוָּה אֲשִׂימֶנָּה Ezech.21.27. Fuerunt & ipsi vastati è mundo, ut est Deuter.2.24. Ex posteris terræ Canaan & ipsi, ut Jonathan hic trāsfert. Vide & Jos.13.3. 6. עֲנָקִים quasi *Strangulatores*, Num.13.34. quòd præ terrore suffocarent homines. Vide & Deuteron.1.28. & 9.2. & 2.11. 7. רְפָאִים à רפה, quòd languidas & emortuas redderent vires hominum, שכל מי שראה אותם היה לבו רפה כשעוה quòd quicunq; videbat eos, ejus cor liquescebat instar ceræ; aut שכל הרואה אותם ידיו מרפות quòd quicunq; videret eos, ejus manus languidas facerent, ut loquitur R. Salomon Deut.2. Vide Beres. rab. sect.26.

אימה · אימתא *Terror*: אֵימָה חֲשֵׁכָה גְדוֹלָה Terror & tenebræ magnæ cadebant super eum, Gen.15.12. in Jonathane: תִּפֵּיל עֲלֵיהוֹן אֵימְתָא Fac ut cadat super eos terror, Exod.15.16. אֵימְתָא דְמַלְכָּא Terror regis, Proverb.20.2. יַת אֵימְתִי Terrorem meum mittam ante te, Exod.23.27. אֵימְתִי לָא תְבַעֲתִנָּךְ Terror meus non perterebit te, Job.33.2.

ואימְתָךְ עַל כָל עַמְמַיָא Et terror tuus eſt ſuper omnes populos, Cant.6.3. נְפַלַת אֵימַתְכוֹן עֲלָנָא Cecidit terror veſter ſuper nos, Joſuæ 2.9. *Apud Talmudicos*, ת״ר חמשה אימות הן אימת חלש על גבור אימת מפגיע על ארי אימת יתוש על הפיל אימת ממית על העקרב אימת סנונית על הנשר אימת כילבית על לויתן Quinq; terrores ſunt, in quibus infirmius terrori eſt fortiori. *Maphgiah* (nomen animalis parvi, vocem habētis maximam) terrori eſt Leoni: Muſca terrori eſt Elephanto: Aranea terrori eſt Scorpioni: Hirundo terrori eſt Aquilæ: *Kilbis* (nomen vermis aquatilis) terrori eſt Balænæ, Schabbas fol.77.2.

אימְתָן *Terribilis, Terrificus, Formidabilis:* גבר ואימְתָן Potentem & formidabilem, Jeſa. 28.16. *Plurale*, אימְתָנִין וּדְחִילִין אִנוּן Formidabiles & terrifici ſunt, Hab.1.7. וְיַת אֵימְתָנֵי Et terribiles gigantes, Hebr. וְאֵת הָאֵימִים Gen.14.5. Sic Deut. 2.11.12. *Fœmininum*, דְחִילָה וְאֵימְתָנִי Terribilis & formidabilis, Dan.7.7. per apocopam uſitatam pro אימְתָנִית.

אִימָא *Colus:* הנוגע בצמר שעל האימא Tangens lanam quę eſt in colo, Kelim cap.21. הכוש והאיסה Fuſus & colus, Kelim cap.11.

אִימָא Vide infrà in אמר ad Futurum.

אימַת · אִימָתַי Vide in lit. מ in מחי.

אין

Quod Aruch ex hac forma citat pro *Conſiderare, Videre*, id vide in עין.

אִין *Si, idem quod Hebraicè* אִם: *unde & ſine* י *in medio in Regiis ſcribitur. Sed in Targum & apud Rabbinos eſt cum* י *ſemper, ad differētiam* אַן. *In continuata ſententia repetitum, valet Sive:* אִין בְעִירָא אִין אֱנָשָׁא Sive jumentum ſive homo fuerit, Exod.19.13. in Jonathane. *Et interrogativè pro Num, An, ut & Si apud Latinos ſumitur:* אִין אִית טְעֵם Num eſt guſtus in albumine ovi? Job. 6.6. אִין חֵילָא הֵיךְ אַבְנַיָא חֵילִי Num robur veluti lapidum eſt robur meum? Job.6.11. אִין בִּסְרִי קְרִים בִּנְחָשָׁא Num caro mea obducta eſt quaſi chalibe? Job.6.11.

אִין *Ubi? ſed in compoſitione tantùm uſurpatur,* מֵאַין *Unde?* inde Talmudici dicunt מְנַיִן *Unde?*

אֵין *Sic, Ita, reſponſio affirmativa. Pro eo dicitur etiam* הֵן, *ut ibi videre eſt. Apud Talmudicos:* אֲמַר לֵיהּ אָתֵינָא לְעָלְמָא דְאָתֵי אֲמַר לֵיהּ אֵין Dixit ipſi: Perveniam'ne in ſeculum venturum (id eſt, vitam æternam)? reſpondit, Sic. Opponitur ei negativum לָא vel לָאו: ut, בסכנה אין שלא בסכנה לא In periculo, ita: quando non eſt periculum, non: מצוה מגולה אין מכוסה לא Si ſit præceptum publicum, ſic: ſi privatum vel occultum, non, Schab. fol.130.1. Vide Notas Druſii ad Matth.5.37. & 2. ad Cor.1.17. & infrà in הן.

אֵינֵי *Itane? admirantis. Sequi ſolet* וְהָא Sed ecce, quod contrariæ eſt objectionis. In libro הליכות עולם fol.7. שהוא ענין בן בלשון הגמרא Vox איני eſt ſignificationis כן (Sic, Ita) in lingua Gemaræ.

איק

איקון Vide infrà in אקן.

איר

אִיָר *Menſis nomen, Aprili noſtro reſpondētis:* עַד חֲמֵיסַר יוֹמִין לְיַרְחָא דְאִיָר Ad decimū-quartum diem menſis Ijar, Exod.12.39. Is fuit menſis ſecundus ab egreſſu ex Ægypto: egreſſi autem fuerunt menſe ניסן Martio, בְאִיָר לָא In menſe Aprili non (ſcil. debebat fieri excidium Judæorum) quòd in eo deſcenderat Manna, Eſth.3.7. in ſecundo Targum. *Item*, Et locutus eſt Dominus cum Moſe in deſerto Sinai in tabernaculo conventus, בְחַד לְיַרְחָא דְאִיָר הוּא יַרְחָא תִנְיָנָא primo die menſis Ijar ſive Aprilis, qui eſt menſis ſecundus, anni ſecundi ab egreſſu de terra Ægypti, Num.1.1. in Jonathane.

אִירוֹנִי *Urbanus, cui opponitur Paganus: fœmin.* אִירוֹנִית *Urbana.* לְפָסִין אִירוֹנִיוֹת Sartagines urbanæ, quales in urbibus apud cives, non in pagis apud ruſticos uſitatæ ſunt, Talm. Edajoth fol. 5. Eſt ab עִיר Civitas, gutturalibus א & ע inter ſe commutatis.

אַיֵר *Docere, Doctrinam proponere.* Verbū eſt Talmudicorū proprium, קַמְיָרֵי Docent. אַיְרִינַן Docemus. מִדְקָאַיְרִינַן Poſtquam docuimus. Baal Aruch in אר quinto pro איירינן legit ארינן & dicit, denotare objectionem.

איריא *Idem.* מאי איריא נכרי Quare docet de alienigena? quid docetur hîc voce Alienigenæ? מאי איריא הבא Quid docet hîc, quid docetur hîc, quòd Scriptura dicit nomen ejus eſſe Naema? Poſtellus in Zohar reddidit; Quid viſum eſt hîc? quaſi à רְאֵה, col.222. in Geneſ. & alibi.

איריינון. In Medraſch Eſther cap.1. verſ.6. חור ברפס ותבלת תרגם עקילס איריינון קרפסינון ורב ביבי אמר טיינון. Vox Græca eſt: ſed quid ſignificet non liquet. Gloſſa dicit eſſe ſpeciem Veſtimētorum pretioſorum.

איש

Vir, Maritus: Quiſq; Aliquis, Quidam, Quiſpiam. Apud Rabbinos eſt *Singulare, Individuum Logicum:* אִישֵׁי הַמִין Individua ſpecifica. אִישֵׁיהֶם Individua ipſorum: שאין השם ית' משגיח באישי האדם Quòd Deus non providet (id eſt, providētiâ ſuâ curat & regit) individua hominis, R.Levi Jobi 19. Vide eundem Jobi 3. & Jobi 6. *Apud Talmudicos additur & Patriæ alicujus:* ut, איש ירושלים Vir Hieroſolymitanus: איש צרדה Vir Tzardæus: איש סוכו Vir Sochæus. *Sic intercedente* כְפַר: ut, יעקב איש כפר סכניא Jacobus Vir de pago Scanja: איש כפר חנניה Vir de pago Hananjah: איש כפר עכו Vir de pago Acco: יששכר איש כפר ברקאי Iſaſchar vir de pago Barka. Sic poſsit eſſe quoque nomen ἰσκαριώτης. Vide Caninium

ninium de locis N.T. Hebraicis cap.13. & Druſ. ad voces Hebr. N.T. *Porrò apud Rabbinos* אותו האיש *Ille vir*. Sic ſynecdochicè ſæpè vocãt Chriſtum, quem ne nominare quidem dignantur, in Aben Eſra Geneſ.27.39. In Commentario quodam libri precum, in Jotzeroth fol.36.1. ad hæc verba, דורש אל המתים *Conſulens mortuum*, notatur; אותו האיש שמת כשאר כל אדם Illum nempe virum, qui mortuus eſt ut cæteri homines. Sic invidioſè dicit Pontifex Maximus Act.5.28. *οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ: καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν, καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου* Nonne etiam atque etiam denuntiavimus vobis, ne doceretis *in nomine iſto, &c.* & vultis ſuper nos inducere ſanguinem *hominis iſtius.*

אִישִׁי *Domine*. Vocabulum honoris: אִישִׁי כֹּהֵן גָּדוֹל Domine pontifex, ſumme ſacerdos, Talm. Joma cap.1. in Miſna. Verba ſunt ſeniorum Eccleſiæ ad ſummum ſacerdotem. Sic in Tamid cap.5. & alibi ſæpè ſummus ſacerdos hoc titulo compellatur. Gloſſa, ארוני.

אִישִׁי *Virilis.*

אִשָּׁה *Mulier, Uxor, Conjunx*. De nominibus אִשָּׁה & איש legitur in Pirke ſive capitulis R.Elieſaris, cap.12. Quamdiu homo primus fuit ſolus, vocatum fuit nomen ejus Adam אדם. R.Joſua Karchæus dixit: propter carnem & ſanguinem vocatum fuit nomen ejus אדם (alludit ad Nomen דָּם Sanguinis.) Quamprimum autem creavit ipſi adjutorium אשה mulierem, vocatum fuit nomen ejus איש, & ipſa אִשָּׁה. Quid fecit Deus? Poſuit nomen ſuum (יה) in medio nominum ipſorum. Si ambulaverint in viis meis, & obſervaverint præcepta mea, tunc nomen meum erit in medio ipſorum, liberabitq; eos ex omnibus anguſtiis: quod ſi non, ablaturus ſum nomen meum è medio ipſorum, ipſiq; fient אש (ignis) & אש ignis unus conſumet alterum, ſicut dictum eſt: ואש Et ignis iſte ad perditionem uſque conſumet, Job.31.11. Hæc ibi. Nempe literam י interpoſuit nomini viri: & literam ה addidit nomini uxoris ſive mulieris. Hæ duæ literę conjunctim conſtituunt nomen divinum. Ubi Dei nomen ſive Deus viro & uxori in conjugio præſens eſt, ibi quoque gratia & benedictio: ubi abeſt, ibi remanet ex nominibus ipſorum אש ignis litium & purgatorium ignitum conſumens. Hæc paſsim in variis Hebræorum ſcriptis laudantur. *De uxore ducenda Hebræorũ eſt Traditio*: אע״פי שיש לו לאדם כמה בנים לא יעמוד בלא אשה Etiamſi homini ſint plurimi liberi, tamen non manebit abſque uxore, Talm. Jebhammos, fol.61.2. Ibid. fol.63.1. כל יהודי שאין לו אשה אינו אדם שנאמר זכר ונקבה בראם Quicunque Judæus non habet uxorem, non eſt homo dicendus, ſicut ſcriptum eſt: Marem & fœminam creavit eos, Geneſ.1.27. In Medraſch Tillim, Pſal.69. מצא אשה מצא טוב Inveniens uxorem, invenit bonum, Prov.18.22. Contrà alibi dicitur: Invenio amariorem morte, fœminam, Ecclef.7.27. Intellige: Si mulier mala ſit, non eſt finis malitiæ ejus: Si bona, non eſt finis bonitatis ejus. Et hoc eſt illud: Inveniens uxorem, invenit bonum. Antequam creata eſſet mulier, dictum eſt: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Quando creata fuit, ſcriptum eſt: Et vidit Deus omnia quæ fecerat, eſſe bona valdè, Gen.1.31. Illud eſt, Inveniens uxorem, invenit bonum. Dixerunt Rabbini noſtri: Quicunq; non habet uxorem, in eo deficiunt quinque res: 1. Caret benedictione, ſicut dictum eſt: *Et benedixit ipſis Deus, Geneſ.*1.22. Non dixit אותו Ei, ſed אותם Eis. 2. Caret vitâ, (eſt quaſi non viveret) ſicut dictum eſt: *Et fruitor vitâ cum uxore charâ, Eccleſ.*9.9. 3. Caret lætitiâ, ſicut dictum eſt: *Lætare de uxore adoleſcentiæ tuæ, Prov.* 5.18. 4. Caret adjutorio ſive auxilio, ſicut dictum eſt: *Faciam ei adjutorium, Gen.*2.18. 5. Caret bono, ſicut dictum eſt: *Inveniens uxorem, invenit bonum.* Cùm autem uxor mala fuerit, expellit omne bonum è domo, facitq; virum pauperem. At ſi bona fuerit, tunc de ea ſcriptum eſt, אשת חיל *Fœminam ſtrenuam quis inveniet? Prov.*31.10. Item, *Uxor ſtrenua eſt corona mariti ſui, Prov.*12.4. Item, *A Domino eſt* אשה משכלת *uxor prudens*, Prov 19.14. Vide & Talm. Jevammoth fol 62.2. & Beres. rab. ſect.17. *De honore uxori exhibendo traditio eſt:* לעולם יהי אדם זהיר בכבוד אשתו שאין ברכה מצויה בתוך ביתו של אדם אלא בשביל אשתו Semper ſit homo cautus ad honorandam uxorem ſuam, quia nulla eſt benedictio in domo ejus, niſi propter uxorem, ſicut dicitur; *Et benefecit Abrahamo propter eam*, Geneſ. 12.16. Et iterum: אוקירו לנשייכו כי היכי דתתעתרו Honorate uxores veſtras, ut divites fiatis, Talm. Bava Metzia fol.59.1. Convenit cum illo Petri, 1.Epiſt. 3.7. *ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν*, &c. *De amore uxorum:* האוהב את אשתו כגופו והמכבדה יותר מגופו וכו׳ Qui diligit uxorem ſuam ut ſuum corpus, & honorat eam magis quàm ſuum corpus, &c. de eo ſcriptura dicit, *Et ſcies quòd pax erit in tabernoculo tuo, viſitabiſq; habitaculum tuum, & non peccabis*, Jobi 5.24. Talm. Sanh. fol.76 2. Sic Apoſt. ad Epheſ.5.28. *οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα*, &c. Item: Quæſitum aliquando fuit à

R.Jehoſua:

R.Jehoſua: מפני מה האיש יוצא למטה *Quare vir* (maſculus) *egrediens* (ex utero matris) *habet vultum deorſum verſum?* והאשה יוצאת פניה למעלה *mulier* (filia fœmella) *egrediens habet vultum ſurſum?* Reſpondit: maſculus reſpicit locum creationis ſuæ (terram ſcil. ex qua creatus eſt): והאשה מבטת למקום ברייתה mulier autem ſive fœmella reſpicit quoque locum creationis ſuæ (virum ſcil. ex cujus coſta creata eſt). Præterea, *quare mulier opus habet, ut aromatibus condiatur, vir autem non?* reſpondit: Adam אדם (homo mas) creatus fuit ex אדמה terra: terra autem non putreſcit unquam: חוה Eva (mulier) creata fuit מעצם ex oſſe (quod putreſcit & corrumpitur). Adhuc: מפני מה האשה קולה הולך ולא האיש *Quare mulieris vox ambulat* (ſonora & ſtrepera eſt) *non autem viri?* reſponſum fuit per ſimile. Si impleveris ollam carne, ſonus ejus non ambulat ſive perſonat: ſi autem impleveris oſſe, mox ſonum edit (ſicuti vas vini plenum & vacuum). Inſuper: *Quare vir facilè poteſt perſuaderi & emolliri,* ואין האשה נוחה להתפתות *mulier autem non facilè poteſt perſuaderi?* reſponſum fuit: Adamus vir creatus fuit ex terra, cui ſi affuderis guttam aquę, מיד היא נשרית ſtatim illa maceratur & molleſcit: At Eva mulier נבראת מעצם creata fuit ex oſſe, quod ſi per multos etiam dies maceres in aqua, tamen non molleſcit, &c. plura, Beres. rabba ſect. 17.

אשת איש *Uxor viri, ſcil. alieni,* id eſt, *Adultera.* Ex quo aliqua deſponſata eſt, נחשבת כאשת איש cenſetur ut adultera, ſi alius quis cum ea rem habeat: הנחשדת על אשת איש Quę ſuſpecta eſt quaſi ſit adultera, adulterii nomine: חשדוהו מאשת איש Suſpectum ipſum habuerunt propter adulteram, quòd cum alterius uxore rem habuerit: כל הבא על אשת איש לא ינקה מדינה של גיהנם *Quicunque rem habet cum uxore viri* (alieni, i.e. *qui committit adulterium*) *non evadet è judicio gehennæ,* Sota fol. 4.2.

אישות *Conjugium, Matrimonium:* אישות לבהמה מי אית להו Conjugium beſtiis ubi ergo eſt? הבא על הפנויה שלא לשם אישות עשאה זונה Viduus coiens cum vidua, ſi non ſit nomine conjugii, facit eam ſcortum, Talm. Jevam. fol. 61.2. Sanhed. fol. 51.1. האישות לא ישלם למי שאינו בן י״ג שנה ויום אחד Conjugium non abſolvitur alicui, niſi habeat tredecim annos & diem unum, i.e. non licet alicui ante decimum tertium-annum conjugium contrahere. Nam ad generandum eſt inidoneus. De ritibus & ſtatutis conjugii, vide Majem. in הלכות אישות.

אישות *Talpa,* Talm. צדין את האישות ואת העכברים Venantur talpas & mures, Moed caton fol. 6.2.

In Gemara ibid. mox: מאי אישות Quid eſt אישות? בריה שאין לה עינים creatura quæ non habet oculos. Addit R.Salomon, וחופר בקרקע & fodit in terra. Eſſe plurale, apparet ex ejuſdem gloſſa ad præcedentem locum, ubi rationem reddit, quare liceat eas venari; nempe, inquit, שמפסידין בו quia vaſtant eum, ſcil. agrum. Quidam legunt ſingulariter אישות, cui formæ modus ſignificandi repugnat. Vide & in אשה.

אית *Eſt, Sunt. In Daniele dicitur* אִיתַי, *& apud Talmudicos* אִיתָא. *Eſt pro Hebræo* יֵשׁ. *Sed in Targum eſt longè frequentiſſimum pro exprimendo Verbo ſubſtantivo, (ut loquuntur Grammatici) cujus ellipſis ſæpè eſt in Hebræo:* מָאִם אִית חַמְשִׁין Fortaſſe ſunt quinquaginta, Gen. 18.24. הַאִית לִבָּךְ כְּשַׁר Num animus tuus eſt rectus, 2.Reg. 19.15. אִיתַי גְּבַר בְּמַלְכוּתָךְ Eſt vir in regno tuo, Dan. 5.11. אִיתַי גֻּבְרִין יְהוּדָאִין Sunt viri Judęi, Dan. 3.12. *Cum Aſſix.* לָא אִיתוֹהִי Non eſt ille, Dan. 2.11. אִיתֵיכוֹן Eſtis vos, Dan. 3.4. וְלָא אִיתַי Et non amplius ſim ego, Pſal. 39.14. בְּעוֹד אִיתַי Quamdiu ego ſuperſum, Pſal. 104.33. מִדְּאִיתָנִי Ex quo die ſum ego, Gen. 48.15. *Talm.* אִיתְנְהוּ Sunt ipſi. *Pro* ראית *in Talmud Hieroſolymitano, eliſo* א, *legitur aliquãdo* רית, ut in Sota cap. 5. מה רית לי אנא מבכה ואנא עביד מצוה De omnibus quæ mihi ſunt, detraho, & facio eleemoſynam.

כְּדְאִיתָא *Sicut eſt, & ſine* א, כְּדִאית, *& per apocopam,* כְּדְאִי, apud Talmudicos & Rabbinos Chaldaiſantes.

לֵית *Non eſt. Compoſitum ex* לא *&* אית, *Hebr.* לֹא יֵשׁ. *Dicitur &* לַיִת, *quæ ſcriptio ad compoſitionis originem accedit:* וַאֱנָשׁ לֵית Et homo nullus erat, qui coleret terram, Gen. 2.5. וְרוּחָא דִמְטְרָא לֵית Et ventus pluviæ nullus eſt, Prov. 25.14. *Suſcipit Aſſixa ut ipſum* אית *ſimplex:* לֵיתוֹהִי Non eſt ipſe, Exod. 3.2. vel, לֵיתוֹ, Pſal. 37.10. לֵיתְנוּן Non ſunt ipſi, לֵיתָךְ Non tu. *Talm.* לֵיתִינְהוּ Non ſunt ipſi.

אִיתַי Vide infrà in אתא.

אִיתָא Vide infrà in אתת.

אֵיָרִת Legitur in Venetis Proverb. 25. 8. 11. mendoſum eſt, & legendum מְסַרְהֲבָאִירת, de quo in מרהב in ordine סרה, & פְּסִיאִית, de quo in פסא.

אַךְ *Tantùm, tantummodò, duntaxat: Veruntamen, ſed: Profectò, certè, ſanè:* ἀχρικῶς *deducitur in formam numeri pluralis, unde illud Rabbinorum:* כל אכין ורקין שבתורה מיעוטין Omnia אך & רק quæ in Lege ſunt, diminutionem & excluſionem denotant. Vide R.Salom. Levit. 23.27. & R.Dav. Joſ. 1.18.

אַךְ *Plaga, Calamitas.* Deductum eſt ex נכה. Talm. אך גדול היה באותו היום Plaga magna fuit eo die, Metzia fol. 59.2. Gloſſa, מַכָּה.

אכא אִכָּא, איכא *Eſt, Sunt. Compoſitum videtur ex* אית *Eſt, &* כָּא *Hic:* אִכָּא דְּטָרֵיךְ בְּמִלּוֹי Eſt qui inſectatur verbis ſuis, non manebit firmus, Prov.19.7. *Talmudicis frequentiſſimum eſt:* כל היכא דאיכא Ubicunq; eſt: איכא דאמרי Sunt qui dicunt, Hebr. יש אומרים. Frequenter aliis particulis junctum, pleonaſticum eſt: מי איכא איהו גופיה כמה הוי: Quantum ergo fuit corpus ejus ipſum? Cholin fol.58.2. *Hinc compoſitum* לִיכָּא *Non eſt, non ſunt,* quod indicio eſt, eſſe ab אית compoſitum. Non recipit Affixa Pronomina.

אכב אִכְּבָא *Gallus gallinaceus.* Legitur in Proverb.Salomonis: וְאִכְּבָא דְּמִזְרַז כֵּינַת תַּרְנְגוּלֵי Et gallus qui accinctus eſt inter gallos ſive gallinas, Hebr. זַרְזִיר מָתְנַיִם, Prov.30.31. Elias ſcribit, ſe ignorare quid ſignificet. Hebræum variè exponitur, זרזיר מתנים Accinctus lumbis. Ab.Eſra in genere ſcribit, eſſe nomen beſtiæ. Poteſt eſſe gallus gallinaceus, altè incedens, quaſi lumbis accinctus. R.Levi ſcribit, eſſe canem venaticum tenerorum lumborum, (*Vertagus* dicitur, ein Wind) Alii putant eſſe equum generoſum, optimi inceſſus, cujus cinctura eſt indicium.

* אכרין Vide ſuprà in אך.

* אכי : אַכּוֹרְנְקִי vide in ordine כור. Munſterus notavit ut ſingulare: ſed plurale eſt, & א addititium.

אכונגרי. Sic ponit hoc loco Aruch & alii. Vide ſuprà in ordine אכן.

אכו אכו · אַכּוּ *Nates:* אכוו תנן או עכוו Diſcimus'ne, pronunciandum אכוו (cum א) vel עכוו cum ע ab initio, Eruvin fol.53.2. Vide עכו. Eſt qui *Caudam* explicat. Munſterus addit, אכוו eſſe ſpeciem vaſis quo hauritur aqua. Illud vas Guido *Situlam vocat.* In Aruch de eo nihil. Error eſt. In Talmud hac forma eſt nomen כו cum præfixa præpoſitione Talmudica א.

אכוּרִי Vide in כור. Nam א volunt eſſe addititium.

אכט אַכְטָא Sic adducitur hoc loco in Aruch: ſed in Gemara unde citatur, ſcribitur אבטא. Vide אבט. Munſterus addit, eſſe quoque *Tabulatum juxta piſcinas, in quo fit lotura,* de quo Aruch nihil monet.

אכאטִים *Achates lapis pretioſus,* Schemoth rabba ſect.38.

אכך אִכְּכְמָה. Extat in Targum, Proverb.7.10. בְּאִכְּכְמָה וְזָנִיתָא. Lego, בְּאַכְּכְמָא דְּזָנִיתָא In habitu meretricis. Græcum eſt σχῆμα, unde Syri dicunt אֶסְכִּימָא. Syra phraſis in hoc Targum frequens eſt.

אכל *Edere, Comedere, Abſumere, Conſumere.* *Præteritum,* וְלָא אֲכַל עִמְּהוֹן לַחְמָא Et non comedit cum eis cibum, Hebr. בָּרָה 1.Sam.12.17. אֲכַלְנִי שַׁרְבָא Conſumpſit me æſtus, Gen.31.40.&c. *Participium,* אֱלָהֵן לַחְמָא דִּי הוּא אָכֵיל Excepto cibo quem ipſe comedebat, Gen.39.6. אַתּוּן אָכְלִין Vos comeditis, Joſ.24.13. *Infinitivus,* מֵיכַל תֵּיכוֹל Comedendo comedes, Gen.2.16. הֲמֵיכַל אֲכַלְנָא Num comedendo comedimus, 2.Sam.19.42. וְשַׁוִּיאוּ קֳדָמוֹהִי לְמֵיכַל Et poſuerũt coram eo ad comedendum, Gen.24.33. *Talmudicè cum* ל *ab initio,* לוכל. *Imperativus,* אכול וְאִשְׁתְּ Ede & bibe, 1.Reg.18.41. אכלו מַה דְּמִשְׁתְּאַר Comedite quod reſiduum eſt, Cant.5.1. אֲכֻלִי בְשַׂר שַׂגִּיא Comede carnẽ multam, Dan.7.5. *Futurum,* לָא איכול כְּלַחְמָךְ Non comedam de pane tuo, Jud.13.16. וְעַפְרָא תֵיכוּל Et pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ, Geneſ.3.14. יֵיכְלִנַּהּ Comedet illud, Lev.6.26. וְנֵיכְלִנֵּיהּ Et comedemus eum, 2.Reg.6.29. דְּמֵהּ לָא תֵיכְלוּן Sanguinem ejus non comedetis, Geneſ.9.4. עַל מְרָרִין יֵיכְלוּנֵּיהּ Cum amaris herbis comedetis eum, Exod.12.8. *Ithpehal vel Ithpahel, Præteritum,* וְאִתְאֲכָלוּ מִן חֵיוַת בָּרָא Et conſumpti ſunt à beſtiis, Pſal.68.23. *Participium,* לֵיתוֹהִי מִתְאֲכֵיל Non fuit conſumptus, Exod.3.2. וּבֵין חֵיוְתָא דְּמִתְאַכְלָא Atque inter animal quod comeditur, Levit.11.47. דְּלָא מִתְאַכְלָן מִבִּישׁוּ Qui non poſſunt comedi præ malitia, Jerem.24.2. *Infinitivus,* וְאִם אִתְאַכְלָא יִתְאֲכִיל Et ſi comedendo comedetur, Levit.7.18. (al.8.) *Futurum,* בַּאֲתַר קַדִּישׁ יִתְאֲכֵל In loco ſancto comedetur, Levit.6.26. (al.29.) לָא תִתְאֲכֵל Non comedetur, Levit.6.30. (al.23.) *Aphel* אוכל *Comedendum dare, Cibare. Præteritum,* אוֹכַלְתָּא לְהוֹן Cibaſti eos, Pſal.80.6. דְּאוֹכְלִית יַתְכוֹן בְּמַדְבְּרָא Quo cibavi eos in deſerto, Exod.16.32. וּדְבַשׁ אוֹכַלְתִּיךְ Et melle cibavi te, Ezec.16.19. *Imperativus,* אוֹכְלֵיהּ לַחְמָא Cibato eum pane, Prov.25.21. וְאוֹכִילוּהִי לַחְמָא Et cibate eum pane anguſtiæ, 1.Reg.22.27. *Futurum,* מַן יוֹכְלִנָּנָא בִּסְרָא Quis comedendum nobis dabit carnem, Num.11.4. *Sic legendum, non ex Pehal, ut libri habent:* וְיֵאכְלִנֵּיהּ מִן טוּב לַחְם Et cibabit vel alet eum optimo pane, Pſal.81.17.

In lingua Hieroſolymitana reperitur aliquãdo כַּל *pro* אֲכַל, ſicut dicitur מַר, *pro* אֲמַר: ut, ולא שמע להון וכל Et non obedivit eis, & comedit, Talm.Hieroſ. Bava bathra cap.9.fol.17.col.1.

Apud Rabbinos, אָכַל *Abſumere, pro Capere, comprehendere, occupare, ut quod majus eſt, capit & comprehendit intra ſe id quod minus eſt.* Sic in ſtructuris, conclave inferius majus, intra ſe comprehendit & quaſi abſumit, conclave ſuperius contractius. Sic vitis arbor ſe latè ramis & foliis circumquaq; extendens, intra ſe abſumit arbuſta & minores herbas. Sic verbum אכל explicatur in textu ſacro apud Ezechielem cap. 42. verſ.5. יוכלו Abſumebant, comprehendebant, ſuperabant, occupabant ipſas cellas, vel ipſa cœnacula,

אָמוֹן *Hebræa vox est, quam Aruch dicit in Beresc. rabba quadrupliciter explicari: primò* אמון פדגוג Amon idem est quod *Pædagogus, nutritius:* ut ibi, וָאֶהְיֶה אֶצְלוֹ אָמוֹן Et fui apud ipsum Amon, Prov.8.30. *Secundo* אמון מוצנע *Amon idem est quod* מוּצְנָע *Verecundus.* Hoc dicunt de Amon Manassis filio, 2.Reg.21.19. Amon præfecto urbis, 1.Reg.22.26. *Tertio* אמון מְכוּסֶּה *Amon* idem quod *Tectus, latens:* ut, וְאֵת יֶתֶר הָאָמוֹן Reliquum multitudinis obscurę populi, Jer.52.15. *Quartò,* אמון רַבְתִּי *Amon* idem quod *Magnum:* ut, מִנֹּא אָמוֹן, quod Targum reddit מֵאַלֶכְסַנְדְּרִיָא רַבְּתָא Præ Alexandria magna, Nah.3.8. Sic pro נא etiam est Alexandria, Jer.26.25.

אוּמָן *Artifex, Opifex, sic dictus, quòd in sua arte debet esse Fidus:* עוֹבַד אוּמָן Opere artificis, Hebr. חושב Excogitatoris, Exo.28.6. אוּמָן בְּעוֹבָדָא דִנְחָשָׁא Artifex in opere æris, Hebr. חֹרֵשׁ, 1.Reg.7.14. עֲבִידַת נַגָּר וְאוּמָן Opus fabri & artificis, Hebr. וְחָרָשׁ, Exod.35.35. וְאוּמָן עָבִיד זַיִן Et artifex factor armorum, 1.Sam.13.19. כְּאִכָּרָא דְאוּמָן לְמִדְרַשׁ Sicut agricola qui artifex est ad triturandum, Jesa.21.10. *Plurale,* עוֹבַד אוּמָנִין כָּלְהוֹן Opus artificum omnia sunt, Hos.13.2. דְאוּמָנִין לְמִקַּץ אָעִין Qui artifices sunt ad cædendum ligna, Hebr. וְחָרָשֵׁי עֵץ 1.Sam.5.12. דאוּמָנִין לְאַגָּחָא קְרָבָא Qui artifices sunt ad gerendum bella, committenda prælia, Jesa.21.10. *Emphat.* כָּל אוּמָנַיָא וְתַרְעַיָא Omnes artifices & janitores, 2.Regum 24.14. *Et ex forma fœminina,* וּלְאַלָּפָא אוּמָנָן Et ad docendum artifices ad operandum in auro & in argento, Exod.35.32. בְּכָל עֲבִידַת אוּמָנָן In omni opere artificum, Exod.35.33. in Jonathane. Sed hæc possint ad sequens

ſubſtantivum abſtractum referri. *Apud Rabbinos:* שֶׁב שְׁנֵי הֲוָה כַּפְנָא וְאַבָּבָא דְאוּמָנָא לָא חָלֵיף *Septem annis ſi ſit fames, ad oſtium artificis non pertingit*; i.e. non ſentit eam artifex ſedulus & induſtrius; quia arte & induſtriâ ſüâ ſemper aliquid acquirit, unde famem pellat, & ſe ſuosque ſuſtentet, Sanhed. fol.29.1. In gloſſa dicitur eſſe משל הדיוט *Proverbium vulgare.* Citatur à R.Levi ben Gerſon ad Proverb.22.29. *Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit, non ſtabit coram obſcuris:* ſed pro שב שני dicit ille, שית שנין Sex annis, &c. Adducitur quoque à Druſio in Adagiis Hebraicis pag.104. ſed mutilè, truncatis primis duabus vocibus שב שני; *Quæ verba*, ait, *quid ſibi velint neſcio.* Sed facilis eſt ſenſus illorum; שב per Apocopam Talmudicis familiariſsimam pro שְׁבַע *ſeptem*, שְׁנֵי pro שנין *Annis.* Senſus quoque totius paræmiæ ſatis perſpicuus, cōgruens cum illo Germanorū, ein Handtwerck hat ein gulden Boden. Alibi: מורים אומן מותר Muria artificis (Chriſtiani) licita eſt, Avoda ſara fol.34.2. *Deinde etiam apud Rabbinos per Synecdochen eſt Venæſector, aut, ſi de circumciſione ſermo ſit, Circumciſor, Magiſter circumciſionis*, Bava baſra fol.21.2. אומנא דלא מיץ סכנה הוא Circumciſor quando non exſugit ſanguinem (abſciſsi præputii) id periculoſum eſt, Schab. fol.133.2. קרנא דאומנא Cornu, id eſt, cucurbitula venæſectoris, balneatoris, qui ſcarificare ſolet, Makkos fol.16.2. Venæſectorem vulgò vocant מקיז דם. Cucurbitula Latinis à cucurbita dicitur, quòd ex cucurbitæ cortice fieret: Babyloniis קרנא, quòd Corneæ tunc ibi eſſent, ut & hodiè adhuc in quibusdam locis. Sic Germanis Schräpffhörnle/ Cornu ſcarificationis. Poſtea etiam æneis uſi ſunt, & ultimò vitreis, quæ potiſsimùm adhuc cum æneis ſunt in uſu.

אומנות *Ars manuaria, Artificium, Opificium*, Targ. וּבְאוּמָנוּת אֶבֶן טָבָא Et in artificio lapidis pretioſi, Hebraicè וּבַחֲרֹשֶׁת, Exod.31.5. & 35.33. כָּל אוּמָנָא סָנֵי בַר אוּמָנוּתֵיהּ *Omnis artifex odit filium*, id eſt. *diſcipulum artificii ſui*, Gen.3.4. in Jonathane. *Proverbiale eſt*; ut illud, *Figulus figulo invidet.* Hoc in Bereſch. rabba ſect.19. ita exprimitur, כל איש שונא בן אומנותיה: Hebraicè, כל אינש סני בר אומנותיה. *Plurale*, לְאַלָּפָא אוּמָנָן Ad docendum artificia operandi in auro & argento, Hebr. לַחְשֹׁב מַחֲשָׁבוֹת Ad excogitandum cogitationes, id eſt, res artificioſas, Exod.31.4. & 35.32. Quidam interpretantur, *Artificum. Emphat.* וּלְמַלֵּף אוּמָנְוָתָא לִמְשָׁאַר אוּמָנַיָּא Et ad docēdum artificia reliquos artifices, Exod.35.34. in Jonathane. Vulgò legitur לְמֵילַף Ad diſcendū: ſed in Hebræo eſt לְהוֹרֹת Ad docendum, quod Chaldaicè eſt לְמַלֵּף, contractè pro לְמְאַלֵּף, cum מ formativo, ex uſu Hieroſolymitano. Pro eo verſ.32. dicitur לְאַלָּפָא ex forma analoga. *Apud Rabbinos*, לא ילמד אדם את בנו אומנות בין הנשים *Non docebit homo filium ſuum artificium aliquod inter mulieres*, vel, *præſentibus mulieribus*: nam converſatio iſta prava eſt, & corrumpit artificium. לְעוֹלָם ילמד אדם את בנו אומנות נקייה *Semper doceat homo filium ſuum artificium mundum*, i.e. *honeſtum*: (alibi additur, וְקַלָּה *& facile*, Berach. fol.63.1. & Kidduſchin in fine.) כל שאינו מלמד את בנו אומנות כאילו מלמדו ליסטנות *Quicunque non docet filium ſuum aliquod opificium, perinde eſt, ac ſi doceret eū latrocinium*, Kidduſchin cap.1. אין אומנות שאין בה עניות ועשירות *Non eſt artificium, in quo non ſit paupertas & divitiæ, ſive opulentia:* שלא עניות מן האומנות ולא עשירות מן האומנות אלא הכל לפי זכותו quia non eſt paupertas ex artificio, neque opulentia ex artificio, ſed omnia juxta meritum & juſtitiam ejus, ſcil. artificis: R.Schimeon Eleaſaris filius dixit: Vidiſti'ne unquam totâ vitâ tuâ beſtiam aut avem, שיש להם אומנות quibus ſit aut fuerit opificium aliquod, & tamen ſuſtentantur שלא בצער abſque moleſtia, ſuntque creata ad ſerviendum mihi: ego autem creatus ſum ad ſerviēdum creatori meo, & non eſſet juſtum, ut & ego alar abſque moleſtia? Abba Gurja dixit: *Nunquam doceat homo filium ſuum, ut ſit* חַמָּר *mulio*, גַּמָּל *Camelio, curator camelorum*, סַפָּר *tonſor*, סַפָּן *nauta*, רוֹעֶה *Paſtor*, וְחַנְוָנִי *& hoſpes, præfectus hoſpitii*, שאומנותם אומנות ליסטים *quòd opificium ipſorum ſit opificium latronum*, id eſt, plerique iſti ſint improbi, fraudulenti, malitioſi, magnis periculis expoſiti, furandi, latrocinandi ac defraudandi occaſiones habentes. *Adduntur his Medici & laniones, de quibus dicitur*, טוב שברופאים לגיהנם *Optimus medicorum ad gehennam pertinet*, (hinc mirandum, quare Judæi tam libenter medicinam exerceant?): הכשר שבטבחים שותפו של עמלק *Rectiſsimus ſive probiſsimus lanionum, ſocius eſt Amaleki:* (hic fuit filius Eſaui; ab eo Amalekitæ dicti & orti, quorum memoria obliteranda erat, Exod.17.14. penitùs exſtirpandi & occidendi, Num.25.) *R.Nehora dixit: Dimitto ego* כל אומנות שבעולם *omnia opificia mundi, ac non docebo filium meum, niſi Legem*, (i.e. ſtudio verbi divini dedam) cujus mercede & lucro fruitur in mundo hoc, & capitalis ſumma permanet ei in mundo futuro, וכל שאר אומנות omnia autem alia opificia non ſunt ita. Cùm enim homo in morbum incidit, aut ad ſenectutem pervenit, aut aliis calamitatibus affligitur, ut non poſsit amplius exercere opificium, deſtituitur lucro, & moritur fame: at ſtudium Legis divinæ &c. Omnia hæc leguntur in Talmud,

libro

libro Kidduſchim, fol.82.1. quibus verbi divini ſtudium omnibus aliis mundi artibus præferre & commendare voluerunt. Vide & Talm. Hier. in Kidduſchin cap.4. in fine f.66.2. אומנות מעולה Opificium honeſtum & laudabile, פגומה Ruptum, i. e. inhoneſtum, inutile: נקיה Mundum, מאוסה Sordidum, reprobũ, inhoneſtum. Hinc; אשרי מי שראה את הוריו באומנות מעולה אוי לו שרואה את הוריו באומנות פגומה Beatus ille qui videt progenitores ſuos (vel natos ſuos) in opificio honeſto & laudabili: Infelix ille, qui eos videt in opificio ſordido & inhoneſto. Talm. Hier. dicto loco. In Maccoth fol.24. ad verba illa Pſal.15.3. לא עשה לרעהו רעה *Qui non facit proximo ſuo malum*, ſcribitur: שלא ירד לאומנות חבירו qui non deſcendit in opificium proximi ſui. Vide ſimile in radice חָיָה.

אמן *Artificioſè, ſecundum artem agere, ad artem regere & aſſuefacere, Docere artem:* מפני שמאמן את ידו Propterea quia artificioſè regit manus ſuas, id eſt, מרגילם ומכוונם Aſſuefacit & dirigit eas rectè & commodè juxta artis ſuę rationem & proprietatem, Talm. Schab. fol.103.1. In Aruch explicatur, מלמד ידו אומנות Docet manum ſuam artem vel opificium.

אמן *Educare, Nutrire, ex ſignificatione* אֹמֵן *Nutriens*, Eſth.2.7. in Hebræo. Hinc apud Talmudicos, האגוזין שאמנן Nuces quas educavit, Oketzim cap.2. Gloſſa גידלם.

הֵימָנוּת *Fides, Fidelitas, Veritas: Emphat.* וַהֲוָת לֵיהּ הֵימָנוּתָא Eratque ipſi fides in verbo Domini, Geneſ.15.6. in Jonathane: אוֹרַח הֵימָנוּתָא בְּחָרִית Viam veritatis elegi, Pſal.119.30. וְהֵימָנוּתָא לַחֲדָא Et veritatem præcipuè, Pſalm.119.138. אֲנַחְנָא שְׁלָמִין בְּהֵימָנוּתָא Nos pacati ſumus in fide, id eſt, fideliter cum Iſraël, 2.Sam.20.19. וְלָא לְהֵימָנוּתָא Et non ad fidem, id eſt, fideliter, Jerem.9.3. *Per Apocopam*, דְּלֵית בְּהוֹן הֵימָנוּ In quibus nulla eſt fides, Deuter.32.20. *Cum Pronominibus*, הֵימָנוּתָךְ עַד שְׁחָקַי Fides tua uſq; ad cœlos, Pſal.36.6. טִיבוּתָךְ וְהֵימָנוּתָךְ Bonitatem tuam & veritatem tuam, Pſal.40.11. וְעַד דָּר וְדָר הֵימָנוּתֵיהּ Et uſq; in omnem generationem fides ejus durat, Pſal.100.5.

מְהֵימַן *Fidus, Fidelis, Verax:* בְּכָל בֵּיתִי מְהֵימַן הוּא In tota domo mea fidelis ipſe eſt, Hebr. נֶאֱמָן Num. 12.7. כָּהֵן מְהֵימַן Sacerdotem fidum, 1.Sam.2.35. *Emphat.* וּקְיָמִי מְהֵימְנָא לֵיהּ Et fœdus meum fidum ipſi, Pſal.86.29. *Plurale*, סָהֲדִין מְהֵימְנִין Teſtes fideles, Jeſa.8.2. וִימַנֵּי מְהֵימְנִין עַל אַרְעָא Et conſtituat fidos ſcil. miniſtros vel præfectos, ſuper terram, Geneſ.41.34. מִמְּהֵימְנִין A' fidelibus, Job.20.20. *Femininum*, סָהֲדוּתָא דַיְיָ מְהֵימְנָא Teſtimoniũ Domini fidele eſt, Pſalm.19.8. קַרְתָּא מְהֵימַנְתָּא Urbs fidelis, Jeſa.1.21. Sic & uſurpatur pro Hebræo אָמוֹן Prov.8.30. *Plurale*, מָחָן רַבְרְבָן וּמְהֵימְנָן Plagas maximas & fideles, Deut.28.59. דִּמְהֵימְנָן Quæ fidæ ſunt, Jeſa.55.3.

אומניאות Vide in חמן, in הומוניה.

אמף אַמְפַּלְיָא, אַמְבַּלִי Vide infrà in אנף. Sæpiùs enim per נ in medio ſcribuntur.

אַמְפּוּמִיּוֹת *Utrinque patens vel apertum.* Baal Aruch adducit ex Capitulis R. Elieſaris cap. 42. וחלונות אמפומיות בין שביל לשביל והיו רואין אלו את אלו Et feneſtræ apertæ erant ab utroque latere inter ſemitam unam & alteram, ut ſe mutuò videre poſſent. Sermo ibi eſt de Iſraëlitis ex Ægypto proficiſcentibus, ac per mare tranſeuntibus; quòd, cùm aquæ maris congregarentur, & inſtar muri ipſis fierent, in duodecim ſemitas, juxta numerum duodecim tribuum, diviſæ fuerint. In unaquaque autem ſemita, ſive in muro uniuſcujuſque ſemitæ, tamquam in pariete intergerino, ex utroque latere fuiſſe patentes feneſtras & apertas, ut unaquæq; tribus alteram proficiſcentem conſpicere potuerit. Hæc in adducto loco quidem habentur, ſed vox iſta אמפומיות in meo exemplari abeſt. In Jalkut autem Par.2. fol.23. col.4. ubi ſimiliter quæritur, quâ ratione aquæ maris murus factæ fuerint? dicit unus, factas fuiſſe כחדין קנקיליא inſtar cancellorum: alius dixit, כאילין אמפומסא; quod in Gloſſa marginali exponitur, חלונות פתוחות מעבר לעבר *Feneſtræ apertæ ab utroq; latere.* Eſt vox corrupta ex Græco quopiam, cum ἀμφὶ vel ἀμφὰ compoſito.

אַמְפּוּרִין Videtur eſſe Græc. ἔμποροι *Mercatores, Negotiatores magni*, qui mare tranſeunt, & terras longinquas adeunt negotiationis causâ. Legitur in Targum Jonathanis, Geneſ.25.3. וּבְנֵי דְדָן הֲווֹ תַגָּרִין וְאַמְפּוּרִין וְרֵישֵׁי אוּמִין Et filii Dedan fuerunt mercatores, & negotiatores, & principes populorum, Hebr. אַשּׁוּרִים וּלְטוּשִׁים וּלְאֻמִּים, quæ communiter habentur pro nominibus propriis. Targum Hieroſ. habet, תַגָּרִין וְאוּמָּנִין Mercatores & artifices. Alia lectio hujus Targum habetur in Bereſchith rabba ſect.61. fol.68.1. Rabbi Schemuel bar Nachman dicit; אע״ג דאינון מתורגמין ואומרין תגרין לופרין וראשי אומין בולהון ראשי אומות הן h. e. Etiamſi Targumiſtæ exponant, ſcil. hæc Hebræa nomina, tamquam appellativa, ac dicant; תַגָּרִין Mercatores, לופרין, & רָאשֵׁי אוּמִין Capita populorum; nihilominus omnia ſunt nomina propria capitum certorum populorum. Quid לופרין hîc ſit, non ſatis liquet. Rabbi Moſes ben Nachman in Commentariis ſuis, fol.22. col. 4. locum hunc ex Bereſchith rabba adducens, legit pro eo וְלִפְּרִין, cum ד in medio, & ו ac ל tranſpoſitis, & exponit, אנשי רשע פנים פני להבים בוערים

בּוּקרים כלפידים h.e. homines nequam, quorum facies sunt facies flammarum, ardentes instar lampadum. Prior lectio ולפרין per Resch, posit deduci ex Græco Λαμπρὸς, Λαμπροὶ Splendidi, Clari, Nobiles. Sic לְטוּשִׁים, cui respondet, significat, Tersos, Politos, Splendidos.

אמפלטור אמפרטור *Imperator.* Quãdoq; legitur & corruptiùs אפלטור.

אמפוליר · אמפולי Vide infrà in אנף, in אנפלי.

אמץ *Claudere, Obfirmare.* Ex hac forma adducitur in Aruch: sed in Gemara, unde citatur, legitur ex forma עמץ, quod idem quod עצם. Vide ibi.

אומצא *Crudum, caro non satis cocta vel assata, adhuc sanguineum humorem exsudans.* Quandoq; simpliciter Assatura: אומצא דאסמיק Frustum carnis præ cruditate rubens: אומצא רכישרא Frustum carnis crudæ afferant mihi, Sanhed. fol. 39 1. בר אווזא דחזי לאומצא Anas videns frustum carnis crudum, Schab. fol. 128. 1.

אמר *Dicere.* Verbum quod frequenti suo usu facilè innotescit lectori. *Præteritum,* אֲמַר Dixit. Hæc forma cum Participio præsenti non est confundenda, ut in Venetis factum. *Fœmin.* אֲמַרַת, ut aliquando rectè punctatum est. אֲמַרְתְּ · אֲמָרִית Dixisti. אֲמָרִית · אֲמַרְנָא Dixi, &c. Talmudici, resecto ת in fine, dicunt etiam אמרי. *Participium præsens,* אָמַר Dicens, dicit, pro אָמַר. *Plur.* אָמְרִין Dicentes, dicunt: *Fœmin.* אָמְרָא Dicens, dicit illa: אָמְרָן Dicentes, dicunt illæ. *Partic. pehil sive passivum,* אֲמִיר Dictus, &c. *Infinitivus,* מֵימַר Dicere; *cū servilibus præpositivis,* לְמֵימַר Dicens, dicendo, ad dicedum, pro לְמֵאמַר, quod etiam aliquando invenitur, ut Dan. 2 9. *& contractè,* לְמֵמַר Esr. 5. 11. מִלְּמֵימַר A' dicendo, ne dicat vel diceret. *Imperat.* אֱמַר Dic, dicito, אֱמַרוּ dicite, &c. *Futurum,* אֵימַר Dicam, תֵּימַר dices, יֵימַר dicet, & יֵאמַר Dan. 2. 7. תֵּאמְרוּן dicetis, Jere. 10. 11. נֵאמַר Dicemus, Dan. 2. 36. &c. *Ithpehal,* אִתְּמַר Dictus vel dictum est, Job. 34. 31. contractè hoc dicitur pro אִתְאֲמַר. *Ithpahel,* אִתְאַמַּר Jos. 2. 2. וְאִתְאַמַּרְתּוּן Et dicti, nominati, appellati estis, Ezech. 36. 3. עַל כֵּן יִתְאֲמַר Idcirco dicetur, dicitur, Gen. 10. 9. &c.

Rabbini communes in hujus verbi conjugatione, recedunt à communi forma in Infinitivo, dicentes לוֹמַר, pro לֵאמֹר Dicere. כְּלוֹמַר Secundum dicere, quasi diceres vel diceret, aut etiam, dicerem.

Talmudici à communi forma Chaldaica resecant communiter literam ר à fine, in Infinitivo, Imperativo & Futuro præcipuè, quandoque etiam in Participio, maximè cum Pronominibus: ut, אנא לא קאמינא Ego non dico ego, pleonasticè, pro, אנא Ego, i. e. quoad me, לא קאמינא Non dico ego, pro קָאָמַר אֲנָא, ubi ק servilis est Participii litera, ex speciali dialecto Talmudica: אִי אָמֵינָא Si dicens ego sim, si dixero: הֲוֵית אָמֵינָא Fui dicens ego, dixi, existimavi, opinatus sum. *Infinitivus* לֵימָא pro לאמר Dicere: אִי לֵימָא Aut dicendum ne? aut est dicēdum? aut vis ut dicam? לֵימָא כְּתַנָּאֵי An dicendum sicut Doctores Tannaim? Quandoque לְמֵימְרָא Dicere, cum א paragogico. *Imperativus,* וְאֵימָא לַהּ לְאֵימָא Et dic matri: זִיל אֵימָא לֵיהּ Abi, dic ei. *Futurum,* אֵימָא Dicam: תֵּימָא Dices: מַהוּ דְתֵימָא Quod autem dicis, dicere, vel objicere posis. Usurpatur in eludendo aut rejiciendo objectionem. Interdum etiam est concedentis, דְאִי לָא תֵימָא הָכִי Quod si non dixeris sic: נֵימָא Dicet: לֵימָא Dicere deberet, vel debuisset: וְנֵימָא אִיהוּ Atqui potuisset dicere ipse: דְלָא לֵימְרוּ Ut non dicant. *Sic* ל *Talmudicè etiam Futuro servit. Ithpehal,* אִיתְּמַר pro אִתְאֲמַר Dictum est: אִיתֵּימָא id est, אִית אָמַר, vel יש אומר, יש אומרים Dicunt quidam. Usus ejus est, quando sub alicujus nomine sententia proponitur, quem alii dicunt fuisse alium: ut, Dixit Ruben, וְאִיתֵּימָא & est qui dicit, R. Schimeonem id dixisse: אמר רבא איתימא ר׳ יצחק Dixit Rabha: quidam dicunt, R. Isaac. Sic legitur aliquando cum inserto א · אִיתְאֵימָא, &c.

אִמְרָה *Dictum, Edictum, Eloquium, Sermo, Sententia,* Rab.

אימורים · אמורים *Oblationes, Sacrificia: vel potius, Partes sacrificiorum, quæ super altari comburuntur:* כאימורי הרגלים In sacrificiis majorum festorum, Succa cap. ult. in Misch. fol. 55. col. 2. Sic in Medr. Esth. cap. 1. v. 9. אימורי קדשי קדשים, & אימורי קדשים קלים. Rabbi Moses ben Majemon illa sic describit in הלכות מעשה הקרבנות cap. 1. האיברין ששורפין אותן על גבי המזבח מן החטאות הנאכלות ומן האשמות ומן השלמים הם הנקראים אימורין h.e. Membra quæ comburunt super altari, de sacrificiis pro peccato quæ comeduntur, de oblationibus pro reatu, & de pacificis, illa sunt quæ vocantur אימורין. Et de bove quidem & capra sunt אימורים, Adeps qui operit intestina, sub quo etiam comprehenditur Adeps qui est super ventriculo, duo renes & adeps eorum; adeps item iliorum & reticuli hepatis, &c. Et mox: האימורין כל האימורין נשרפין על מזבח החיצון Omnia comburuntur super altari exteriori. In Gemara scribitur ita vocari, quasi קרבנות האמורים בתורה oblationes dictæ, id est, præceptæ ad offerendum in festo. Sed Baal Aruch in מר secundo scribit: למה נקראו חלבים אימורים Quare vocantur adipes אימורים שהם מורים וארונים על כל האברים Ideo quia הם עולים על גבי המזבח לחלק ארון העולם sunt

fu t טורים Domini (h.e. præcipua, principalia) ſuper omnia membra, & aſcendunt ſuper altari in partem Domini mundi, h.e. Dei.

אמוֹרָאָה *Sermocinator, Doctor ſermonem habẽs:* לָא שְׁמַעוּ קָל אמוֹרָאָה Non auſcultant voci Doctoris. Job.3.18.

אמוֹרָא *Amora:* plural. אמוֹרָאִים *Amoræi.* Doctores ſive Authores ſunt partis illius Talmud, quæ גְּמָרָא Gemara dicitur. Fuerunt hi plures, quorum unus dicitur Amora, quaſi *Sermocinator, Dictator.* Doctrina horum fuit expoſitio primæ partis Talmud, quæ מִשְׁנָה Miſchna, δευτέρωσις Traditio iterata, Lex iterata vel ſecunda, quæ repetit id quod Moſes docuit, & de novo tradit & proponit illud, quod Moſes vel obſcurè propoſuit, vel planè non docuit. Primi harum Traditionum Profeſſores & interpretes dicebantur אמוֹרָאִים. Horum doctrina dicitur מֵימְרָא Sermo, & titulus horum doctrinæ eſt, אִיתְמַר Dictum eſt. Non ſemper hæc nota adhibetur, ſed ubi dicitur ſic, ibi Amora loquitur. Scaliger in de Emend. temporum fol.614. vocat eos *Sophiſtas Talmud,* γνωμολόγους, à Chriis & ſententiis quas pronunciabant, quæ אֲמִירוֹת, Latinè *Scita* dicuntur. In Halichoth olam fol.5.1. vocantur מוֹרָאִים, & doctrina ipſorum הוֹרָאָה.

בַּר אמוֹרָאי *Remex, Peritus remigandi:* Moed katon fol.23.1. Bava baſra fol.74.2. Baal Aruch legit אמוראי, per ר in medio.

מֵאמַר · מֵימַר מֵימְרָא *Sermo, Verbum:* אַשְׁלֵימְתָּא לֵית מֵימַר מֵימַר Perfeciſti verbum, Pſalm.18.27. Non eſt verbum aliquod murmuris ſcil. cœlorum, id eſt, tonitrui, Pſal.19.4. בְּמַאמַר Secũdum edictum, Eſr.6.9. וּבְמַאמַר Et in ſermone, Dan.4.14. אַצֵּית לְמֵימַר פּוּמִי Auſculta ſermoni oris mei, id eſt, orationi, precationi, Pſalm 54.4. *Emphat.* וּשְׁמַעוּ יָת קָל מֵימְרָא דַיְיָ Et audiverunt vocem verbi Domini, Gen.3.8. In Hebræo ſimpliciter eſt, קוֹל יְהוָה Vocem Domini. Sic paraphraſtes ſæpiſsimè hoc nomen divinum efferre ſolet, per מֵימְרָא דַיְיָ, ut Johannes Euangeliſta dicit ὁ λόγος, Joh.1. *Cum Affixis,* תְּרִיצוּת לִבְבִי מֵימְרִי Rectitudo cordis mei eſt ſermo meus, Job.33.3. בְּמֵימְרָךְ Per verbum tuum, 2. Sam. 22. 30. וְאַחְסָנַת מֵימְרֵיהּ Et poſſeſsio ſermonis ejus, Job.20.29. וּבְמֵימְרֵיהּ סְבָרִית Et in verbo ejus confido, Hebr. וּבוֹ חָסִיתִי Et in eum, Pſal.144.2. *Plural.* וְשָׁמְעִין מֵימְרַי Et audiunt verba mea, Pſal.141.6. וּבְמֵימְרֵיכוֹן Et per ſermones veſtros, Job.32.14. וְשַׁוִּי מֵימְרוֹי בְּלִבָּךְ Et pone verba ejus in corde tuo, Job.22.22. *Uſurpatur & reciproce:* בֵּין מֵימְרֵיהּ וּבֵין מִיכַל Inter verbum ſuum, (id eſt, inter ſeipſum) & inter Michalem, Ruth. 3.8. Sic de Deo ſæpiſsimè.

מֵאמַר *Sermo, Oratio:* כְּכַוְּרְיָתָא דְדוּבְשָׁא מֵאמְרָא Ut favus mellis eſt oratio, Prov.16.24. מִן מֵאמְרֵיהּ דְפוּמִּיהּ Ab oratione oris ejus, Prov.4.5. Affixum abeſſe poſsit: nam in Hebræo eſt plurale אמרי Verba: וּלְמֵאמְרַי צְלִי אוּדְנָךְ Et ad ſermones meos inclina aurem tuam, Hebr. לִדְבָרַי, Prov.4.20. *Apud Rabbinos,* מַאֲמָרוֹת *Orationes: Prædicamenta, Categoriæ:* ואלו הם סוגים עליונים אשר יקראו מאמרות Et iſta ſunt genera ſuprema, quæ vocantur Prędicamenta: ידיעת המאמרות Notitia iſtorum prædicamentorum, in Logica R. Simeonis cap.10.

אִמַּר · אִמְּרָא *Agnus, Pecus, Ovis. In Targum ſcribitur communiter ſine Dageſch, & cum litera Jod,* אימר, *ſed Eſræ libri authoritas docet, eſſe cum Dages ſcribendum:* כָּל אִימַּר נְמוֹר Omnem agnum colore varium, Hebr. שֶׂה נָקֹד Gen.30.32. וְכָל אִימַּר שְׁחוּם Et omne pecus fuſcum, ibid. וְאִימַּר וְתוֹר וַחֲמָר Vel agnum vel bovem aut aſinum, Jud 6.4. בְּאִמְּרָא In pecude, Exod.13.13. לְאִימְּרָא חֲדָא Pro agno uno, Cant.1.14. *Plurale,* אִמְּרִין בְּנֵי שַׁתָּא Agnos anniculos, Hebr. כְּבָשִׂים Exod.29.38. אִמְּרִין אַרְבַּע מְאָה Agnos quadringentos, Eſræ 6.17. וְאִמְּרִין לַעֲלָוָן Et agnos pro holocauſtis, Eſræ 6.9. מִן אִמְּרַיָּא De agnis, Lev.1.10. לְדִכְרֵי וּלְאִמְּרֵי In arietes & in agnos, Num.29.18. *Fœmininum,* אִמַּרְתָּא *Agna,* מִן עָנָא וְאִמַּרְתָּא חֲדָא אִמַּרְתָּא De ovibus agnam, Levit.5.6. Et agnam unam, Num.6.14. *Plurale,* כְּבָשׂוֹת redditur in Targum חוּרְפָן, Exod.21.

אמרנא *Idem,* Roſch haſch. fol.18.1.

אִמְרָא · אִמְּרָא *Ora, Fimbria:* עַל אִמְרָא דִלְבוּשׁוֹהִי Super oram veſtimentorum ejus, Hebr. עַל פִּי מִדּוֹתָיו Pſal.133.2. Munſterus etiam exponit Pharetram ex Thren.3.13. ſed ibi hodiè aliter legitur. Rab. חלוק לבן שאין בו אימרא Induſium in quo non eſt fimbria. Sic R. Jona fertur dixiſſe, מעולם לא ראו קורות ביתי אמרי חלוקי Trabes domus meæ nunquam viderunt fimbrias induſii mei. Tam verecundus ſcil. fuit: לחוציא את אומריות Ad auferendum fimbrias ejus.

אֲמִיר *Mutare.* Sic ponit Munſterus ex Jeſa. 34.4. Error eſt: nam דְאָמִיר quòd ibi legitur, eſt ab אֲמַר Dicere.

אימירא ἡμέρα Dies: מילני אימירא Dies niger, Talm.Hier. ע״ז cap.1. in Gemara.

אמרון · אימירון *Domeſticus, Cicur, Mitis.* Græcum eſt ἥμερος: oppoſitum ejus eſt ἄγριος Sylveſtris, agreſtis. היה לו כלב אגרון ואריה אימרון Fuit ipſi canis agreſtis & leo cicur ſive domeſticus, Beres. rab. ſect.77. ad finem, ubi hodie legitur נמירון, & ſic in Jalkut, ſect. וישלח. In Aruch in hac radice per א ab initio ſcribitur: ſed in אגר per נ, נמירון, quæ lectio non omnino improbanda: Nam ארי נמירון poteſt exponi *Leopardus, Leopardalis,* à נָמֵר Pardus. In eodem Jalkut fol. 99. col.1. Antequam peccaret Adam primus, היה

היה שומע את הקול אימירין audivit vocem domesticam, id est, mitem ac mansuetam: quamprimum autem peccasset, audivit את הקול אגריין vocem agrestem, id est, duram & immitem.

אֲמַרְכַּל *Præfectus, Præpositus pecuniæ fisci publici sacri.* R. David 2.Reg.12.10. & 22.4. scribit, esse הַגִּזְבָּרִים *Thesaurarios, quæstores pecuniis publicis præfectos. Talmudici inter eos distinguunt. Scribitur & sine* א *ab initio. Quidam volunt dici, quasi* מַר עַל הַכֹּל *Dominus super omnia, ut Aruch ponit, vel* אומר כל *Edicens & præscribens omnia, ut Eliæ placet. Conjectura est & allusio, non vera etymologia. Primò ejus usus legitur in Targum: vocales diversimodè adhibentur:* וַאֲמַנֵּיהּ אֲמַרְכַּל מְהֵימַן Et constituam eum præfectum fidum, Hebr. ותקעתיו יתד Jesa.22.23. Sermo est illic de Eljakim, quem constituturus erat Dominus principem fidum populo suo. *Plural.* וְיַהֲבוּן תַּמָּן כָּהֲנַיָּא אֲמַרְכְּלַיָּא Et constituerunt ibi sacerdotes thesaurarios, i.e. quosdam ex Levitis, qui essent thesaurarii, præfecti pecuniis rerum sacrarum, ex quibus diruta & ruinæ Templi reparabantur, & vasa sacra comparabantur, 2.Reg.12.10. דִּכְנַשׁוּ אֲמַרְכְּלַיָּא מִן עַמָּא Quam collegerant thesaurarii à populo, 2.Reg. 22.4. In Hebræo utrobique est שֹׁמְרֵי הַסַּף Custodes liminis. Limen Synecdochicè est Janua, & Janua pro Cubiculo, camera, conclavi, in quo servantur res publicæ & communes. Ibi autem sermo est de conclavibus Templi sive Atrij Templi, in quo septem fuerunt conclavia, in quibus vestes sacerdotum & alia conservabantur. His septem fuerunt præfecti, quorũ quisque habuit clavem, ita ut ad ingrediendum omnes istos convenire necesse esset. Hi septem ergo fuerunt quasi Cubicularii, Camerarii, curam clavium habentes. Sed fuerunt & ejusdem nominis, qui pecunias rerum sacrarum à populo colligebãt, & ad usus publicos servabant, aut in arcam sive ærarium sacrum inferebant, quod Jehoas ordinavit, 2.Reg.12. בַּר מִן אֲמַרְכְּלַיָּא וְאַרְכוֹנִין Præter præfectos & Principes, Cantic. 4. 3. Habuerunt hi alios Levitas officiarios sub se: וַאֲמַרְכְּלָא דִּמְמַנָּא עַל רַבְרְבֵי לֵוָאֵי Et præfectus constitutus super magnates Levitarum, Num.3 32. In Hebræo est נְשִׂיא נְשִׂיאֵי Princeps principũ. Principes dicebantur etiam Primi, Primates, Proceres, super alios eminentes. In Jonathane hîc scribitur אֲמַרְכַּל. Sic sæpiùs pro Hebræo נָשִׂיא in Jonathane legitur, ut Numer.7.11. & 13.3. & 34. 18. &c. *Apud Talmudicos,* אין פוחתין משלשה גזברין ומשבעה אמרכלין Non constituunt pauciores quàm tres thesaurarios, & septem camerarios: Schekalim cap.5. in Mischna. Bartenora hîc notat: גִּזְבָּרִים ministri erant rerum sacrarum, præfecti exigendis pecuniis capitationis sive tributi in singula capita, item rebus per anathemá devotis & aliis sacratis, quæ singula in suos fiscos intulerunt. His præstituti erant septem אֲמַרְכּוֹלִין Camerarii, qui claves septem januarum habebant, sine quibus priores tres nihil conservare aut in loca sua referre, aut inde depromere poterant. His rursus duo alii præfecti fuerunt, קתיליקין Catholici, Generales dicti: his præerat vicesacerdos: huic sacerdos: huic rex. Vox אמרכל est q.d. אמר על כל, & Arabicè vocant Magnatem אמיר. Qui fuerunt autem septem isti אמרכלין? faciebant septem claves atrii, quæ erant in manibus ipsorum: volens unus aperire, non poterat id, nisi præsentibus omnibus. Apertis omnibus januis, ingrediebantur post eos הַגִּזְבָּרִים Thesaurarii, & eximebant, quæ necessaria ipsis erant ad usus publicos. Hæc ibi. In Talmud Hierosolymitano legitur sine Aleph, מרכול, & מרכל. In Plur. מרכולין.

אֲמַרְלַאי *Angeli sic nominati, qui ex terra Sodoma emissi fuerunt,* Schab.fol.67.1.

אַמְרָפֶל *Amraphel, nomen regis Sinhar,* Gen.14. 1. Tria leguntur ipsi fuisse nomina, כוש ונמרוד ואמרפל, Cusch, Nimrod & Amraphel. כוש quia fuit כושי Æthiops niger. נמרוד, quia induxit מרד rebellionem in mundum. אמרפל, quia אמירתו אפלה sermo ejus erat caliginosus, Bereschit rab. sect. 41.

אמת Diversa hujus formæ vide suprà in אמה & אמן, pro ratione significationis diversâ.

אֲמִיתָא *Menta.* Hanc licet in sabbatho digitis leviter confricare, odoris excitãdi causâ, Schab. fol. 128.1. וממשך אמיתא לתוכן Et trahit mentam per ista, Schab. fol.140.1. Glossa מינטא vulgò. Aliâs etiam vocatur נינייא, & מינתא & אמינתא, unde contractum, אמיתא, Oketzin cap.1.

אִימְתַי Vide in מתי.

אִמְתְּלָא · אמתלאה Vide in מתל.

אמתנטין Vox mendosa, ut & אפתנטין, pro אוֹתְנְטִין de quo vide suprà in אות. Aruch sic adducit ex Jelammedenu sect. אספה לי שבעים איש Numer.11.16. sed in nostris libris hodie non reperitur.

אַן *Ubi? Quò?* Interrogandi vocula: אָן הֶבֶל אָחוּךְ Ubi est Habel frater tuus? Hebr. אי, Genes.4.9. אָן מוּרְנִיתָא דְמַלְכָּא Ubi est hasta regis, Hebr. אי, 1.Sam.26.16. אָן איזיל Quò ibo ab indignatione tua, וְאָן & quò me à te vertam? Psal. 139. 7. וְאָן הוּא Et ubinam est? Hebr. וְאַיּוֹ, Exod. 2.20. לְאָן אַתְּ אָזֵיל Ad ubi, id est, ad quem locum, quò tu abis? Jud.19.17. וּלְאָן אִתְפְּנִי Et quónam loci se recepit amicus tuus, Cant.5.17. *Quò loci,* ut,

Quò gentium fugiam, apud Plautum. Dicitur & הָאן de quo vide ſuo loco. *Hinc compoſitum eſt* מְנָן *Unde? ex quo loco?* וּמְנָן אַתְּ אָתֵי Et unde venis, Hebr. וּמֵאַיִן Jud.19.17. *Eſt ex* מן *&* אָן, *unde pun-ctandum* מְנָן, *non* מִנַּן, *ut in Venetis legitur.* מְנָן אַתּוּן unde eſtis, Gen.29.4. *Talmudici manifeſtiùs etiam ſcribunt* מְנָאן. Dicitur & מְנַיִן *Unde?* Talmudicis id familiare eſt, ex מן & אין, unde Hebræi dicunt מֵאַין. *Eſt & aliud compoſitū apud Talmudicos*, מְנָאלָן *Unde nobis, ſcil. conſtat? Unde habemus?* pro מִן אָן לָן, Hebr. מֵאַיִן לָנוּ.

אִן *Si:* vide ſuprà אין.

אֲנָא · אֲנָה · אני *Ego:* יָדַע אֲנָא Scio ego, Dan.2.8. וּמְשַׁבַּח אֲנָא Et laudo ego, Dan.2.23. וַאֲנִי רַבִּית מַלְכִּי Et ego unxi regem meum, Pſalm.2.6. *Plurale*, דִּי אֲנַחְנָא פָּלְחִין Quem nos colimus, Dan. 3.16. *Per Aphæreſin primæ literæ*, בְּנֵי גַּבְרָא חַד נַחְנָא Filii viri unius ſumus nos, Geneſ.42.11. *Rabbini frequenter etiam dicunt* אָנוּ Nos. אנו אומרים Nos dicimus. Talmudici אֲנַן Nos.

In lingua Hieroſolymitana frequentiſsimè auferatur א *ab initio, maximè cum ſervilibus ab initio:* ut, וְנָא Et ego, pro וַאֲנָא: ſic, דְּנָא, דַּאֲנָא. *In plurali* נַן, pro אֲנַן Nos: ut, מַה נַן קַיְימִין Quid nos ſtabilimus? de quonā agimus vel diſceptamus? *Sic cum ſervili:* דְנַן Quod nos, pro דַּאֲנַן: ut, מן מה דנן חמיין ההן פולא מצריא Quando nos videmus fabam illam Ægyptiacam, Tal. Hier. Schab. cap.5. ab initio.

אִינּוּן · אִינּוּן *Is, Ille, Ipſe:* וְאִינּוּן דְּסָנֵי טוֹלְמַיָּא Is autem qui odit oppreſsiones, Prov.28.16. וּבִרְכְתָא תְּהֵוֵי לְאִינַּא Et benedictio erit illi, Proverb.11.26. *Plurale*, דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן Regum iſtorū, Dan.2.44. אנון גרמו להון כל דא Ipſi fuerunt ſibi ipſis cauſa totius hujus rei, Eccl.10.8. מָה אִנּוּן אִלֵּין Quid iſta illa, quid ſunt illa, Zach.4.5. דְּאִנּוּן Quæ ipſa, quæ ſunt, Zach.6.5. *In Talmud Hieroſolymitano, ex proprietate illius dialecti, hîc quoque cum ſervilibus eliditur* א: ut, דִּינוּן מָרִין Quia illi dicūt, pro דְּאִינוּן אמרין, Talm. Hier. Biccur. cap.2. in fine: דינון יכלין למימר Quia ipſi poſſunt dicere, Schab. fol.4.1. Sic וִינוּן Et illi, pro וְאִינוּן. *Aſſumit & articulum ab initio*, הָאִנּוּן, *ut alia quædam Pronomina*, הָאִלֵּין · הַהוּא, & alia. וַהֲוָה בְּיוֹמַיָּא הָאִנּוּן Fuitque in diebus iſtis, Exo. 2.11. *Cum aſpiratione* ה *ab initio*, הִנּוּן הֲווֹ Iſti fuerunt inter rebelles Legis, Job.24.13. הִנּוּן מַרְגָּלִין דְּאַשְׁלָמוּתָא Iſtæ ſunt margaritæ impletionis, Exod.25.7. in Jon. *Plurale fœmininum*, אִנִּין · אִנִּין vel הִנִּין: ut, אֲרֵי חַכִּימָן אִנִּין Nam prudentes, aſtutæ ſunt ipſæ, Exo.1.19. וְחַכִּימָן בְּרַעְיָתְהוֹן הִינִּין Et aſtutæ ſunt in animo ſuo ipſæ, Exod.1.19. in Jonathane. הִינִּין תָּלְיָין עֵינֵיהוֹן Ipſæ ſuſpendunt oculos ſuos in preces; וּמִיַּד הִינִּין מִתְעַנְיָין Statim ipſæ exaudiuntur, ibid. In Targum Hieroſ. ibi eſt אִנּוּן, quaſi illud Hieroſolymitanis fuerit generis

communis. Sic אִנּוּן & הִנּוּן Illæ, Geneſ.6.2.

אנב אִנְבָּא vide ſuprà in אבב, pro Fructu.

אִינְבְּתָא *Lens lendis, Excrementa vel ova pediculorum, unde pediculi alii naſcuntur:* אנבא מתיה ברישא כיתא Lens mortua in ſummitate capilli, Nazir fol.31.1. מתחזי איגבא Viſus fuit iſtar lendis, Taanis fol.22.2.

אִנְבַּג *Quartarius, Poculum quartale menſuræ communis*, Bava baſra fol.58.2. לישתי מר אנבג Bibat dominus quartale vini aſparagini, Kidduſch. fol.70.1. Dicebatur & אנפק.

אנבול Sic adducitur in Aruch: in Gemara legitur ענבל.

אִנְבּוּרְקְרָאוֹת *Sarcinæ:* אנבורקראות של כלים על כתפיהם Sarcinæ veſtium erant in humeris ipſorum, Talm. Bava kama fol.114.2. Gloſſa חבילות. In quibuſdā libris legitur אנברקלאות, vel etiam אמבורקלין. Aruch vult eſſe originis Græcæ.

אִנְבְּטָאוֹת *Cumuli, Acervi.* Sic ponunt Munſterus & Guido. In Schemoth rabba ſect.12. legitur: ירד הברד והיה עשוי אנבטאות אנבטאות Deſcendit grando & factus fuit cumuli. Gloſſator ſcribit, ſe ex Jalkut didiciſſe, eſſe idem quod גדר · כותל *Maceria, paries.* Nam grando inſtar parietis circumdederat caſtra Iſraëlitarum, ut nec ipſi exire, nec hoſtes accedere poſſent.

אנג אִינְגַּר *Parum*, Talm. כמה מרחיקנא מדוכתא פלן אמר ליה אינגר Quantum abſum à loco iſto? dixit ipſi, parum: Gloſſa מעט, Gittin fol.58.1.

אַנְגְּלָא *Angelus.* Græcum eſt ἄγγελος, unde Angelus, Engel. *Plurale in Targum ſæpius legitur. Abſoluta forma eſſet* אַנְגְּלִין. *Emph.* אַנְגְּלַיָּא. תְּרֵין אַלְפִין דְּאַנְגְּלַיָּא Duo millia angelorum, Pſal.68.18. Elias legit, דְּאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא Angelorum excelſi. *Conſtruct.* וִיחַוּוּן אַנְגְּלֵי מְרוֹמָא Et annunciabunt angeli excelſorum cœlorum juſtitiam ejus, Hebr. וַיַּגִּידוּ שָׁמַיִם Pſal. 50.5. Sic Pſal.97.6. & 148.1. וְאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא Et angeli cœleſtes excelſi nō ſunt mundi coram ipſo, Hebr. וְשָׁמַיִם, Job.15.15. בְּאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא Inter angelos cœleſtes, Pſal.86.8. לְאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא Angelos cœleſtes, Pſal.50.4.

אִנְגְּלִין Vide infrà in אגל.

אֲנִיגְרָא *Monetæ parvæ ſpecies, quæ pro majori commutabatur:* Talm. בדינר אנקא ואניגרא Pro denariis anka & anigra, Bava metzia fol.46.2.

אֲנִיגְרוֹן *Cibi vel decocti genus cum herbis & vino aquæ immixto:* אניגרון ואכסיגרון. Frequens hoc apud Talmudicos. לול שפן אנגרון אנרדפון Peſach. fol.112.1. Gloſſa, לחש הוא Eſt incantatio. Alibi, אניגרון ואבגנר ותירייקי. Schab. fol.109.2. ubi ſecundum אבגנר ſignificat *Colocynthidas*, quam ſignificationē Munſterus malè attribuit voci אניגרון. Tertia vox eſt *Theriaca.*

אנגריא אנגריאה *Angaria, Adactio, coactio ad c. rendum, ferendum onus, aut faciendum opus publicum principis aut magistratus.* Tale opus facientes dicuntur Græcis ἄγγαροι Angari: Et ἀγγαρεύω *Adigo, cogo ad ministerium angarorum præstandum.* Id Hebræi dicunt עשה אנגריא *Facere, præstare angariam; Et cum intercedente Præpositione,* עשה בו אנגריא Fecit in vel cum eo angariam, i.e. ejus ministerio vel opere ad angariã usus fuit. De Græco ἄγγαρος vide Appendicem Henrici Stephani in Thesaurum suum linguæ Græcæ. Inde ἀγγαρεία *Officium servilis publici præstatio, quod ferè inviti & coacti faciunt, qui faciunt. Nomen* ἄγγαρος *dicuntur Græci, Suida teste, à Persis accepisse, unde postea alias efformarunt. A Græcis Hebræi à tempore Christi mutuarunt Nomen* אנגריא, *cujus frequens apud Talmudicos & communes Rabbinos usus est, ut ex sequentibus patebit.* Legitur de quodam R. Eliesare, cui cùm magnæ divitiæ à patre relictæ essent, tamen accepto vasculo farinæ mundæ in humeros suos, longè latéq; peregrinatus est ad Schólas varias, ut Legem disceret, i.e. studium verbi divini prosequeretur: פעם אחת מצאוהו עבדיו ועשו בו אנגריא quadam vice inciderunt in ipsum (itinere) servi ipsius, (non agnoscentes scil. ipsum) feceruntque cum ipso angariam, id est, adegerunt ad opus diurnum principis præstandum. Glossa: אנגריאה id est, עבודת שר העיר Opus principis urbis, Joma fol.35.2. Item, או שנעשית אנגריא Aut qui factus fuerit angaria: Bava metzia fol. 78.1. in Mischna. Sermo est de asino ad iter simpliciter conducto, & factus fuerit angaria, id est, eo ad opus servile publicum usus fuerit conductor, tùc tenetur abusum domino suo compensare. Distinguit ibi Gemara בין אנגריא חוזרת inter Angariam redeuntem, id est, ordinariam, quæ sæpè solet præstari, ובין אנגריא שאינה חוזרת & inter Angariam non redeuntem, id est, extraordinariam operam. Item: מפני מה נענש אברהם אבינו ונשתעבדו בניו למצרים ר׳ שנים מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנאמר וירק את חניכיו ילידי ביתו i.e. Quare punitus fuit Abraham pater noster, ut in servitutem redacti fuerint liberi ejus in Ægypto ducentos decem annos? Propterea quòd exercuit angariam cum discipulis Sapientum, sicut dictum est: *Et armavit tyrones suos, natos domus suæ,* Gen 14.14. Nedarim fol.32.1. Per Tyrones intelligunt institutos & imbutos à se in Lege Domini, quibus serviliter abusus fuit ad militiam. Item: מפני מה נענש אסא מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנ׳ והמלך אסא השמיע וגו׳ *Quamobrem punitus fuit Asa? propterea quòd fecit angariam cum discipulis sapientum, sicut dictum est: Et promulgavit rex Asa in toto Jehuda, &c.* 1.Reg.15.22. Glossa, אנגריא id est, עבודת המלך Opus regis: Sota fol.10.1. R David in Comment. 1 Reg 15.22. אין נקיא שעשה אנגריא לתלמידי חכמים ומפני זה נענש והלך וכו׳ Nemo erat immunis. Fecit enim angariam omnibus sapientibus, & propterea punitus fuit rex Asa, & ægrotavit ex pedibus suis, eo quòd ad serviles operas hasce abusus fuerit discipulis sapientum. Item: דוד אביך פרץ פרצות בחומה כדי שיעלו ישראל לרגל ואתה גדרת אותם כדי לעשות אנגריא לבת פרעה David pater tuus rupit rupturas in muro, ut ascenderent Israëlitæ ad festum magnum: tu verò (rex Salomon) obsepivisti eas, ad faciendum angariam filiæ Pharaonis, Sanh. fol.101.2. David fecerat rupturas in muro, id est, complures aditus fecit populo, ut magno numero commodiùs possent intrare urbem, & ad tria magna festa, juxta Legem, in Templo comparere: tu verò rex Salomon, obstruis istos aditus, ne populus accedat, abuterisque filiã Salomonis quasi ad servile opus, ut sedeat in porta, & omnes transeuntes ei honorem exhibeant, operas suas offerant, & tributum singuli pendant. Hinc quidam אנגריא hoc loco explicarũt *Tributum*, & sic Gerson in sua versione Germanica. His possunt illustrari loca Euangelistarum, ubi verbo hoc utuntur: ut Matth.5.41. *Quisquis te* ἀγγαρεύσει *ad miliare unum, &c.* Matth. 27.32. *Hunc* ἠγγάρευσαν *angariaverunt ut portaret crucem.* Marc.15.21. *Præterea* ἀγγαρεύουσι *angariaverunt prætereuntem.*

באנגריא *Coactè, Invitus:* לא עשה את המצות באנגריא Non fecit præcepta coactè, vel, invitus, אלא בשמחה sed hilariter & lubens: Item, לא עשה באנגריא אלא מיד Non fecit coactè, sed subitò, Medrasch Tillim, Psal.112.

אנגרוטינא *Species tributi,* idem quod הלך: In Beres rabba sect.64. In textu scribitur אנגרוטינה quod corruptius. In Glossa priori modo. In Jalkut fol.33.col.1. אנגרוטינא.

אנגרבטים *Bajulus, Gerulus.* Videtur esse Græcũ ἀγγαροβάτης. Adducit Baal Aruch ex Pesikta.

אנגרמוס *Præfectus mensuris,* Glossa, ממונה על תיקון המדות ויש כידו להלקות ולהעניש מעוותי המדות Qui præfectus est inspectioni mensurarum, & potestatẽ habet puniẽdi falsantes eas, Μετρονόμος. Talm. Hieros. Bava bathra fol.15.1.2. cap.5.

אנגר אנגרטין *Folia, tabulæ, lintea aut similes res, in quibus scriptura pingi, aut penicillis figurari potest:* אבל לא בכתב על גבי כיפה ואנגרטין Sed non cum scriptura, quæ fit in saxo aut peplo muliebri, Talm. Gittin fol.20.1. Sermo de libello repudii, qui tali modo aut formã confici non debet. Hinc Munsterus *Penicillum* interpretatus est.

אנרסקין *Notarii Cesaris*: vide רסק.

אנריפי · אנריפא *Frons: Tempora, latera capitis ab utraq; frontis parte*: Talm. המוציא סיד כדי לסוד אנריפו Afferens calcem, ad illinendum eam temporibus, ad inungendum tempora, ut scil. pili defluant, Schab. fol. 78. in Misna. In Gemara postea subjicitur: מאי אנריפא אפותא Quid est Andipha? frons, fol.80.2. *Significat tempora inferiora*, (quam partem aliâs vocant בת צרעא) ubi minutiores pili prodeunt, quos solēt puellæ linimento erodere. Hoc in Sabbatho facere, prohibitum est. Hinc Munsterus explicavit, *Ornamentum quod adhibetur temporibus faciei.*

אנריקום Vide suprà in אנר, in אנריקום.

אנריתיקום Vide in ordine אנמ.

אנדרוגינוס *Androgynus*, ἀνδρόγυνος, q. d. *Masculier, Marisfœmina, mas pariter & fœmina, utriusque sexus signum habens, Hermaphroditus.* De horum juribus multa passim in Talmud traduntur, & summatim in fine Seder Serahim. De Adamo primo scribũt: בשעה שברא הקב״ה את האדם הראשון אנדרוגינוס בראו ה״הד זכר ונקבה בראם i.e. Quâ horâ creavit Deus benedictus Adamum primum, androgynum creavit ipsum, sicut dictum est; Marem & fœminam creavit eos, Genes.1.27. Beres. rab. sect.8. in principio: Vajikra rab. sect.14. in princ. תיבה אנדרוגינוס *Dictio androgynos, quæ est masculinæ & fœmininæ formæ*, 1.Sam. 6.12. in R.Salom. Vide & clavem nostram Masorethicam.

אנדרטא · אנדרתא *Statua, simulachrum virile. Dicitur & אנדרטין formâ singulari*: נָהֲנִין לְאַנְדַּרְטָא Incurvant se statuæ, Esth.3.2. וַהֲוָה נָחֵין לְאַנְדַּרְטָא Fuitq; procumbens coram statua, ibid. וּלְאַנְדַּרְטָא דִי הֲקִים Et coram statua quam erexit, non procubuit, vers.4. *Plural.* אֲרוּם אֵין מָרְדְּכַי נָחֵין לְאַנְדַּרְטַיָא Quòd Mardochæus nõ procũberet coram statuis, vers.5. Meliùs legetur singulariter לְאַנְדַּרְטָא, ut in præcedentibus. *Apud Rabbinos frequens ejus usus est*: & ex altera forma, אמר המלך אנדרטין אני עושה אותה Dixit rex: statuam ego facturus sum ex eo, Beres. rabba sect.8. Postellus hîc reddit ἀνδρίον, h.e. statiunculam humanam.

אנדריאנטוס *Idem.* In Schemoth rabba sect.51. Similis est hæc res homini, qui odio prosequebatur Regẽ, & quærebat dominari super ipsum: sed non poterat. Quid fecit? הלך אצל אנדריאנטוס להפילו Ivit ad statuam Regis, & voluit dejicere eam, sed timebat ne occideretur à Rege. Quid ergo fecit? Accepit stylum ferreum, & suffodit parietem, dicens, מתוך שאני מפיל את הבסים אנדריאנטוס נופל Dum ego corruo fundamẽtum, concidet quoque statua vel effigies (super illud scil. posita). Hoc idem est cum אנדריאנטוס, de quo suprà. In Schemoth rabba sect.27. Simile hoc est avi, qui fugit ab aucupe, ונפל לתוך ידו של אנדריאנטוס & incidit in manũ statuæ. Id videns auceps, incepit ei illudere, & dicere; Quam egregia est fuga, quam arripuisti? Guido hîc exponit *Falconerius.* Glossa, איקונין של מלך Statua, Simulachrum regis. Est ex Græco ἀνδριάς, ἀνδριάντος, unde, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἔστησεν Statuam auream erexit.

אַנְדְרִיאָנוּס *Adrianus.* Tanchuma in Genes.6.1. Idem quod אדריאנוס. Sic dicitur אַנְדְרוֹנָא, & אדרונא.

אַנְדְרֹלוֹמוֹסִיאָה *Pestis, pestilentia.* Corruptum Græcum est ex ἀνδρὸς & λοιμὸς. *Apud Rabbinos*, בכל מקום שאתה מוצא זנות אנדרלומוסיאה באה והורגת הטובים והרעים In quocunque loco invenis scortationẽ, ibi pestis venit, & occidit bonos & malos, Beres.rab.sect.26. R.Sal. Genes.6.13.

אַנְדְרוֹנָא *Cœnaculum, conclave, camera*, idem quod אדרונא de quo suprà: כאינדרונא מעליתא Sicut camera superior, Menach. fol.33.2. Græcè ἀνδρὼν Andron, conclave virorum.

אַנְדְּרַפְטָא *Avis nomen*, Talm. Pro ט etiam est ת, ut sæpè hæ literæ commutantur. Scribitur אנדריפטא, quod docet esse cum Chirek in medio, non Pathach, ut Munsterus notavit. Duplicis generis fuit, צפור אנדריפטא quæ ad esum licita: פירח אנדרפטא quæ vetita fuit: Cholin fol.62.2.

אַנְדְּרוֹפִיקוֹס *Hydropicus.* In Jalkut in Jobum, in illud: *Et appendit aquas in mensura*, Job.28.25. Homo constat ex dimidia aqua & dimidio sanguine. Quamdiu justè vivit, non plus est aquæ in homine, quàm sanguinis. Quando peccat, tunc vel aqua exuberat, ונעשה אנדרופיקוס & fit hydropicus, vel sanguis superat aquam, ונעשה מצורע & fit leprosus, quomodo dicitur אדם quasi אודם.

אנה

אנה *Ego*: vide suprà in אנא.

אַנְה *Ubi.* Apud Logicos, *Prædicamentum Ubi*, ut in More, & alibi.

אַנֵה *Decipere, Defraudare*: נִתְאַנָּה *Decipi, defraudari*, Talm. & Rab. בין שנתאנה שוכר בין שנתאנה משכיר sive deceptus sit conductor, sive deceptus sit locator: המתאנה יכול להחזיר החפץ ולא יקנה כלל Deceptus (à venditore) potest restituere rem emptam, & non emerit quicquam, id est, & emptio habetur pro nulla re, ac si planè non emisset.

אוֹנָאָה *Deceptio, Defraudatio, maximè in emendo & vendendo*: ומחזיר אונאה Et reddit (emptor) deceptionem, id est, rem quâ deceptus fuit: vel venditor reddit tantum pretii, quanto defraudatus fuit emptor: יש לו אונאה Habet defraudationem,

tionem, potest jus defraudationis prætendere, & retractare vel rescindere contractum: אונאה אין להם ביטול מקח יש להם Defraudationis jus non habent: cassationem emptionis benè habent, id est, non possunt prætendere se defraudatos esse, possunt tamen rescindere contractum: לעולם יהי אדם והיר באונאת אשתו שמתוך שדמעתה מצויה אונאתה קרובה Semper sit homo cautus de fraude uxoris suæ: quando enim lachrymæ ejus prodeunt, tunc fraus ejus proxima est, Bavametzia fol 59.1. שלשה אין הפרגוד ננעל בפניהם אונאה וגזל וע"א Tria sunt ante quæ non clauditur cortina (id est, quæ obducta cortina celari non possunt coram Deo) nempe Defraudatio, Rapina & Idololatria, ibid. Ad ea nunquam convivet Deus, sed perpetuò istorum ultor existit. Raf chasda dixit: כל השערים ננעלים חוץ משער אונאה Omnes portæ claudi possunt (coram Deo) exceptâ portâ defraudationis, ibid. Deus convivere potest ad omnia peccata, sed defraudatio nunquã celari potest, semper in conspectu Dei exposita est, ut eam puniat. Talibus prisci voluerũt dehortari suos ab hoc vitio.

אוניתא · אוניות *Idem.* De his vide quoq; in ינה.

אִנְהוּ *Ille, Ipse:* & pluraliter, *Illi, Ipsi:* אנהו אַטְעִיוּ Ipsum seduxerunt, Eccles 7.30. *In Targum rarum est, sed Talmudicis frequentissimum:* אמר אנהו נמי Dixit ipse quoque. אנהו לא הוו Illi non viderunt. שקלי אינהו עפרא Accipiebant ipsi terram. *Plurale fœmininum,* אנהי pro אנהין. Pro eodem dicunt & נהי pro נהין, per usitatam Apocopam. Videtur autem אינהו esse compositum ex אי & הוא, ut Nun sit epentheticum. Vide & suprà in איה.

אנח אתאנח *Gemere, Ingemiscere, Suspirare.* *Præteritum,* אתאנחו כל חֲדֵי לִבָּא Ingemiscant omnes, qui fuerunt læto animo, Jesa.24 7. *Contractè,* ואתנחו בני ישראל Et ingemuerunt filii Israel, pro ואתאנחו, ut habet Jonathan, Exo.3.23. *Participium,* על מָה את מִתְאַנַּח Quare tu ingemiscis, Ezech.21.7. דהוו מִתְאַנְחִין Qui fuerũt gementes, Jesa.21.2. *Fœmin.* בְּרַם הִיא מִתְאַנְחָא Idcirco ipsa gemuit, Thren 1.8. *Imperativus,* ואת בַּר אָדָם אתאנח Tu autem fili hominis, ingemisce, Ezech.21.6. *Fut.* תתאַנַּח בעיניהון Gemes in cõspectu ipsorum, Ezech.21.6. נִתְאַנַּח עַמָּא Gemit populus, Prov.29. 2. cum litera נ formativa, more Syro.

אִנְחָא *Gemitus, Suspirium:* *Plurale,* אֲרוּם סַגִּיאוּ אַנְחָתִי Propterea multa sunt suspiria mea, Thren. 1.22.

תַּנְחֲתָא *Idem.* Absoluta forma fœminina fuit תִּנְחָא, quod potuit magis regulariter esse תִּנְחָא, literis א & י commutatis, ut communiter in hac forma Inde forma emphatica תִּינַחְתָּא, unde factum תַּנְחֲתָא per faciliorem pronũciationem: דְוָנָא וְתִינַחְתָּא Mœror & gemitus, Jesa.35.10. Sic Jesa. 51.11. Ezech. 2.10. מִן קָל תַּנְחָתִי Præ voce gemitus mei, Psal.102 6. תִּינַחְתִּי תִעוֹל Gemitus meus accedit, Job.3.24. ותינחתי Et gemitus meus à te non est absconditus, Psal.38.10. אִשְׁתַּלְהֵית בְּתִינַחְתִּי Defessus sum in gemitu meo, Psalm.6.7. לְאֵיתִי בְּתִינַחְתִּי idem, Jerem.45.3.

תִּינַחְתָּא *Idem:* על תונחתי Propter gemitum meum, Job.23.2.

אֲנַחְנָא *Nos:* vide suprà in אנא.

אֲנָחוּתָא Vide in נחת.

אנט אַנְטִיגְרָפָא *Exemplar, Scriptura descripta, Copia literarum: Chirographum.* A Græco ἀντίγραφος, vel ἀντίγραφον. Munsterus interpretatur Scripturam scriptam calamo Gripheo. Error. Item, scribit idem, *Contradictio.* Non sic, sed *Rescriptio, contrascriptio, descriptio.* In Aruch est *Scriptura descripta calamo, qui vulgò vocatur* גרפיאו. Vox est Gallica, *Greffe* calamus, unde *Greffier* Scriba, non Gryphus avis. הב לי אנטיגרפא Da mihi scripturam, chirographum, Ber.rab.sect.67. דין הן אנטיגרפא Hæc est scriptura, hoc chirographum tuũ, ibid. In Aruch legitur אנטיגרפין quod puto legendum אנטיגרפון.

אַנְטִידִיקוֹס ἀντίδικος *Adversarius, Actor, Accusator.* Scribitur & אנטידיכוס corruptè. In Beres. rab.sect.82. Quando Deus judicat populos mundi, sedẽs judicat, & accuratè considerat judiciũ, ac producit judicium, ואחר כך הוא נעשה אנטידיקוס בנגדן & postea fit adversarius vel Actor contra eos. In Deuter.rabba, sect. שופטים (non sunt hîc sectiones numeris distinctæ): Audivi, quòd si judex velit jubere, להושיב האנטידיקין ut sedeat adversarius, יושיב jubet sedere. In Medr. Esth. cap. 1. vers. 12. corruptè legitur אנדיתיקום, ut; אפילו אנדיתיקום של בית אבא לא נידונו ערומים Etiam adversarii domus patris mei, non judicãtur nudi.

אנטיטיה. Vide mox in אנטיניא.

אַנְטִיוֹכְיָא · אַנְטוֹכְיָא *Antiochia:* מִבְּלָךְ לְאַנְטוֹכְיָא Dum ascendis vel is Antiochiam, Num.13 22. in Jonathane, pro Hebr. חמת. Sic וית אַנְטוֹכְיָא Et Antiochiam, Genes.10 18. in Targ. Hieros. pro Hebr. ואת הַחֲמָתִי. *Apud Talmudicos,* עבדי מכרתיהו לפלוני אנטוכי לא יצא לאנטוכי שבאנטוכיא יצא Servum meum vendidi Simoni Antiocheno, non valet: Simoni Antiocheno qui Antiochiæ habitat, valet, Gittin fol.44.2.

אנטוכי *Antiochenus,* qui natus est Antiochiæ, & potest alibi habitare.

אַנְטִיוֹכוֹס *Antiochus,* אנטיוכוס הרשע Antiochus impius. Sic vocant eum qui Græcis Antiochus ἐπιφανὴς illustris.

אַנְטִיכִי *Lebes ex ære:* אנטיכי אפע"פי שגרופה לא שותין ממנה

כבנה Lebes etsi eversus sit, non tamen bibunt ex eo, fol. in sabbatho, Schab. cap.3. in Mischna. Munsterus scribit אנטיבי pravè.

אנטל *Quartarius, mensuræ nomen:* איזהו אנטל וי רביעית תורה Quid est *antal?* quartarius legis, Tal. Bava bas. fol.58.2. Originis Græcæ esse videtur: nam ἀντλέω, ἐξαντλέω Haurio, exhaurio: ἄντλημα Haustorium, vas hauriendi. In Glossa scribitur אינטל.

אַנטְלְיָא ἀντλία *Situla, haustrum, Antlia,* ut apud Martialem, *Cui talaboratas antlia tollit aquas.* Alibi est *Gutturnium, unde lavantur manus,* & sic posit esse à נטל Lavare manus. Utrumque hoc legitur in Comment. R. Sal. in Machschirin cap.6.

עָלמא מדמי לגלגלא דאנטליא דמילי כתריק ודמריקן מתמליא *Mundus hic similis est rotæ sitularum* (h.e. multas situlas vel haustra multa habenti:) *quod plenū est evacuatur* (dum sc. rota circumagitur) *& quod vacuum est, impletur,* Vajikra rab. sect.34. Sic in hoc mundo unus ascendit, alter descendit, qui nunc in honore versatur, mox deturbatur, qui hodie dives est, cras fit pauper, & contrà. Plur. אנטלין *Haustra.*

אנטְלר *Præfectus, Præpositus, Curator, Procurator.* In Talmud Hierosl. lib. Sanh. cap.2. ואנטלר בשבועה Et curator per juramentum? Glos. אפיטרופוס. Græcis ἐντέλλω Faciendum injungo, mando, præcipio. ἐντελεῖς id est, οἱ ἄρχοντες.

אַנטִיבִיקִין *Dignitas, honor, Honoratio;* ἀντιτιμάω *Vicissim honoro.* ἀντιτίμησις Mutua honoratio vel æstimatio. τίμησις Honor, honoris delatio.

אנטיניא. In Talmud Hierosol. Moed Katon cap. 3. מהו בלני נשים Quid sunt balneatoria mulierum? Rabbini Cæsarienses dixerunt אנטיניא. Glossa non explicat. Ibidem in Kilaim cap. ultimo legitur pro eo אנטיטיה.

אַנטונינוס *Antoninus,* imperator Romanus sic dictus.

אונטוס *Sic, Ita, ad hunc modum, verè, omnino.* Aruch scribit אנטוס sine Vav. In Vajikra rabba sect.33. in illud; הַצְדָא שַׁדְרַךְ Omnino, verè Sadrach Meschach & Abednego, & cæt. Dan.3.14. מהו הצדא אונטוס Quid est הצדא? Rabbi Abba dixit, אונטוס. Græcum est ὄντως Verè, Revera. Sic & Aben Esra exponit הצדא, id est, האמת הוא כבא *Verè* ita se res habet. Munsterus omisit.

אסטריא איצטריא *Stadium, stadio. Locus spatiosus, certum spatium viæ continens, Curriculum, locus in quo cursu certatur, Theatrum, in quo ludi & spectacula & luctæ animalium agitantur.* Vide Lexica Latina & Græca. Cic. 2. Tuscul. *Ut in stadio cursores exclamant, quàm maximè possunt.* Apud Talmudicos, אין בונין עמהם בסיליקי גרדום איצטדייא ובימה Non exstruunt (Israelitæ) cum ipsis (gentilibus) basilicam, tribunal judiciale, stadium spectaculorum, & suggestum, Avoda sara fol. 16. in Mischna. Glos. מקום שחוק Locus publicus ludi, veluti ubi boves vel alia animalia luctantur. Forte est plurale אצטריא. Nam singularis forma alia etiam est, ut sequitur.

אצטרין *Idem.* Hinc שור האצטרין *Bos stadii*, i.e. qui edoctus & assuefactus est ad feriendū, & in theatris luctandum, Bava kama cap. 4. in Misna. *Plurale*, ההולך לאצטדינין Qui ingreditur stadia vel theatra, ad spectandum lusus vel luctationes, ע״ז fol. 18. 2. sic ibi sæpiùs. Glossa, Locus est, ubi producunt bovem ad cornupetendum. Forte legendum איצטדיון, quod propiùs accederet ad Græcum: certè in Syro legitur, דבאסטדיון רהטין Qui in stadio currunt, 1. ad Cor. 9. 24.

איסטרבין Vide infrà in אסטבין.

איצטבא · איצטוא · איסטבא · איסטוא *Porticus, locus consessus advenientium prope portam, ubi exspectant, donec sit tempus ingrediendi domum vel conclave principale.* Variæ porticus fuerunt, pro diversitate structurarum, quibus adjunctæ fuerunt porticus, ut erat Aula regia, Templum, Prætorium & similia. Joh. 5. 2. mentio fit quinque porticuum. Item, *Scamnum, Sedile, cathedra.* Item *Scamna librorum, mercium & aliarum rerum,* Schafft. Corruptum videtur ex Græco στοά, ut magis patet ex usu Syro. Nam ἐν τῇ στοᾷ, Syrè est, לאסטוא, Act. 3. 11. & 5. 11. Quin & Talmudicè dicitur סטיו, id est, στοὰ Porticus. Vide id in סטה. Hinc Porticus Salomonis, Joh. 10. 23. Quia autem porticus prope portam est, vocatur cōmuniùs ab Hebræis בית שַׁעַר, ut notat R. Salomon 1. Reg. 6. 3. & 7. 6. ubi vide eum. Vers. 7. ibidem describitur Porticus prætorii sive tribunalis, &c. Rectiùs scribitur cum ס quàm cum צ, sed hæ duæ literæ in vocabulis barbaris promiscuè usurpari solent, magis tamen צ in usu est apud Talmudicos: מונחות ע״ג האיצטבא Pesach. fol. 11. 2. & fol. 13. 2. ישבו על ספסל של אבן או על האיצטבא של מרחץ Si sedeant super sella aut scamno lapideo, aut super scamno balnei, Nidda fol. 59. 2. in Misna. דמסני אאיצטבי Qui plurimi stant in scamnis, Pesach. cap. 5. in fine. איצטבא שלפני העמודים Porticus quæ est ante columnas, Schab. fol. 7. 1. Porticus non erat absq; scamnis & sedilibus, unde & hîc *Sedile* explicari potest. *Pluraliter*, אצטבאין & איצטבאות: unde מקום מוקף האיצטבאות Locus circumdatus sedilibus. Et aliter, בנה איצטבא Exstruens cathedram in die festo; nempe ex lateribus & cæmento, Betza fol. 32. 2. איצטבא של עץ cathedra lignea. מעשה איצטבא Opus scamni, id est, formâ rectâ & ordine, ut in scamnis sedent homines.

איסטונית *Idem:* האיסטונית רשות היחיד לשבת Porticus est locus in potestate unius, id est, locus privatus, quoad cōsessum: est autem רשות הרבים licentiæ plurium, (id est, locus publicus) quoad pollutionem, Talm. Tahoroth cap. 6. Scribitur & per Tzade loco Samech: ים ובקעה והאיצטונית והכרמלית Mare, vallis, porticus, & locus publicus inaccessus, non sunt ut locus privatus, neque ut locus publicus, Schab. f. 6. 2. איסטונית היתה נקרת, Porticus vocabatur איסטונית, quæ antea vocata fuit בסיו סטו, Pesach. fol. 13. 2.

אסטונא *Idem:* וְהָא מַלְכָּא קָאִים עַל אִיסְטוּנָא כְּהִלְכְתָא Et ecce rex stabat in porticu, pro more, 2. Reg. 11. 14. Hebr. עַל עַמּוּד juxta columnas, i.e. in intercolumnio, in porticu columnis septo, ubi soliū erat pro consessu regis. Vide hîc R. Davidem. Sic 2. Reg. 23. 3. In More Nevoch. par. 1. cap. 36. sumitur pro *Cylindro*, quia formam columnæ habet.

איסטמיונא *Statio: Basis, Statumen:* משלמת איסטמיונו Perficiens stationem suam, Beres rab. sect. 75. אסטמיונו של עולם Basis mundi, Beres. rab. sect. 66.

איסטטיבא *Stativa, Statio; cessatio, quies.* Apud Rabbinos, בשר ודם בשעה שהוא עושה איסטטיבא אינו נותן דונטיבא ובשעה שהוא נותן דונטיבא אינו עושה איסטטיבה אבל הק״בה עשה איסטטיבא ונתן דונטיבה שנ׳ וישבות Id est, Caro & sanguis, (id est, homo) quando facit stativam, (id est, quietem & cessationem ab opere) non dat donativam (mercedem aut donum) quo autem tempore dat mercedem, non facit stativam: Sed Deus sanctus & facit stativam, & dat donum, sic dictum est: *Et quievit* (fecit stativam) Genes. 2. 2. *Et benedixit*, vers. 3. id est, bonis & donis cumulavit diem septimum, sicut alibi ברכה Benedictio, vocatur Donum, Gen. 33. 11.

איסטטנית *Vaga, Vagabunda, Instabilis*, epitheton mulieris. Puto esse à Græco ἀστατέω Vagor, inconstans sum, ἄστατος Instabilis, inconstans. *Plurale*, אסטטניות Beres. rab. sect. 45. Sic rectè in Jalkut, sect. לך לך exponitur per יוצאנית. Guido aliter & alienè explicavit. In Elle habdebharim rabba sect. כי תצא pro eo legitur אסטסיניות.

אסטט *Sagittare, Sagittis impetere & ferire.*

Munsterus

Munſterus ad antecedens Nomen אסטמין ponit: Et verbaliter, Sagittare. Reſpexit, ut puto, ad formam אסטם. Sed Guido ponit אסטים. Vide סים.

אסטכין Sic adducitur in Aruch in litera א. In נל ſexto, אסטרין. In Beres. rab. ſect.19. in explicatione ejus, ויעשו להם חגורות Et fecerunt ſibi ſubligacula vel Cinctoria, Gen.3.7. R. Abba ſacerdos dixit: חגורה Cinctorium unum, non eſt ſcriptum hîc, ſed חגורות Cinctoria, nempe חגורי חג רות Varia cinctoria, veluti אסטכויא · גליונים, סרינים, quibus intelliguntur מיני מלבושים varia veſtimenta, quibus tegebant ſe Adam & Eva. Non igitur eſt Cingulum, Zona, ut Munſterus poſuit. Similiter legitur in Talmud Hieroſol. Bava baſra cap. ultim. in fine: והוה עביד ליה חדא אסטרכין מן חד עמר pro *Tunicæ* vel veſtis cujusdam ſpecie. In gloſſa ſcribitur per ר · אסטרכין. Voces ſunt corruptæ, ſed ad unam originem procul dubio referendæ. Explicatur autem per כתנת.

איסטולי *Epiſtola.* Corruptum eſt ex Græco ἐπιστολὴ quod Rabbini ſcribunt אפסטולי, de quo infrà in ordine אפס.

אסטלא · אסטולי · אסטלי *Stola, Chlamys, Amictus, Veſtimentum*, Græcè στολὴ & στολίς, *Indumentum honoratus & longius. Scribitur promiſcuè* אצטלא, *commutatis hiſce literis, ut in præcedentibus:* ונסב שם ויפת ית אסטלא Et accepit Schem & Japhet palliũ, Hebr. השמלה, Gen.9.23. in Jonathane, ית אסטלא דמלכותא Veſtimentum regium, Eſth.7.6. וית אצטלא Et pallium, Hebr. ואת אדרת Joſ.7.24. *Et propriùs ad formam Græcam,* אסטולי ולבוש Stolam & veſtimentum, Gen.45.22. in Jon. אצטלי בבלי Stolam Babylonicam, Hebr. אדרת שנער Joſ.7.21. לאצטולי כתן Ad indumentum lineum, Deut.22.12. in Jon. מזון ואסטולא Alimentum & indumentum, Hebr. לחם ושמלה Deuter.10.18. וחמש אסטולי דלבושים Et quinque ſtolas veſtimentorum, Geneſ.45.22.

אצטלית *Idem:* וכן תעביד לאצטליתיה Sic etiam facies veſtimento ejus, Hebr. לשמלתו, Deut 22.3. in T.H. וירכוך באסטליתיה Et cubet in veſtimento ſuo, Hebr. בשלמתו Deut.24.13. *Plurale,* ועבדו להון אצטלין Et fecerunt ſibi indumenta, Hebr. חגורות Subligacula, cinctoria, Gen.3.7. in T. Hieroſol. ותלתין אצטלין Et triginta pallia, Jud.14.13. *Forma maſcul.* ויהב אצטליא Et dedit pallia honorata, Hebr. ויתן החליפות, Jud.14.19.

אסטלאות · אצטלאות *Stabula, Præſepia.* Corruptũ eſt, & aliâs rectiùs pro eo dicitur אצטבלאות.

אסטמא *Chalybs. Apud Talmudicos,* יציאה בעמור השחר כאסטמא לפרזלא *Egreſſio ad lucem auroræ, eſt (corpori) ſicut chalybs ferro*, Berach. fol. 62.2. Gloſſator id nõ de egreſſione ad iter, ſed להפנות ad exonerandum alvum, interpretatur. Item, שינה בעמור השחר כאסטמא לפרזלא *Somnus cum columna* (id eſt, radiis) *auroræ, eſt* (ſenibus) *ſicut chalybs ferro*, ibid. Aliquando ſcribitur אצטמא. Corruptũ eſt à Græco στόμωμα, ut notat Aruch, quod ſcribit אצטומפא.

אסטמא *Ornamentum capitis muliebre ex diverſis coloribus, gemmis & margaritis, ad ſuſtentandos capillos, ne dilabãtur aut diffluant, Ligamentum ornatum puellarum ad continendos capillos frontis & temporum*, Talmud. יוצאה אשה בכבול ובאיסטמא לחצר Egreditur mulier (in ſabbatho) cum &c. in conclave (non autem forâs) Schab. fol.57.2. שלשה נאמרו באסטמא Tria dicuntur de ligamento capillorum: non judicatur eſſe ex heterogeneis: non polluit tactu: non egrediuntur cum eo foras, ſeu extra domum, nempe in Sabbatho, Ibid. Item, מאי איסטמא בליא פרוחי Quid eſt Iſtema? cohibens capillos volatiles, nempe tenuiores ad tempora, quæ communi ligamento non conſtringuntur, ibid. In Talm. Hieroſ. cap.6. exponitur, מצנפת קטנה המונע שערה מלצאת.

אסטומכא *Stomachus*, στόμαχος, *Ventriculus, cibi & potus receptaculũ:* אסטומכא דכרסא Stomachus ventris, Cholin fol.50.2. אסטומכא דליבא Stomachus cordis, ע״ץ fol.29.1. quod diverſimodè explicatur. R. David ad illud, בכח האכילה ההיא Virtute cibi iſtius, 1. Regum 19.8. ſcribit; כלומר שנשתהא המאכל באסטומכא ולא בשלה אותו הכח המבשלת ולא משכה אותו כח המושך id eſt, quaſi diceret, quòd commoratus eſſet cibus in ſtomacho, neque concoxiſſet eum facultas concoctrix, neque attraxiſſet eum facultas attractrix. In Talm. Hieroſ. Schab. cap. במה אשה ſcribitur: בתי הנפש תרגם עקילס אסטמכיאה, hoc eſt, בתי הנפש Ezech.3.20. Aquilas tranſtulit אסטמכיאה (q.d. στομαχῶα), quod Baal Aruch explicat, דבר שניתן על בית הנפש.

אסטמסיתה Sic adducitur in Aruch ex Schab. fol.67.1. & explicatur, quòd videatur eſſe ענין חותם ſignificationis Sigilli, ut alibi ſumitur סיטופתא pro Obſignatione, per cõmutationem מ & ת. Sed hæc interpretatio loco Gemaræ non convenit. Referuntur ibi formulæ incantationum, verba magica & nomina angelorum ſive dæmonum, quæ in incantationibus uſurpari ſolent. Deinde ſcribitur aliter hodie, בשמני מריגו ואיסטמאה quæ nomina angelorum eſſe videntur. Alia etiam eſt lectio in Aruch.

איסטנדירא *Præfectus, Prætor.* Tal. באיסטנדירא דמישן Sicut præfectus in Miſan, Schab. fol.72.2. Gloſſa שילטון Dominator. לשום אסטנדירא דבשכר Nomine præfecti Biſcaris, Gittin fol.80.2.

אסטנים *Infirmus, debilis, valetudinarius, languidus,*

[illegible] Græcum est ἀσθενής. Quan-[illegible] m in medio. הגון עַברין יתי [illegible] me debilem, Job.6.7. in fe-[illegible] do ejus [illegible] Targum. Sic legit Elias: hodie legi in Bibliis איסתנים. *Apud Talmudicos frequens* איסטנים אני Debilis, infirmus sum ego: כלום איסטנים אתה יותר מפרעה An fortè debilior [illegible] Pharaone? Sota fol.11.1.

איסטניסות *Infirmitas, Debilitas, Languor*, Rab. אבר מאנה לנגוע נפשי מרוב האיסטניסות וה[illegible] Quæ [illegible] puit attingere anima mea præ magnitudine infirmitatis & nauseæ. Rabbi Levi Jobi 6.7.

אסטים, & sine א, סטים *Herba unde fit color similis purpuraceo, Indicum: Crocus*: Sic explicat Baal Aruch אנדיקו *Indico* vernaculè, Arabicè ניל, & Aramicè מוריקא. Videamus loca; וממיני צובעין ספיחי אסטים Et ex specie colorantium vel tingentium herbarum, sunt sponte-renata אסטים croci vel Indici, Scheviith cap.7. ubi disputant de jure recrescentium anno septimo. R.Salom. exponit מוריקא · קר״ת Crocus. Bartenora scribit, est herba, colorem dans similem לתכלת hyacinthino, quæ cùm demetitur, recrescit; & hinc inter sponte-renata refertur. *Sine Aleph*: סטים ופואה כדי לצבוע בהן Crocus, vel Indicum, & rubia ad tingendum iis, Schab.fol.89.21. סטים וקוצה Bava kama fol.101.2. Legitur etiam in More Nevochim par.1. cap.73. ubi R.Samuel Aben Tybbon in explicatione vocum peregrinarum scribit: אסטים vocabulum Talmudicum, posui pro eo quod Arabicè vocatur ניל, & in lingua vernacula אינדי *Indicum*, propterea quod inveni Baal Aruch hanc vocem ita exponere, quamvis sapientes Hispaniæ aliter explicent. Hæc ille. Quod scribunt Arabicè vocari ניל, observa errorem in Lexico Schindleri in radice נל. Ponitur ibi, ניל *Procus*: legendum *Crocus*. Et sic exponunt Hebræi hanc vocem. Ego omninò puto [illegible] Græcum ἰσάτις, *Isatis*, quam Latini aliâs *Glastum* appellant. Dioscorides lib.2. cap.215. ἰσάτις ἡμερ[illegible] ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται, quæ Latinus interpres ita reddit; *Sativum glastum quo infectores lanarum utuntur, folium habet plantagini simile, &c.* Plinius lib.20.cap.7. inter genera lactucæ refert; *Tertium, ait, genus est in sylvis nascens, Isatin vocant. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glastum vocant, &c.* Cæsar lib.5. de bello Gallico: *[illegible] glasto se inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, &c.* Ex hac Etymologia apparet, rectiùs scribi cum א, quàm sine eo.

איסטסית *Statio, Resistentia, Rebellio, Factio*, Talm [illegible] איסטסים היא [illegible] Factio est illud, conspiratio est, Makkos fol.5.1. in Mischna. Idem in sequentibus scribitur אסטטית à סטרה Declinare, q.d. Declinatio est, declinant illi & conspirant invicem ad malefaciendum. Videtur esse Græcũ στάσις Seditio, rebellio, & στασιάζειν Factiosum, seditiosum esse.

אסטסיאנית Sic adducitur in Aruch. Legitur hodie in Bereschis rabba unde citatur, sect 45. & sic in Jalkut אסטַסְנית quod paulò antè explicatum est. Malè Munsterus hanc vocem notavit אסטסיאנות Vagabunda. Ea forma esset Vagatio. Vide suprà.

איסטופיטא. Vox peregrina & corrupta. In Medr. Ruth. cap 1.17. מילא ראיסטופיטא id est, דבר חשוב Res pretiosa, ut in Glossa explicatur.

אסטפנינן *Oleris vel fructus hortensis species, de qua disputatur, an decimæ dandæ sint*, Demaj cap.2. in Talm Hieros. Non est Porrum, ut Munsterus posuit, quod alio nomine ibi vocatur: fortè peculiaris quædam ejus est species.

אסטַקְטון *Balsamum, Stacte*, στακτή. Vide infrà in ordine אסת.

אסטור *Privilegium*. Dicitur & איסטורין singulariter: איסטורין זה נתן משה ליהודה בשעת וכו׳ Privilegium hoc dedit Moses Jehudæ, tempore exitus ejus ex Ægypto, Medrasch Tillim Psal.102.

איסטרוביל *Videtur esse à Græco στρόβιλος, quod est Vortex, Turbo, Trochus, aliquid rotundum, quod in gyrum rapitur vel agitatur. Hinc est Basis molæ, cui lapides incumbunt, aut arca lignea rotunda, circa molas.* Scribitur & sæpè אצטרובלין Pars inferior lapidum molarium. In Gemara, מוכר את הבית מכר את האיסטרוביל אבל לא את הקלת Vendens domum, vendit etiam arcam-molæ, sed nõ infundibulũ molæ, Bava basra fol.65.1. in Mischna. Glossa, עגול של עץ שסביב הריחים Orbis ligneus circa molam, vulgò צרקיא. Illud vas immobile: hoc mobile, illud idcirca cum mola venditur, hoc verò non. Alibi explicatur סיבוב של עץ שהוא תחת הרחיים Orbis ligni sub molis, Zavim cap.4. In Beres.rab.sect.28. אמחה את האדם ר׳ לוי א׳ אפילו אסטרובילין של רחיים נמחה *Delebo hominem* (Genes. 6.7.) R.Levi dixit: etiam basis molæ deleta fuit. Glossa, רחים התחתונה mola inferior, quæ est fundamentum molæ superioris. Sic sect. 30. ubi explicatur מוֹשַׁב הָרֵיחַיִם Basis molæ pavimento incumbens: אנביה עישור נכסי מאצטרובלא Accipiebat decimam facultatum de molæ arca, Kethubh fol.69.1. Glossa אצטרובלא מושב אמת המים. *Item Pinus, & Nux pinea, sic dicta, quòd trochi figuram habet. Sic στρόβιλος etiam Græcis, & Strobilus Latinis significat, unde apparet esse à Græcis mutuatam hanc vocem. Apud Talmudicos,* אלו דברים אסורים למכור לגוים אצטרובלין ובנות שוח וכו׳ Hæ res vetitæ sunt ut vendantur gentibus; nempe nuces pineæ, ficus albæ, &c. quia suspendunt eas

ante idola sua, 17 fol.1.4.1. Subjicit Gemara, מאי אצטרובלין תורניתא Quid est *Strobelin*? *Pinus*, (Cedri species sic vocata, ut legitur in Rosch haschana fol 23.1.) Sed Raf Saphra dixit, פירי דארזא Fructus cedri est, id est, nux pinea. Sic quoque accipitur in Medrasch Tillim Psalm. 2. circa finē, & Schir haschirim rabba cap. 7. 2. Quod Gemara *Strobelin* hîc explicat *Pinum arborem*, non omninò de nihilo est. Nam apud Græcos etiam στρόβιλος sumitur tam pro *Nuce pinea*, quàm pro *Arbore ferente τοὺς στροβίλους* ut ostendit Henricus Stephanus in Thesauro Græcæ linguæ, in hac voce. Et hinc emendandus mihi videtur locus apud Plinium lib 16 cap. 10. ubi de Pino & Pinastro agens, ita subdit: *Easdem arbores alio nomine esse per Italiam, quos Tibulos vocant, plerique arbitrantur.* Putarim hîc pro *Tibulos*, legendum *Strobilos*. Nam *Tibulorum* mentio vix apud ullum authorem reperietur. De Strobilo autem vide quoque Dioscoridem lib 1. cap. 87.

אסטרוני Vide infrà in אסטרטיג.

אסטרירא *Annulus, orbis ex ferro, fune aut vimine, in capite navis, ad quem ligatur navis & sistitur*, Talm. קטרא דקטרי באסטרירא, Schab. fol. 111. 2. in princ. capitis. In Glossa & in Aruch legitur אסטרידא: sed prior lectio ter in textu isto repetitur.

אִסְטְרָט *Strata, Platea, via publica omnibus strata & patens*, Ital. *Strada*, Germ. Straße: *Via, Semita*. Quandoque scribitur אסרט corruptè: הִיכְדֵין אִסְרָט Via una, Deuter. 1. 1. in Jon. אִסְרָט חֲדָא Sic est via omnium eorum qui obliviscuntur Dei, Job. 8. 13. באִסְטְרָטָא דְמַלְכָּא In via regis, Num. 20. 17. in Targ. Hieros. ואסרַטָא דְלָא אתוב Et viam, quâ non sum reversurus, abeo, Hebr. וְאֹרַח, Job. 16. 22. *Plural.* תְּרֵי עֲשַׂר אסרטין Duodecim viæ vel semitæ, Deut. 1. 1. in I. Jon. דְּחָלִיף אסרְטֵי יַמָּא Qui transit vias maris Psal. 8 9. אסרְטֵי אָרְחָתְהוֹן Semitæ viarũ ipsorum, Job. 6. 18. אסרְטֵי תֵימָא Vias Tema, Job. 6. 19. *Et fœmininè apud Rabbinos*, אִסְטְרָאטְיוֹת מְקוּלְקָלוֹת Plateæ vastatæ.

אִסְטְרַטְיָא *Expeditio, Militia: Exercitus, Agmen, Catalogus sive index militum. Est a Græco* στρατιά *vel* στρατεία: מי שהיה מוכתב באסטרטיא של מלך Quicunq; fuit scriptus in militia regis, id est, in catalogo, indice militum. Kidduschin fol. 76. 1. in Mischna. Glossa, פנקס הגייסות Index militum, Kriegsrodel. Item, באסטרטין של רוצחנין In catalogo latronum, של נואפין mœchorum, Rab. Ber. rab. sect. 87. sed scribitur אסרטין.

אסטרטיג · אסטְרַטִיגָא *Dux exercitus, Præfectus bello, Capitaneus, Strategus: Est à Græco* στρατηγός. ונפק אסְטְרַטִיג פלִשְׁתָּאֵי Et egressus est strategus Philistæorum, Hebr. מַצַּב Statio, 1. Sam. 13. 23.

וְאסטרטיגָא חַד לְאסטרטיג Ad strategum, 1. Sam. 14. 1. Et præfectus unus, Hebr. וּנְצִיב 1. Reg. 4. 19. Intelligitur ibi præfectus annonæ. *Plur.* וּמַנִּי בְּארום אסְטְרַטִיגִין Et constituit in Edom præfectos, Hebr. נְצִבִים, 2. Sam. 8. 14. תְּרֵי עֲסַר אסְטְרַטִיגַיָא Duodecim præfecti constituti super universum Israëlem, 1. Reg. 4. 5. יָת אסטְרַטִיגֵי פלִשְׁתָּאֵי Præfectos Philistæorum, Hebr. נציב 1. Sam. 13. 3. *Pro hac forma apud Talmudicos aliquando corruptissimè legitur* אסטרוני, pro אסטרטיגי: Bava bathra fol. 143. 1.

אסטרְטיוט στρατιώτης, *Stratiota, stratiotes, miles.*

אסטרְטליטין *Strategi, Capitanei*: Beres. rab. sect. 44. איפרכין ואסטרטליטין Eparchæ & strategi, Vajik. rab. sect. 1. Græcum est στρατηλάτης. Alibi, אסטרטליוטין pravè.

אסטרטולוס *Strategus, Capitaneus.* Sic citat Aruch ex Vajik. rab. sect. 16. Sed ibi nunc legitur אסטרטליטוס, ex præcedenti forma. *Plurale*, אסטרְטילוטין *Capitanei*: לְיָת אסטְרַטִילוּסֵי מַלְכָּא Ad duces militares regis, Esth. 3. 12. & 8. 9. & 9. 3.

אסטרְטינוט pravè pro אסטרְטִיגוּס.

אסטְרַלטין *Capitanei*. Corruptum Græcũ est.

אִסְטְרוֹלוֹגוֹס *Astrologus*, ἀστρολόγος. In Medraschim sæpè occurrit. Glossa חוזה בכוכבים Inspector astrorum. Mendosè sæpè scribitur, ut pleraq; Græcæ originis. In Debharim rabba paraschâ כוכבים scribitur: אין התורה מצויה באסטרולוגין שאוכנין בשמים *Lex non reperitur apud astrologos, quorum studium occupatur in cælis, in cæli contemplatione.*

אסטרולוגיאה *Astrologia, scientia astrorum*: צפה איתו השלטן באסטרולוגיאה Et observaverat iste dominator in astrologia, Beres. rab. sect. 63. Glossa חכמת החוזים בכוכבים Scientia eorum qui inspiciunt astra.

אסטרופוביטָא *Vertibile, flexibile, plicabile.* Corruptum Græcũ est à στρεπτός vel στρεφόμενος. Legitur in Talm. Middoth cap. 4. ad quem locum vide Annotationes Viri Clariss. D. Constantini l'Empereur; Ber. rab. sect. 66. ubi consule Commentarium Hebræum. In Jalkut est אסטרופוטה, fol. 34. 2.

אסטְרַקְלִילָא *Lamina ærea*: באסטְרַקְלִילֵיהּ In lamina ærea, quæ erat ante genua ejus, Esth. 5. 9. Videtur omninò esse quod טַרְקְלִילִין, 1. Sam. 17. 6.

אסי אָסְיָא *Asia, una ex tribus mundi partibus principalibus*, Gen. 10. 3. in Targ. Hieros.

אָסִי *Mederi, Curare.* Vide suprà in אסא.

אָסְיָא · אַסְיוּתָא Vide suprà in אסא

אוסְיָא Vide suprà in אוס.

אָסְיָא *Fundamentum*, vide in שתס.

אָסִימוֹן *Non signatum, Insignatum, sine signo.* Græcum est ἄσημον, scilicet ἀργύριον *Non-signatum argentum, Pecunia rudis & non signata*: אסימון

אסימון קונה את הכסף והכסף אינו קונה אסימון Moneta non signata acquirit sive redimit monetam signatâ, sed moneta signata non redimit monetam non-signata. Metzia cap.4. initio. Item, מאי אסימון פולסא Quid est Asimon? idē quod פולסא, Metzia fol.47.2. Vide de eo in פלס. Hebræi explicant, כסף שאין עליו צורה Argentum sive pecunia, in qua nulla est figura: אין מחללין מעשר שני על אסימון Non profanant (ex sancto profanum faciunt) decimas secundas pro moneta rudi, Maaser scheni cap.1. initio. Probant hoc ex eo, ubi scriptū est, וצרת הכסף בידך Deut.14.25. וצרת כסף i.e. הכסף שיש בה צורה monetâ argenteâ signatâ distrahendæ sunt decimę istæ. Hic locus adducitur in Jalkut, in Levit. fol.182. col.4. ubi joculare etymon, ex Aruch petitum, affertur, אסימון, id est, כסף שאין עליו צורה בלשון סומא Moneta argentea, in qua nulla est figura, ex locutione סומא *Cæcus*, quasi *Cæcam monetam* dicas. Aruch tamen præfert originem Græcam.

אסיתא *Mortarium, vas in quo aliquid tunditur*, Talm. Eruvin fol 102.1. Pistillum ejus in præcedentibus dicitur בוכנא.

אסך איסכלא *Scala*. Talm. המוכר את הספינה מכר את איסכלה Vendens navim, vendit etiam scalam navis, Bava bas. fol. 73.1. Vide & mox infrà aliter.

אסכולא אסכולי σχολή, *Schola, Gymnasium*, Rab. והיה אותו הולך לאיסכולי Frequentans scholam: הפרגוג מוליכו לאסכולי Fuit iste pædagogus ducens ipsum ad scholam: ילך לו לאסכולא Eat in scholam: ללמוד באסכולי Ad discendum in schola. Frequens in Medraschim. *Sic Syr.* ממלל הוא עמהון באסכולא Loquens cum ipsis in schola, Actor.18.19.

אסכולסטקיא *Scholasticus*: אסכולסטקיא ראוריתא Scholasticus, studiosus Legis, id est, theologiæ, Ber.rab.sect.64.

אסכלא *Cratis ferrea, Craticula, vas culinarium Corruptum ex Græco ἐσχάρα, quod inter alia etiam Craticula exponitur. L & R naturalem inter se habent permutationem. Dicunt & ἐσχαρὶς pro Craticula. Apud Talmudicos,* אין צולין את הפסח לא על השפוד ולא על האסכלא Non assant agnum Paschalem vel in veru ferreo, vel in craticula ferrea, Pesach. cap.7. in Mischna prima: צולין דגים על אסכלא Assant pisces super craticula. Aruch scribit, sic dici Rabbinis *Craticulam*, quòd similitudinem habeat graduum scalæ. *Et alibi apud Talmudicos*, השפוד והאסכלא מגעלין נחכין eluunt in aquis ferventibus, Zevach. fol.107 1. *Plur.* שפודיא ואסכליא Verua & craticulæ, Num. 11.22. in Jonath.

אסכלין *Satellites*. Sic ponunt Munsterus & Guido. Legitur in Debharim rabba sect. ... fol 290.col 4. Dixit R. Jehoscua, En miracula quæ fecit Deus Mosi, כל אסכילי פרעה מהן נעשו אלמים מהן נעשו חרשים ומהן נעשו סומין Omnes satellites Pharaonis, quidam illorum facti sunt muti, quidam surdi, quidam cæci. Glossator aliter explicat, nempe כלומרים יודעי דת ודין *Homines eruditos & peritos juris, judices Regis præfectos*; qui in mirum בית תלמוד Domus studii sive doctrinæ vocatur אסכולי Schola, in lingua Græca. Sic mox iterum: זכור מה שעשיתי לאסכילי פרעה Memento quid fecerim satellitibus Pharaonis.

אסכמא *Schema, Figura, Habitus, Species*. Græcum est σχῆμα Hinc legendum illud, באסכימא דזניתא Habitu meretricis sive meretricio, Prov. 7.10. Syrum est magis, qualia plura sunt in Targum Proverbiorum. Vide 1. ad Cor.7.ver.31 37. 2 ad Thessal.2. 1.ad Cor.2. & alibi.

אסכבא Vide in סכב.

אסקופא · אסכופא Vide in סקף Nam scribitur etiam sine א ab initio.

אסברא Vide in סבר.

אסל אסלא *Axis, Baculus, Palanga, Pertica, Vectis, quibus aliquid portatur*: וסוברוהי באסלא בכתיף Et portarunt eum palangâ in humeris, Hebr. במוט, Numer.13.24. ביוסי: יסיברון באסלא Portabunt palangâ, Exod 29.3. ויתנון על אסלא Et imponent eum palangę, Num 4 10. *Plur.* יתפקון באסלין Educentur palangis, Lev.16.27. Omnia in Targū Jonathanis. *Apud Talmudicos*, והאסל על כתיפו Et palanga est in humero ejus, Ohol. cap.16. והאסל שיש בו בית קיבול Et vectis in quo est receptaculum, Kel. cap.17. Vectes minores quibus ollæ, urnæ aquæ, lagenæ vini à tergo portantur. Ista cavitas vocatur בית קיבול.

אסלא · גסלא *Sella, Sedes familiaris, cujus usus est in cubiculis ad opus naturæ*: עור הכסלא Pellis sellæ, scil. quâ tegebatur, Eruvin fol.10. Videtur esse ex Latino Sella.

אסלטין. In Talmud Hierosol. Berach. cap 5. Rabbi Jannaj, & Rabbi Jonathan ambulabant באסלטין: Glossa explicat, בשדה ובבקעה *In agro & in valle*. Alii volunt, esse nomen proprium.

אסם אסימון Vide paulò ante.

אסמינא. Sic legitur in Venetis Psal. 68. 32. & sic adducit idem Elias in Rad. אסם, & explicat כסף *Argentum*, quòd in lingua Græca ... argentū & vasa argentea vocent ... In Hebræo est, יאתיון חשמנים מני מצרים Veniunt Chasmannim de Ægypto, Targū, ייתון בני דחם אוסמנא ממצרים Venient filii Cham Usmanna ex Ægypto. Regia legunt אוכמיא Nigri. Neb. Psalterium אוכמנא. Fortè legendum ex H... הוסמנא vel הוספנא Principes, magnates

ipſum in exedris domus domini, Menach. fol. 33. 2. Gloſſa, אכסדראות.

אכפליא *Anticubicula*, Munſt. *Alius interpretatur, Cortinas lecti.* Non eſt in Aruch. Guido citat ex Medraſch Thren. cap. 1.

אכפליות *Nuclei: Senſus, intelligentia loci alicujus.* Sic David de Pomis & Guido. Legitur in Debharim rabba, ſect. כי תבוא ab initio: א״ר יהודה בר סימא אמן הזה יש בו ג׳ אכפליאות שבועה וקבלה ואמנה Dixit R. Jehuda; In hac voce Amen ſunt tres nuclei, hoc eſt, tres ſenſus vel ſignificationes, Juramenti ſc. Acceptionis, vel Acceptationis rei alicujus, & Fidei vel Fiduciæ. *Reduci poſſet fortè ad Græcum ἀσφάλεια.* Triplicem illum uſum vocis Amen probant ibi ſigillatim ex tribus locis ſcripturæ, quæ apertiùs extant in Talmud Schevuoth cap. 4. fol. 36. col. 1. ubi vide.

אספלנית *Cataplaſma, Emplaſtrum.* Eſt à Græco σπλήνιον *Splenium*, quo vocabulo & Plinius uſus legitur, ubi de oculis ſcribit: *Superimponi oportet ſplenium e melle decoctum.* Et Martialis: *Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem.* *Apud Rabbinos,* לפי שהמכה גדולה תן אספלנית גדולה Quia plaga magna eſt, impone ei emplaſtrum magnum, Pſ. 51. in Medraſch. *Apud Talm.* נותנין עליה אספלנית Imponunt ei emplaſtrum, Schab. fol. 133. 1.

אספלעיתא *Idem. Fortè mendoſum eſt, pro* אספלניתא. Legitur in Targum, יְשַׁוִּי לְהוֹן אספלעיתא Parabit ipſis, vel, imponet ipſis emplaſtrum, Job. 30. 24. Munſterus *Clamorem* interpretatur.

אספמיא *Hiſpania.* In Targum Obadiæ verſ. 20. pro Hebræo בִּסְפָרַד legitur דבספמיא, ſed in R. Sal. & Ab. Eſra pro eo legitur אִסְפַּמְיָא. In Beres rab. ſect. 44. ואסיא ואספמיא Et Aſia & Hiſpania. בן מָצָאתִי בספר אספמיא Sic inveni in exemplari Hiſpanico, Geneſ. 34. 25. in Maſora parva. Sic etiam legendum in maſora infra textum, Prov. 15. 11.

אספניא *Idem.* שבכקוסות האספניא Qui eſt in locis Hiſpaniæ.

אספנין *Hiſpanicus*, Talm. קולים האספנין Kulis Hiſpanicus. *Kulis* eſt piſcis nomen, qui ſaliri in vaſculis ſolet, de cujus munditie & pollutione Talmudici diſputãt. Arabicè אלשבוט. Rabbinis שבוטא. Quidam *Thunnum* eſſe putant, Quidam אספנין *Inſulæ vel loci certi putant eſſe nomen*, unde piſcis Kulis nomen acceperit, quòd ibi frequenter caperetur.

אספניא *Stipendia militaria annua*, Tal. זהב לא ירבה לו מאד אלא כדי ליתן אספניא Aurum non multiplicabit ſibi nimium, niſi ut det ſtipendia militaria annua, nempe pro ſatellitio aulico, Sanh. fol. 21. 2. Gloſ. שכר חיילות Merces militum. Vox corrupta eſt pro אפסוניא, ut rectè hîc legitur in Com. Bartenoræ. Nam Græcum eſt, ab ὀψώνιον Annona, quæ militibus per menſes dabatur: Item Stipendium, Salarium, autoramentum, meritum militiæ. Unde in N. Teſt. Καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν *Et contenti eſtote ſtipendiis veſtris*, Luc. 3. 14. Sic Syrè אַפְסְנָיָתְכוֹן. Item, τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. *Nam ſtipendia peccati, mors eſt*, Rom. 6. 23.

אספנקי *Cingulum, Zona.* ואספנקי חֲדָא Et cingulum unum, Heb. וחגורה אחת, 2. Sam. 18. 11.

אספניקי *Idem:* והוא אסיר אספניקי חַדְתָּא Ipſe autem accinctus erat cingulo novo, 2. Sam. 21. 16. וַעֲלוֹהִי אספניקי חָרֶב Et ſuper eo erat cingulum gladii, 2. Sam. 20. 8. באספניקי די בְחַרְצֵיה In cingulo, quod erat circa lumbos ejus, 1. Reg. 2. 5.

אספוטרסין *Cedri ſpecies*, idem quod תִּדְהָר. In Medraſch Tanchuma. ſect. תרומה. Vox corrupta, & peregrina.

אִסְפַּסְיָאנוּס *Veſpaſianus. Mutatio nominis, ut in Aſti & Vaſti, in hiſtoria Eſter:* בפולמוס של אספסיאנוס In bello Veſpaſiani.

איספיסריאן In Vajikra rabba ſectio. 5. קוסים איספיסריאן. In Jalkut Prophet. fol. 45. col. 3. pro eo legitur, קומים ואיפרכוס Comes & præfectus.

אספסתא *Pabulum, Migma.* אוף אַסְפַּסְתָּא סַגִּי עִמָּנָא Etiam pabulum multum eſt apud nos, Hebr. מספוא Gen. 24. 25. in Jon. וִיהַב אַסְפַּסְתָּא לַחֲמָרֵיהוֹן Deditque pabulum aſinis ipſorum, Gen. 43. 23. Jon. תִּבְנָא ואספסתא לגמליא Fœnum & pabulum camelis, Gen. 24. 32. עַל אַסְפַּסְתֵּיהּ Ad pabulum ſuum, Job. 6. 5. ubi Veneta mendoſa ſunt. Apud Talmudicos frequentiſſimum eſt.

אִסְפְּקָא *Vaſis genus, ut eſt Paropſis, Patina aut ſimile.* Aruch citat Targum Hieroſ. Exod. 16. 33. ſed hodiè ibi non legitur. אספקא דכספא Patina argentea, Gittin fol. 14. 1.

אספיקולא Vide in litera Samech.

אִסְפְּקְלַטּוֹר *Spiculator, Speculator, Satelles, Carnifex.* Scribitur & abſque א in principio, de quo vide ספק. *In Targum,* אספקלטורי דמַלְכָּא Spiculatores regis, Eſth. 5. 2. in ſecundo Targum. *Apud Rabbinos frequens eſt,* שלא שמעו עליך ולאספקלטורין ההורגים Quòd non auſcultarunt tibi & ſpiculatoribus occidentibus, R. Sal. Exod. 4. 11. אחד הרגו המלך ואחד הרגו אספקלטור Unum interfecit rex, alterum interfecit ſpiculator, Schab. fol. 108. 1.

אספקלרי, אִסְפַּקְלַרְיָא *Speculum, Speculare, Specularium:* דַּהֲבָא ואספקלריא Aurum aut ſpeculum, id eſt, gemma nitens inſtar ſpeculi, Job. 28. 17. Vulgò legitur אספקלרא inconvenienter: מַפְּקִין אִסְפַּקְלָרִין Proferunt ſpecula, Deut. 33. 19. in Jon. כאספקלריא מנינא Sicut ſpeculũ fuſile ſive fuſum, Hebr. כִּרְאִי מוּצָק, Job. 37. 18. *Apud Rabbinos,* אספקלריא דאורייתא *Specularium Legis.* Sic Eximius

Legis Doctores vocant. אספקלריא מצוחצחת Speculum nitidum. אספקלריא שאינה מצוחצחת Speculum non-nitidum, obscurum. In Vajikra rabba, sect. 1: R. Jehuda dixit: מתוך תשע איספקלריות היו הנביאים רואים Per decem specula viderunt Prophetæ, ומשה ראה מתוך אספקלריא אחת Moses autem vidit tantùm per speculum unum. Rabbini dixerunt, כל הנביאים ראו מתוך איספקלריא מלוכלכת omnes prophetæ viderunt per speculum maculatũ, ומשה ראה מתוך אספקלריא מצוחצחת sed Moses vidit per speculũ nitidum. R. Bechai in sect. וארא scribit: אספקלריא dicitur, quasi ספק־קלריא q.d. שבע אורה Sufficientia, abundantia claritatis vel lucis. Scribitur & sine א ab initio, quod vide in ספק.

אספקסיטירן *Spectatissimus*, *Præstantissimus*, Munst. Suspecium est. Fortè est איספיסריאן, quod paulò antè adductum.

איספקסיטון Epitheton est septimi principis Medorum & Persarum, Memuchan, Esth. 1. 14. de quo in Medrasch ibidem legitur: זרה הירה האיספקסיטון שבכולם Iste fuit infimus, (infimæ dignitatis) inter omnes illos, & uxor ejus apparavit aliis omnia quibus opus habebant. In Glossa scribitur: Accepit omnia mandata ab aliis sex, & parabat omnes cibos regis, œconomus, præfectus culinę, quasi ex significatione סיפוק. Corruptum omninò est & peregrinum, idemq; videtur esse, quod Munsterus adduxit.

איספקרפסטי Legitur in Medr. Kohel. cap. 1. v. 1. בן שנה רובה לנלך נתון באיספקרפסטי. Glossator non explicat.

אספיר *Cohors, Turma, Legio*, Talm. Græcum est: ὅλην τὴν σπεῖραν Universam cohortem, Syr. כלה אספיר, Matth. 27. 27.

אספיר *Monetæ parvæ nomen.* Plur. ארבע אספרי כסף Quatuor asperi argentei, Maaser scheni cap. 2. R. Salomon hîc scribit, Quinque asperos constituisse דינר. Dinar autem fuit quarta pars סלע. Ergo Sela continuit viginti asperos. Turcæ & Galli habẽt similis nominis nummulos.

אספרגלין *Asparagi*, Talm.

אספרגוס ἀσπάραγος *Asparagus.* Vino indebatur, unde fiebat potus medicinalis, de quo multa apud Talmudicos scribuntur. Vinum asparaginum jejuno stomacho bibebatur לרפואה sanitatis causâ: אספרגוס יפה ללב וטוב לעינים Vinum asparaginum pulchrè conducit cordi, & optimum est oculis, Berach. fol. 51. 1. Qui modicè bibit de eo, prodest toti corpori: המשתכר בו qui se inebriat eo, קשה לכל גופו grave est toti corpori, ibid. R. Salomon hîc notat, fuisse solitum bibi poculum unum אליבא ריקנא לרפואה stomacho jejuno, medicinæ causâ.

אספרא *Cohors, Turma:* לכנוס אספרווא דידיה Ad congregandum cohortem ejus, scil. ministrorum, Kethub. fol. 3. 2. Idem est quod אספיר paulò antè.

אספריטין Sic adducitur in Aruch ex Vajikra rabba, sed non explicatur. Legitur autem in Vajikra rabba sect. 17. & in Medrasch Tillim, Psal. 73. & ibidem in Jalkut, pro eo אספליטין. Munsterus explicat *Saccos magnos.* מערה in Aruch hoc loco idem est quod משורה *Netum, Filum*, ut legitur in Medrasch Tillim.

אספירקא *Argentum vivum*, id est, כסף חי, Tal. Gittin fol. 69. 2. Munsterus ponit אספרי. In Aruch, אספריקא.

אספרמקין *Aromata.* A Græco Φάρμακον. In Targum, ואספרמקי ומגדי וירקי Et pharmaca sive aromata, & fructus eximios, & olera, Deut. 28. 23. in Jon. *Apud Talmudicos*, ההוא עכברתא דמשתכח בי אספרמקי דרב אשי Iste mus qui repertus fuit inter aromata R. Asseri, Betza fol. 36. 2. Glossa בשמים. Item, ומלי להו באספרמקי Et implevit ea aromatibus: בי איספרמקי Domus aromatum, Pixis aromatica, Pharmacopolium, aromatopolium, apotheca; בי Talmudicè pro בית.

אספרין *Albus, um.* Legitur in Bereschith rabba sect. 7. ubi quæritur, Num inter pisces quoque dentur כלאים diversa genera, ita ut vetitum sit diversos pisces conjungere & copulare? & respondetur inter cætera, מביא שני דגים חד מירין וחד אספרין si quis assumat duos pisces, unum nigrum, alterum album, & junco vel fune eos colliget, ac in fluvium deducat, id vetitum esse משום כלאים propter legem heterogeneorum. Baal Aruch has voces ita explicat, פירוש לבן בלשון יון אכברין מורין בלשון יון חשוך h. e. Album in lingua græca exponitur אספרין, & מירין in lingua græca est Obscurum, Nigrum. In compendio Aruch enim pro חשוך est שחור Nigrum. מירין videtur esse μαῦρον, per aphæresin pro ἀμαυρόν: sed quomodo אספרין in lingua Græca Albũ significet, nondum video. In Jalkut fol. 4. col. 2 alia est lectio, מביא שני דגים חד אוכם וחד חיור, quæ plana sunt. Alia iterum lectio in Talmud Hierosolymitano Massecheth Kilaim cap. 1 ubi eadem habentur; מייתי הוה יקטר כאורנידה דלבסא ובאורנידה דיריקא. Guilelmus Postellus in interpretatione Latina hujus sectionis in Bereschith rabba voces Hebræas retinet, & sic Latinis literis exprimit; Adduxit duos pisces, unum *Miaron*, & alterum *Assporon* &c.

אספרנא *Celeriter, confestim, festinanter.* אספרנא אספרנא מעבד Celeriter fit, Esr. 5. 8. אספרנא נפקתא תהוא מתיהבא Illico impensa detur, Esr. 6. 8.

אספריקא. In Echa rab. Thren. 3. 12. ad illud

... כמטרה לחץ Et disposuit me sicut scopum sagittam, lev. : Duo Amoræi disputabant de ... חד אמר בורמא לאיספריסא וחד אמר בקורת ... שהכל מורים בה. Aruch vocem non explicat: Munsterus interpretatur *Sagittam*. Tu judica. Vocem ברמא Aruch non habet.

איספירס. In Bemidbar rabba sect. 4. fol. 219. ... הופך אספירס ומכרכר לפני ... Invertebat (David) vestimenta sua, & saltabat corã ea (sc. arca) Sicut Glossa explicatur, מין בגדים ארוכים. Sic ... aliquoties.

אספתי *Spatha, Spathula: Ensis, gladius*, idem quod supra אספטי. Alibi est etiam *Instrumentum quoddã textorum*, a forma sic dictũ, ut & Grçcum σπάθη id aliquando significat, Oholoth cap. 13.

אסק
Vide נסק.

איסקבטרין Vide in סקב.

אסקוטלא *Scutella*, παροψίδες, vas in quo exhibetur cibus in mensam, Moed Katon cap. 3. in Misna.

אסקוטלא *Talitrum*. R. Sal. describit: צרורה כרביקה בגודלו ושומטה ומכה בציפורניה Index digitus junctus est pollici: dimittitur & percutit unguè, nempe frontem alterius, Talm. למחייה שיתין איסקוטלי Ut impingeret ipsi sexaginta talitra, ... fol. 28. 1.

אסקולסטיקא *Scholasticus* Pro ק scribunt etiam כ. In Medraschim legitur: Ingrediatur R. Jehosua ben Chanina, דהוא אסכולוסטיקא דאורייתא qui est Scholasticus Legis. Ingressus est, & explicavit locum, *Leo rapuit*, &c. Psal 22. Ber. rab. sect. 64. in fine. Glossa, ארון של בית המדרש Dominus, præfectus, caput, Rector scholæ.

אסקונדרין *Calculi, scrupi*, quibus luditur à pueris vel adolescentibus, Talm. Nedar. fol. 25. 1.

אסקופא *Limen, Scamnum*. עליוי אסקופא עלאה Super limen superius, Exod. 12. 6. Jon. ותדון לאסקופא עלאה Et spargetis ad limen superius, Exod. 12. 22. ויחמי ית ארמא על אסקופא Et videbit sanguinem qui super limine fuerit, Exod. 12. 13. ונשקוד על אסקופתי Et vigilat ad limina mea, Prov. 8. 34. Vide R. Sal. 1. Sam. 5. 4. & 2. Reg. 18. 16. *Apud Rabbinos*, קורא בספר על האסקופה Legit in libro super scamno. Scribitur & sine א ab initio, ut est in סקף.

אסקפסוית *Socci, calceamenta ex lana*. מהלכים באסקפסות שלהם Eunt in soccis suis, Medr. Thren. 1. 3. Aruch scribit sine א.

אסקרא *Locustæ species*, Talm. Cholin fol. 65. 1. Heb. וחל.

איסקריטין אסקריטין *Lagana, Crustula, Crustulata, Placentæ* ex simila & oleo. In Targum, כאסקריטין בדבש Sicut placentæ cum melle, id est, mellitæ, Exod. 16. 31. Talmudici dicunt איסקריטין Pesach. fol. 37. 1. & 119. 2.

אסקריטין *Tubi, fistulæ*. תרין אסקריטוני דדהב Duæ fistulæ aureæ, Heb. צנתרות Zach. 4. 11. In Aruch est איסקריטאין.

איסקריא *Malus navis*. הלא נפשיה באסקריא דספינתא Suspendit seipsum in malo navis ... Tal. Taanis fol 21. 1. Ba bafra fol. 73. 1 נפילנא תרן באסקריא דספינתא ומבענא Cecidi de malo navis & submersus sui, Taan. fol. 21. 1.

אסר
Vincire, Ligare, Obligare: & apud Rabbinos, Prohibere, Vetare. Præteritum, ואסר יתיה לעיניהון Et ligavit eum ante oculos ipsorum, Heb. ויאסר Gen. 42. 24. ואסריה בבית אסירי Et ligavit eum in domum vinctorum, id est, inclusit eum in carcerẽ, 2. Reg. 17. 4. *Fœm.* דאסרת על נפשה Quâ obligavit seipsam, Num. 30. 8. *Plur.* ואסרו יתיה בבית מטרא Et ligarunt eum in domo custodiæ, id est, vinctum conjecerunt in carcerem, Num. 15. 34. ואסרוהי Et vinxerunt eum, Levit. 24. 12. *Participium*, אסר חרצוי Ligans, id est, accingens, lumbos suos, Genes 49. 11. in T. Jon. & Hierof. דאסרין בהן Quibus ligant aliquẽ, Ezech. 3. 25. *Partic. Pehil*, והוא אסיר בזקיא Et ipse vinctus erat compedibus, Jer. 40. 1. סוסין אסירין וחמרין אסירין Equi ligati sunt, & asini ligati sunt, id est, accincti & instructi ad iter, 2. Reg. 7. 10. דאנון דמן לאסירין Qui similes sunt vinctis, Jesa. 42. 7. בירת אסיריא Domus vinctorum, Jerem. 32. 2. id est, *Carcer*. בבית אסירי In domo vinctorum, id est, carcere, Gen. 40. vers. 3. *Fœm.* ידך לא אסירן Manus tuæ non fuerunt ligatæ, 2. Sam. 3. 34. *Infinitivus*, ארי מיסר ניסרנך Nam ligando ligabimus te, Jud. 15. 13. למיסר אסר לנפשיה Ad ligandum ligationem aliquam super seipso, id est, ad obligandum vel obstringendum se voto aliquo, Num. 30. 3. למיסרך נחתנא Ad ligandum te venimus, Jud. 15. 12. *Imperativus*, רבוני משה אסרנון Domine Moses, ligato eos, id est, cohibeto, Num. 11. 28. *Futurum*, וניסרניה Et ligabimus eum, Jud. 16. 5. ותיסרון ית תורתא Et ligabitis vaccas istas ad currum, 1. Sam. 6. 7. אם ייסרונני Si ligent me, Jud. 16. 7. *Pahel, Participium*, ואנחנא מאסרין אסרן בגו חקלא Et nos ligabamus manipulos segetum in agro, Gen. 37. 7. *Ithpehal vel Ithpahel, Imperativus*, ואתון התאסרון Vos autem vincti (captivi) estote, Gen. 42. 16. *Futurum*, אחוכון חד יתאסר Frater vester unus vinctus erit in domo custodiæ vestræ, Gen. 42. 19. וכמה תתאסר Et quonam ligari possis, Jud. 16. 6. 10. *Talmudici* א *absorbent*, איתסר *Prohiberi, Vetari*: מיתסר Vetitum, Prohibitum.

אסרא *Vinculum, Ligamen, Fasciculus, Manipulus segetum, aut aliarum rerum*: ותסבון איסרת אזובא Et accipietis fasciculum hyssopi, Exod. 12. 22. והא קמת אסרתי Et ecce surgebat manipulus meus, Gen. 37. 7. וסגדין לאסרתי Et incurvabant se

ad

ad manipulum meum, Gen.37.7. *Plur.fœm.* אִסְרָן ut paulò antè in Pahel. כּסתַּחֲרָן אֱסָרָתְכוֹן Vertebant se manipuli vestri, Genes.37.7. נִתְרַע יָת אִסְרָתִיהוֹן Rumpamus vincula ipsorum, Psal.2.3. כַּד יסוֹבַר אִסְרָתוֹי Quando reportabit manipulos suos, Psal.126.6. *Et forma masc.* וְאִתְמְסִיאוּ אִסְרוֹהִי Et dissoluta fuerunt vincula ejus, Jud.15.14.

אֱסָר *Interdictum:* וּלְתַקָּפָא אֱסָר Et ad roborandum interdictum, Dan.6.8. *Emphat.* תְּקִים אֱסָרָא Statue interdictum, Dan.6.9. רְשַׁם כְּתָבָא וֶאֱסָרָא Consignato scriptum & interdictum, Dan.6.10.

אֱסָר *Obligatio:* נִדְרָהָא וֶאֱסָרָהָא Vota ejus & obligationes ejus, Num.30.6. לְמֵיסַר אֱסָר עַל נַפְשֵׁיהּ Ad ligandum obligationē super animam suam, Num.30.3. וְתֵיסַר אֱסָר Et obligaverit se obligatione aliqua in domo patris sui, Num.30.4. Jonathan habet אסרא, à forma אֲסַר cum Pathach. Aliâs etiam אִיסָר: sed forma cum chateph segol potior est.

אֱסָר *Cingulum, Zona,* Rab.

אִסּוּר *Vinculum.* וּבֶאֱסוּר דִּי פַרְזֶל Et cum vinculo ferreo, Dan.4.12. *Plur.* וְלֶאֱסוּרִין Et ad vincula, scil. condemnator, Esræ 7.26.

אֱסוּרִין *Vimina,* emphat. אִסוּרְיָתָא, Rab.

אָסִיר *Vinctus,* ut sup. in Partic. Pehil.

אָסוּר *Vetitum, Prohibitum, Illicitum,* Rab.

אִיסוּר *Idem.* Oppositum ejus היתר Licitum, Rab. איסורי לאוין, vide in לאו, לא infra. דברים שאיסורן איסור עולם Res quarum prohibitio est perpetua (non ad certum duntaxat tempus.) איסור כולל Prohititio universalis.

איסור *Fasciculus:* כל העושה איסור לחג Quicunque facit fasciculum ad festum, scil. tabernaculorum, ut mandatum est Levit.23. Succa fol.45.2.

אִסָּר · אִסִּיר · אִיסָּר *Assar, Assarium,* ἀσσάριον, *numulus monetæ vulgaris minimus.* De hujus valore scribit Majemon in הלכות שקלים cap.1. סֶלַע valet quatuor דִּינְרִין denarios: דִּינָר sex מָעִין obolos: מָעָה duo פונדיונן pondiola: פונדיון duo איסרין assaria: פרוטה unam octavam assarii. Pondus autem unius מָעָה est sedecim hordeorum: pondus איסר assarii, hordeorum quatuor: פרוטה dimidii hordei. Hæc ille. Vide quoque Talm. Kiddusch. in principio, Bava metzia fol.44.2. Waserum de numis Hebræor. lib.2. cap.23. Notas Tremellii ad Mar.12.42. Porrò à minimo valore hujus numuli *proverbialiter* apud Hebræos usurpatum fuisse videtur olim באיסר *Assario,* de *Re minimi pretii, & quasi nihili,* ut apud Latinos *Assis facere, Asse si vendatur, carum est, quo non indigeas,* &c. In Massechet Cholin cap. ultimo, in Mischna, ubi agitur de præcepto illo Deut.22.6. *Quum occurrerit nidus avis coram te in via, in quavis arbore, aut super terram, in quo sint pulli vel ova, & mater cubet super pullos, aut super ova, non accipies matrem cum filiis: Dimittendo dimittes matrem, & pullos capies tibi, ut benè sit tibi, & prolonges dies;* ad hæc verba subjicitur; ומה אם מצוה קלה שהיא באיסר אמרה תורה למען ייטב לך והארכת ימים קל וחמר על מצות חמורות שבתורה h.e. Quid igitur? Si in præcepto levissimo, quod *vix assarii* est (h.e. si in præcepto illo, quod de re minima ac vilissimi pretii agit, quæ *asse vel assario* comparari potest) adjicit scriptura hanc promissionem, *Ut bene sit tibi, & prolonges dies;* quanto magis valebit hoc de præceptis gravioribus quæ sunt in Lege: Hanc loquutionem, in simili argumento, imitatus videtur Christus Matth.10.29. cùm ait; Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται &c. *Nonne duo passeres assario væneunt, & unus ex eis non cadit in terram sine Patre vestro? &c.* Quemadmodum enim illic mater avium cum pullis באיסר assario æstimatur: ita æstimatur apud Matthæū δύο στρουθία pro assario: & quemadmodum illic de minori ad majus argumentantur, à pullis avium ad res graviores: ita quoque argumentatur Christus per minus ad majus à providentia Dei circa aves, ad providentiam circa homines. In quē sensum scribit Majemon in More Nevochim par.3.cap.48. ad citatum locum Deuteronomii; *Si Deus bestiarum & avium curam gerit, ne dolore afficiantur,* כל שכן בבני אדם *quanto magis rationem habebit hominum?* Aliter; המתפלל צריך שיכרע עד שיתפקקו כל חליות עולא אמר עד כדי שיראה איסר כנגד לבו Qui orat, incurvare se debet usq; dum conspiciantur omnes vertebræ quæ sunt in spina dorsi: Ula dicit, donec videat assarium è regione cordis sui, Berach.f.28.2. h.e. tam profundè se incurvare debet, ut videre possit assarium, vel numulum exiguum in terra, è regione cordis sui jacentem, quem erectus non videret. Alii aliter explicant, ut est in Aruch.

מְסֹרֶת *Vinculum.* בְּמְסֹרֶת קְיָמָא In vinculum fœderis, Heb. בְּמָסֹרֶת, quod contractum volunt Hebræi esse, pro מַאֲסֹרֶת, Ezech.20.37. Posset esse מסרת à מִסַר, vel מְסֹרֶת.

מִיסַּרְתָּא *Ligamen, Fasciculus:* מִיסַרְתָּא דְאֵזוֹבָא Fasciculus Hyssopi, Talm.

אִסְרְט Vide suprà in אִסְטְרָט.

אִסְרָטִין Idem quod suprà אסטרטיא. Vide illic.

אסרטיקולין *Præfecti, duces militiæ,* Munst. In Medr. Tillim, Psal.80. ad illud חַיּ שָׂדַי יִרְעֶנָּה, legitur, וו אסרטיקולין. Pro eo in Jalkut hoc loco legitur האיסטרולוטין, quod puto esse debere האיסטרטילוטין Strategi.

אסת אֲסִיתָא *Mortarium.* אֲסִיתָא חֲסִירְתָּא בוכנא Mortarium carens pistillo, Tal. Schab. fol.77.2.

[illegible] אס Mortarium [illegible], Nid- [illegible] כפי ליה אסיתא בציבירא וליקום עליה וליפא [illegible] mortarium in Ecclesia & stat (præco) super illud, ac dicit, &c. Ketubh. fol. 49.2. Ut sc. [illegible] audiant. Sic, כפי אסיתא וקום עלה [illegible] mortarium, & sta super illud, ac lacera; [illegible]es te videant, Moed Katon fol. 22.2. *Lo-[illegible]verbialis.*

אסיתא *Irritatrix, Contumax, rebellis fœmina:* [illegible] שבק הדא אסיתא מנך: Dimitte hanc rebellem uxorem à te. Sic adducit Aruch ex Beres. rab. sed ibi, sect. 17. hodie legitur להדא אנתתא ביפא Hanc mulierem pessimam. Idem locus legitur quoq; in Vajikra rab. sect. 34. Sed nec illic vox hæc in-[illegible]itur. Est autem à סות vel הסית, si alicubi usi-[illegible]a sit, vel idem quod suprà אסיט, ex Græco ἀστατ@.

אסתרדא Sic adducitur in Aruch: Vide suprà in אסט.

אסתירא *Gressus, Incessus, Pes, Talus pedis. Formam habet à* סור, *quasi Recessus dicas. Cum Affix. Pron.* אין תצלי אסתורי Si declinet gressus meus à via, Heb. אשרי Job. 31.7. באסתוריה אחדת רגלי Gressum ejus apprehendit pes meus, Job. 23.11. *Plurale,* סעד אסתורי Contine gressus meos, Psal. 17.5. ראודעזעו אסתורי Quod dimoti sunt gressus vel pedes mei, Psal. 73.2. מצדתא אתקינו לאסתורי Rete pararunt pedibus meis, Heb. לפעמי, Psalm. 57.7. אסטיתא אסתורנא Inclinasti gressus nostros, Heb. אשרנו, Ps. 44.19. Ps. 17.11. לא מודעזעין אסתורוי Non dimoventur gressus ejus, Psal. 37.31. אסתורי רגלך Tali pedum tuorum, Eccles. 12.5.

איסתוירא *Poples, aut Coxa, locus ubi pes cum coxa [illegible] crure conjungitur,* Tal. Menach. fol. 33.1. Jevam. fol. 103.1.

אסתהר *Sol:* אין אחזי אסתהר Si inspicio solem, [illegible] splendet, & lunam &c. Hebr. אור Lucem. Job. 31.26. Vide mox in אסתר.

אסתלגנית *Societas, Caterva, Cœtus.* אסתלגנית של מלאכי חבלה Cœtus angelorum perditionis, Tal. Bera. fol. 51.1.

אסתנא אסתן *Aquilo, Boreas, ventus aquilonaris:* ובצפרא אתי אסתנא Et manè venit boreas, id est, רוח צפונית ventus aquilonaris, Berach. fol. 59.1. צלותא כיומא דאסתנא Serenitas ut die venti aquilonis, Erubh. f. 65.1. Megilla fol. 28.1. Kiddusch. [illegible]2. Dicitur & אסתן, ut in Ketubh. fol. 23.1. in R. Bechai in Paras. ואתחנן, ubi de ejus etymologia quædam, (ut & de reliquis plagarum mundi nominibus,) affert, sed inania. Vide eum quando vacat. In Aruch afferuntur & hîc alia ventorum nomina, & inter ea עורתא Ventus orientalis. Hoc vocabulum Talmudici de Austro accipiunt: Vide שות. *In Targum,* מן צפונא אסתניא יתי Ab Aquilone venit Boreas, Job. 37.22. Aruch legit איסתנא.

איסתנים · אסתנים *Ægrotus, Infirmus, valetudinarius, Tener. Græcum est* ἀσθενής. *Scribitur & cum* מ *in medio, ut suprà positum est.* הנון עברין יתי איסתנים Ipsi faciunt me ægrotum vel infirmum, Job. 6.7. in secundo istius versus Targum. Frequens est apud Talmudicos. איני כשאר כל אדם אסתנים אני Non sum ut reliqui homines, sum valetudinarius, Berach fol. 16. אסתנים היה Ægrotus fuit. Plur. מפני האסתניסים Propter infirmos.

אסתניסות *Infirmitas, Debilitas, Ægritudo,* ἀσθένεια.

אסתניר In Aruch scribitur mendosè אסתניר: adducitur ex Tal. Bava Kama, fol. 40.1. ubi legitur אסתגר Inclusus fuit, à סגר, cujus lectionis etiam Aruch meminit.

אסתנדא Vide suprà in אסט.

איסתוננסין *Species monetæ,* in Talm. Hier. Maaser scheni cap. 5.

אסתקטון *Stactinum, Olei præstantis vel Balsami species.* In Vajikra rabba sect. 5. ad locum illum Amos 6. 6. וראשית שמנים ימשחו *Et optimo unguento ungunt sese,* scribitur; Rabbi Jehuda bar Jecheskel dicit, זה שמן אססקטון Hoc est oleum stactinum. Sic scribit Plin. lib. 12. cap. 15. de arboribus myrrhæ: *Sudant autem prius quàm incidantur, Stacten dictam, cui nulla præfertur.* Vide in literâ ס, in סטכתי.

אסתקר Sic adducit Aruch ex Jevammoth fol. 62. 2. Sed ibi altera lectio est, cujus & Aruch meminit, nempe סח לבה Exultavit cor ejus.

אסתר *Ester, nomen reginæ, quam, repudiatâ Vasti, in uxorem duxit rex Achasverus.* De nominis etymologia legitur in secundo ejus historiæ Targum, cap. 2. 7: איתקרי שמה אסתר על שם כוכב נגהא יונית אסתירא Vocatũ fuit nomen ejus אסתר Ester, à nomine stellæ Veneris, quæ Græcè dicitur ἀστήρ. In Medrasch Jalkut in hanc historiam, fol. 171. col. 1. למה נקרא שמה אסתר שמסתרת את דבריה וכן הוא אומר אין אסתר מגדת מולדתה id est, Quare vocatur nomen ejus אסתר Ester? quia מסתרת occultabat verba sua, ut dicit scriptura: Esther autem non indicaverat cognationem vel natalia sua, (Est. 2.20.) Et mox: נקרא שמה אסתר שהיו אומות העולם קורין אותה כוכב הנוגה על שם אסתהר Vocatum fuit nomen ejus Ester, quia populi mundi vocabant eam Stellam Veneris, nomine אסתהר id est, ἀστήρ. Hinc apparet אסתירא in Targum præcedenti, & אסתהר esse idem, ut ה in ista voce sit adjectitium, & אסתהר de quo etiam paulò antè, esse idem quod ἀστήρ Stella lucens, Stella Veneris, & latius Sol.

אַסתֵּר 'Ἀστὴρ, *Aster, Stella*: vel אַסתִּירָא ut in voce praec.

אִיסְתַּר *Privilegium.* Scribitur & אסתורין vel אסטורין ut hæ duæ literæ in vocibus peregrinis promiscuè ferè scribi solent. Vide אסט.

גידור *Asinus, Pullus asininus: vel Mulus:* In Talmud Hierosolymitano Bava metzia cap.5. גידור קטן i.e. חמור קטן Asinus parvus. Sic quoque videtur legendum in Talmud Babylonico Nedar. fol.41.1. גברא גבורה הוה רכיב גידרונא זוטרא Vir procerus insidebat asino parvo, Glossa, פרדה קטנה mulæ parvæ: quamvis in nostris libris legatur גידרונא. Author Aruch vult esse Græcum: nam in ea lingua, scribit, גידרו Asinus. Guido: In Græco vulgari γαΐδαρος est Asinus.

בֵּית גְּדְרוּם *Domus subsellii criminalis*, Guido ex Zohare. Hoc sensu invenitur גדרום. Vide infrà.

גָּרַשׁ *Coacervare, Aggregare, Cumulare, Accumulare, Mensuram superimplere, sive accumulare supra os suum.* Hinc Guido putat legendum, וְגָרְשָׁא בְחַצְדָא מֵיכְלָהּ Et coacervat in messe escam suam, Prov.6.8. pro quo al. גָבְשָׁא. *Apud Rabbinos,* מִדּוֹת גְּדוּשׁוֹת Mensuræ accumulatæ: קוֹצְרִים וְגוֹדְשִׁים Demetunt & congregant messem: בְּמָקוֹם שֶׁנָּהֲגוּ לִמְחוֹק לֹא יִגְדּוֹשׁ In loco ubi solent abradere (mensuram) nō cumulabit, Bava basra fol.88.2. חֶטְאוֹ גָדוּשׁ וּמְגוּדָּשׁ Peccatum ejus accumulatur, & ad summum impletur, mensura peccati ejus impletur, Beres. rabbah sect. 22. *Ex Niphal,* כָּל הַמִּדּוֹת שֶׁבַּמִּקְדָּשׁ הָיוּ נִגְדָּשׁוֹת חוּץ מִשֶּׁל כֹּהֵן גָּדוֹל Omnes mensuræ, quæ in Sanctuario sive templo fuerunt, erant accumulatæ, exceptâ Sacerdotis maximi, Menach. fol.90.1. מלמד שהיו מים נגדשים Hoc docet quòd aquæ fuerint coacervatæ & fecerint fornices, Sota fol 34.1. *Aliter usurpatum legitur in Vajikra rabba sect.22.* Viri duo iverunt Tiberiadem, unus cœcus, alter videns, והוה ההוא פתיח גדיש ליה eratq́ue videns ille ducens illum, id est, מוֹלִיךְ, ut in Aruch parvo exponitur: Et mox; עד דגדש ההוא סמיא לפתיחא Donec duceret iste cœcus videntem, Glossa, מנהיג וסומך Ducens & sustentans. Confer Bemidb. rabba sect.18. circa finem. Guido malè hic vult significare, *Spernere & Subsannare.*

גְּדִישׁ גְּדִישָׁא *Cumulus mensuræ, Acervus:* הֵיךְ מִסַּק גְּדִישָׁא בְעִדָּנֵיהּ Sicut ascendit acervus in tempore suo, Job.5.26. *Plur.* וְיִתְאַכְלוּן גְּדִישִׁין Et consumuntur acervi frumenti, Exod.22.6. וְעַל גְּדִישִׁין יְעִיר Et ad tumulos vigilabit, Jobi 21.32. *Emphat.* מִגְדִּישַׁיָּא A'metis, Jud.15.5. *Elias in Meturgeman hæc omnia in singulari numero citat, & scribit nō reperiri aliter, nisi in singulari numero:* נור דליק מוקיד גדישין סגיאין *Ignis ardens incendit acervos multos*, in Ben Syra. Ex parva scintilla sæpè magnum incendium.

גְּדִישׁוּתָא *Accumulatio mensuræ:* בִּגְדִישׁוּתָא ובמחקא In accumulatione, aut abrasione mensuræ, Lev.19.35. in Targ. Jon.

גודש *Idem:* כל כלי שעמקו חצי רחבו גדשו כמפתו

ולמעלה הוא שליש מטרה שמכיל הכלי עד שפתו Omne vas, cujus profunditas respondet dimidiæ latitudini, ejus accumulatio supra labrum est tertia pars ejus quod continet totum vas usque ad labrum suum, 1.Reg.7.26. in Kimchio. Vide ibidem quoq; R.Salomonem & R.Levi.

נהא נוהא *Commotio, Motus, sive Tremor terræ:* בשעה שהקב״ה זוכר את בניו שרוים בצער בין אומות העולם מוריד שתי דמעות לים הגדול וקולם נשמע מסוף העולם עד סופו וזהו נוהא Eâ horâ, quâ Deus Benedictus recordatur filiorum suorum, qui cum dolore habitāt inter Gentes hujus mundi, duas emittit lachrymas in mare magnum, quarum sonus auditur ab una extremitate mundi usq; ad alteram, & hoc est נוהא, Berach. fol.59. 1. Vide & זוע.

ניהא *Cisterna, locus atrii fuit, in quem defluebant aquæ effusæ:* בר ניהא Filius cisternæ, id est, cisterna minor, majori conjuncta, quæ recipiebat, quod ex majori redundabat, Moed katon fol.8. 2. Sic ibi legitur. Alii scribunt גוהא.

ניהי ניהיא *Albus:* סומקא ניהיא Rufus albus, vel, Rubedo alba, id est, versicolor, ex rufo & albo: Glossa טלאים לבנים Maculas albas habebant rufi, easque vulgò vocabant סומקא ניהיא. Germ. Bundt/ color mixtus ex albo, Bechor. fol.45.2.

נהה. Sic adducitur hoc loco in Aruch pro *Inclinare*. Sed in Gemara legitur נחרר de quo infrà. Pravè quoque adjiciunt, *Emendare, corrigere libros*. Ea significatio ad נגה pertinet, ut ibi dicetur.

נהט *Radere, Eradere, Delere*, Berach. fol.56.1. נהיט Glossa, מחוק. Baal Aruch scribit cum Cheth in medio, & exponit חסר Deficere.

נהן גהנם *Gehenna:* דאזלו לאתוקדא בגהנם Qui iverunt ut comburantur in gehenna, Eccles.8.10. מן דינא דגהנם A judicio gehennæ, Eccles.9.15. באשתא דגהנם עתיד לאתוקדא Igni gehennæ comburetur, Eccles.10.11. דמיא לגומרין דאשא דגהנם דברא יתיה יי ביומא תנינא לבריית עלמא Similis est favillis ignis gehennæ, quem creavit Deus die secundo creationis Mundi, Cantic.8.6. Hinc dicunt Talmudici; In Historia creationis, ad diem secundum ideò non addi, כי טוב *Quòd bonum esset;* מפני שנברא בו אור של גהנם Quia creatus fuit in eo ignis gehennæ, Pesach. fol.54.1. Ibid. Gehenna numeratur inter septem res quæ creatæ sunt antequam mundus creatus esset, ut & in libro Nedarim fol.39.2. Id quod etiam reperitur in Targum Jonathanis, Genes.3.24. ובתנן גהנם יגמרון Et in fumo gehennæ consumentur, Psal.37.20. Iterum apud Talmudicos: Tres non vident faciem Gehennæ, &c. Vide in מעים. *In libro antiquissimo Zohar in Genesin column.* 205. *duplex dicitur esse Judiciū Gehennæ, Aquæ & Ignis:* Dixit R.Jose, vidit Noah Angelum mortis ad se venientem, ideoque ingressus est in arcam, & abscondit se in ea per duodecim anni menses. Quare per duodecim menses? Quia hujusmodi est Judicium peccatorum. R.Jehuda dixit, Sex menses sunt in aqua, & sex in igne. Atqui hîc tantùm aquæ fuerunt: unde itaque sex menses alteri? Dixit ei Rabbi Jose, Ambobus judiciis gehennæ judicati fuerunt, Aquâ & Igne; Aquis; iis videlicet quæ descenderunt super ipsos desuper, quæ fuerunt frigidissimæ instar nivis: Igne; aquis nempe subtus prodeuntibus, quæ ferventes erant instar ignis. Sic itaq; Judicio Gehennæ judicati fuére, Igne & Aquâ, & proinde duodecim fuerunt menses. Dixit enim R.Eliеser, Judicium peccatorum in Gehenna durat duodecim menses. Unde omnes peccatores mundi duobus istis Judiciis judicantur, Igne & Aquâ, donec exscindantur è mundo. Hactenus Zohar. Ad duplex hoc Judicium Gehennæ videtur respicere Paraphrastes Chaldæus, Jobi 28.v.5. ארעא דמנה נפק מזונא ולרע מנה גהנם דגנת תלגיה מתהפכא דכמת אשתא Terra ex qua provenit alimentum, & infra quam est Gehenna, cujus nivis frigus convertitur ut fiat sicut ignis. An ergo ab Hebræis fortè D.Hieronymus & alii primitùs acceperunt, quæ de duplici Gehenna, Ignis & Frigoris scripserunt? Vide Hieron. Jobi 24.v.19. & Matth.10.

נהץ *Dealbare telam, lavando & soli exponendo,* Germanicè Bleichen: *Unde in Gemara,* בבבל בבגדי צבעונין בארץ ישראל בבגדי פשתן מנוהצין In Babylonia vestibus coloratis: in terra Israëlis vestibus lineis dealbatis, Pesachim fol.109.1. Scriptum est, Deut.16.14. *Et lætaberis in festo, tu & filius tuus, &c.* Ergo tenetur quisque exhilarare filium suum, & reliquos domesticos, die festo. Quomodo exhilarabit illos? Vino. Rabbi Juda dixit: Viros eo quod conveniens est ipsis: mulieres eo quod eas decet. Quid convenit viris? Vinum. Quid decet mulieres? Docuit Raf Joseph, In Babylonia, &c. אסור לאבל ללבוש בגדים לבנים מנוהצין Prohibitum est lugenti induere se vestibus dealbatis, In Colbo cap. 114. כלים מנוהצים Vestes dealbatæ. וכשם שאבל אסור בכבוס בגדים כך אסור ללבוש כלים לבנים חדשים ומנוהצים Quemadmodum prohibitum est lugenti lavare vestimenta: sic etiam prohibitum est ipsi induere vestimenta alba, nova & dealbata, Majem. in Hilchoth אבל cap:5. *Metaphoricè est Illustrare*, id est, *Incitare, Excitare se*. In libris precum, נהץ בך וידע יראתך Incitavit se in te (adhærere tibi) & notum fecit timorem tui.

ניהוץ [illegible]atio ניהוץ שלנו כביכום שלהם id est, ניהוץ (die Bleiche) nobis est, quod ipsis (Babyloniis) ביכום, apud Talmudicos, Taanith fol.29. In Moed katon: *Ne fleatis pro mortuo, & ne condoleatis ei*, Jerem.22.10. *Ne fleatis pro mortuo*; יותר כראי Magis nempe, quàm satis est; *Et ne condoleatis ei*, יותר מכשיעור magis nempe, quàm secundum debitam mēsuram; הא ביצד שלשה ימים לבכי ושבעה להספר ושלשים לניהוץ ולתספורת Quomodo igitur? Tres dies fletui sunt dandi, & septem planctui, & triginta vestibus albis & rasuræ, (ut scil. per tot dies à vestibus albis & rasura abstineatur), fol.27. col.2.

Secundò exponũt נהץ *Exsultare, Gestire præ gaudio*, ex Bereschith rabbah, sect. 39. fol.43.1. ואם תאמר שלא נהץ אברהם ושמח על דיבור המקום ולמה לא יצא Scholiastes ex priori significatione quoque explicat. Sic enim scribit; הוא לשון ניהוץ Est significationis dealbandi; מאחר שהיה מלובן ומזורז לצאת למה נתעכב בחרן וכו.

נהק *Ructare, vel Ructari, Ructus emittere, ut ex nimia repletione & satietate fieri solet*: שֶׁנִּיהֵק ופיהק Qui ructat & oscitat, scil. in precibus, Berach. fol.24.1. Et paullò post; מנהק ומפהק הרי זה מגסי הרוח Qui ructatur & oscitat, est ex iis, qui sunt crassi spiritus, i.e. naturæ rusticæ.

נהר נֹהַר *Nomen lapidis pretiosi*, Cantic. 5.14. Quidam putant esse *Jaspidem*.

נְהָרִים *Additamenta, Appendices murorum aut parietum exteriorum, ut Bartenora explicat* in Seder taharoth fol.54.2. In Aruch citatur per ח in medio, in נחר: Sed per ה legitur in Talmude ex significatione verbi Hebræi נָהַר; In parvis Mischnajot Venetiis excusis legitur per ח, וְהַנְּחִירִים, sed in Glossa scribitur נהרים, & explicatur, species petrarum durarum & acutarum. Majemon explicat *Fenestras, per quas lux intromittitur in conclavia.*

נַהַרְקָא *Sedes magnifica & illustris, Solium: Currus*: יָתִיב בִּנְהַרְקָא דְּדַהֲבָא Sedebat in solio aureo, Gittin fol.31.2. ביומא דעיבא מפקי ליה בנוהרקא דדהבא In die nubiloso efferebant eum in sella aurea, Taan. fol.20.2. ubi scribitur, esse Sellam in curru suspensam, cui insident reginæ: מְעַיֵּל לְהוּ בְּנוּהַרְקָא דְּרַבָּא Imposuit eos in currum Doctoris, Rabbæ, Metzia fol. 73. 2. Glossa, Currus quo vehũtur homines, Currus cameratus, ein Reitwagen: לבר מנוהרקא דרבי חייא Præter currum R. Chajiæ, Metzia fol.85.2. Glossa, קתדרא Cathedra. Philippus Aquinas *Lecticam* exponit.

נוּהַרְקִי Vide in נרק.

גַו גו *Et cũ inserto* י, גֵּיו · גַּיו, *Medium: Cum* ל *aut* ם, *vel cum utroq. simul, usum habet particulæ, Intrà, Intrinsecus*: מִגַּיו וּמִבָּרָא Ab intra, & ab extra,

Intrinsecus & extrinsecus, Genes.6.14. Hebr. מִבַּיִת וּמִחוּץ, Jonathan מִן גֵּיו cum Tzere: לְגֵיו Intrinsecus, Exo.28.26. Jonath. לְגַיו: כַּוִּין פְּתִיחָן מִלְּגֵיו Fenestras apertas intrinsecus, 1.Reg 6.4. *Constr.* גו; *ut*, גוֹ נַחְלָא Medium torrentis, Deuter.3.16. בְּגוֹ יַמָּא In medio maris, Exod.14.22. Sic לְגוֹ, ibid. v.23. מִגּוֹ הֲפִכְתָּא E' medio subversionis, Gen.19.29. *Et quandoque cum* א *in fine, sed rariùs*, גוא, *ut* Dan.3.6. *Apud Rabbinos*, בגו *In medio, In*; לגו *Idem*: In Ketubh. fol.15.1. ad locum Deuter.19.11. פרט לזורק אבן לגו Hoc speciale est de eo, qui projicit lapidem in medium, hoc est, לתוך חבורת בני אדם: Ibid. fol.111.1. ad locum Genes. 50.25. מצרים וישראל דברים בגו Res sunt in medio, id est, latent hîc res cõsideratione dignæ: sic in Kidduschin fol.44.2. ubi Glossa, יש דברים בתוך דבר זה: In Talm. Hierosl. in Masseches kilaim in fine, explicatur in glossa, מגו: פנימי יש בדבר, *quod scribunt* מגו, *& pronunciant cum Schurek* מיגו *Postquam, Posteaquam, Quandoquidē, Quia, idem quod* מֵאַחַר, Dieweil: מיגו דיכיל למימר Posteaquã potest dicere, rem sive debitũ nullo modo ita se habere potest etiam dicere, particulare debitum esse, Schevuoth fol.42.1. מגו דחשיד אממונא חשיד אשבועתא Quum sit suspectus de pecunia, est etiam suspectus de juramento, Metzia fol.6.1. *Cum Pronominibus Affixis*, לְגַוַּהּ In medium ejus: כֹּל דִּי בְגַוַּהּ Quicquid in medio ejus, i.e, in eo, intra eã, Lev. 11.33. יְהַב בְּגַוַּהּ Dedit intra eam, Gen.41.48. לִבִּי יִרְתַּת בְּגַוִּי Cor meum trepidat intra me, Ps.55.5.

גַּוָּא *Medium, propriè: metaphoricè, Exta, Intestinum: sunt enim exta in medio corporis*: כָּל תַּרְבָּא דְּחָפֵי יָת גַּוָּא Omnem adipem, qui operit intestinum, Exod.29.13. גַּוֵּיהּ Intestinum ejus, Levit.1.9. וְעַל גַּוֵּיהּ Et cum intestinis ejus, Jonath. גַּוֵּיהּ, Exo. 12.9. Baal Aruch citat quoque in litera Beth, בְּנֵי גַּוָּא *Filii intestinorum*, pro Hebr. והקרב והכרעים Levit. 1.13. Sed hodie id non extat in nostris exemplaribus.

גַּוָּאָה גַּוָּאִי *Interior, Interius*: בְּגוֹ בֵּיתָא גַּוָּאָה In medio domus interioris, 1.Reg.6.27. *Plur.* זַגִּין גַּוָּאִין Acini interiores uvarum, Num.6.4. in Jonath. *Constr.* לְשִׁבְעָה סָרִיסַיָּא גַּוָּאֵי Septem Eunuchis interioribus, Esth.1.10. in Targ. secundo, nisi fortè sit pro גַּוָּאֵי Castratis. *Fœmin.* דַּרְתָּא גַּוַּיְתָא Atrium interius, 1.Reg.6.36. & Ezech.43.5.

גוא גַּוָּאָה גוואה *Eunuchus*. Sic habent Regia, sed mendosè. Vide גוה.

גוב אֲגִיב *Respondit. Frequenter occurrit in Talmud Hierosol. & in glossa ubiq; exponitur per* הֵשִׁיב, *ex usu fortaßis linguæ Arabicæ*: ולמה לא אגיבתוניה Et quare nõ respondistis ei? Horajoth ab initio: מה דר' יוסי אמר לא אגיבום Quod R. Josè dixit, non responderunt illi, Kiddusch. cap.2. fol.

fol.63.2. הכין אגיבון על דעתיה דר׳ יוסי Sic respondit eis secundum mentem R.Jose, Ketubh. cap.ult. fol.42.4. איפשר כל מאן דנא שאיל ליה הוא מגיב לי Fierine potest, ut ad omnia quæ ipsum interrogaturus sum, respondeat mihi? Sanhed. cap.2. fol.20.col.4. Sic in Medr. Schir cap 4. vers.4. ולא אגיבוה Et non respondit ei. In Beres. rabba sect.80. אי שאלנא ליה מגיב Si interrogaturus sum ipsum, an respondere poterit?

גוֹבָא *Locusta:* וּסְלִיק גוֹבָא Et ascendit locusta, Exod.14.10. Hebr. אַרְבֶּה. Sed & גוב Hebræis usitatum est, ut Nahum 3.17. יַרְת גוֹבָא לְזִנְיֵהּ Locustam secundum speciem suam, Levit.11.22. כְּגוֹבָא Sicut locusta, Nah.3.17. *Et aliter,* כְּמִסַּת גוֹבָא לִסְגִי Secundum abundantiam locustarum in multitudine, Judic.6.5. *Et cum paragoge Jod:* דִּגְזִיז מִן בְּרִית גוֹבֵי Quę incisa est à locustis, Psal.72.8. גוֹבָאֵי Creatura locustarum, Amos 7.1. אֲמַר וְאַיְתֵי גוֹבָאֵי Dixit & adduxit locustas, Psalm.105.34. Vide quoque suprà גבב.

גוֹבָא *Frustum. Plurale per Aphæresin,* וּנְפַק מִנֵּיהּ גוּבֵי גוּבֵי Et egressus ex eo per frusta frusta, i.e. frustulatim, in Schab. fol. 109.2. וּשְׁדֵי בִּתְרְתֵי גוּבֵי Et projecit in duo frusta, Schab. fol.156.2. Vide & Bava kama fol.96.1.

גוֹבָאֵי *Nomen gentile populi in Babylonia*, Berach. fol.17.2.

גוּבְתָּא גוּבָא *Arcula:* וְגוּבְתָּאִי דְכַחֲלָא Et arculam meam stibii, Berach. fol.18.2. Vide quoque suprà גבת.

גוד *Succidere, Incidere, idem quod* גְּדַד. *Futur.* לָא תְגוּדוּן יַת בִּשְׂרְכוֹן Non incidetis carnem vestram, Deut.14.1. in Targ. Jonath.

Apud Talmudicos, דשקליה לספסירא וגידיה לגמלא Qui accepit gladium, ac discidit in frusta camelum, Sanhed. fol.67.2. ואפילו ראוהו בגויד Etiamsi viderint eum discissum, Jebham. fol.70.2. & Gittin fol.70.2.

גיד *Trahe: Festina,* vide in נגר.

גוּדָא *Sepes, Paries, Maceria:* כְּגוּדָא רְעִיעָתָא Sicut maceria rupta, Psal.62.4. quod fœminin. ודתקיפו גודא דעלמא Et qui vim inferũt sepi mundi, Eccl.10.8. id est, violenter dissipant. *Cum Pronomine Affixo,* גוּדְהָא Maceriam ejus, Psal.80.13. juxta Veneta, & Baal Aruch. Nam Regia habẽt Hebræum גָּדֵר.

Apud Talmudicos, גודא רעיע Paries fractus, Taanis fol.21.1. In Gemara: מאי מחיצה גודא Quid est מְחִיצָה? Resp. גודא Paries, Bava basra ab initio: טריף רישיה אגודא ומית Allisit caput suum ad parietem, & mortuus est, Medr. Koheleth cap. 10. vers. qui incipit, ראיתי עבדים על סוסים.

גוּדָא *Asser, Tabula, quâ pons sternitur:* דָמְיָא בְּגוּדָא דְגַמְלָא Similis est (contentio) asseri pontis: Chagiga fol.15.1. Sanhed. fol.7.1.

גוּדָא *Ripa, Littus, quasi aquæ paries & sepes:* אַגּוּדָא דְנַהֲרָא Ad ripam fluminis, Taanis fol.20.2. Joma f.77.2. *Alibi scribitur per Jod,* לְגִידָא דְרַבְיָתָא Ad ripam fluminis Rabhjatha, Cholin fol.60.1. יָתְבֵי אַגּוּדָא דְנַהֲרָא Sedebant ad ripam fluminis, Schab. fol.108.1. אגודא דנהר מלכא Ad ripam fluminis Regis, Gittin fol.73.1. *Traductum ex Hebræo* עַל כָּל גְּדוֹתָיו *Super omnes ripas suas,* Jos.3.15.

גוּדָא גוד *Uter:* מְשַׁוִּינַן לֵיהּ גוּדָא וּמָלֵינַן בֵּיהּ מַיָּא Paravimus ipsi utrem, ac replevimus eum aquâ, Succah fol.48.2. Alterum legitur in Schab.fol. 138.1.

מָנוֹד *Locus aut sepes, ubi suspendũtur vestes ablutionis:* אבידה לא ישטחנה לא על גבי מיטה ולא על גבי מנוד Res perdita ne suspendatur juxta lectum, vel in loco ubi lintea abluta suspendi solent. R. Salom. explicat Gallicè קבליא, quod fortè est, *Cheville, clavus,* Pesach. fol.26.2.

גוה *Annuere motu oculorum vel labiorum:* גָּוֵה בְּשִׂפְוָתָא Annuens labiis, Prov.16.30. in Venetis. Guido monet, in Complutensi editione legi נָגֵם Minans, & sic adducit Elias in Meturgeman. Id certè eo sensu Hebræis usitatum, ut infrà videre est.

גֵּו גֵּו *Corpus,* Hebràicè.

גֵּוָן *Corpulentus:* גוּבְרִין גֵּוָנִין וְתַקִּיפִין Viri corpulenti & robusti, sive violenti, Eccles.5.7. in Venetis. Regia גוּתְנִין Excellentes, Superbi.

גְּוִיָּה *Corpus:* וּבִתְרֵין מְכַסֵּי גְוִיָּתֵיהּ Et duabus tegebat corpus suum, Jesa. 6. 2. Regia, רַגְלוֹהִי Pedes suos. Priorem lectionem habet R.David, & laudat: וְאֶמְסוֹר לְמוֹתָא תִנְיָנָא יַת גְּוִיָּתְהוֹן Et tradam morti secundæ corpus eorum, Jesa.65.6. וְיֶחְדֵּי לִבְּכוֹן וּגְוִיָּתְכוֹן Et lætabitur cor vestrum, & corpus vestrum, Jesa. 66.14. וְלָא תֶחֱזִין גּוּפִיךְ וּגְוִיָּתִיךְ Non ostendes corpus tuum ulli homini, Esth.1.12. in Targum secundo. וְשֵׁיצִי יַת כָּל גְּוִיַּת אֱנָשׁ וּבְעִיר דְעַל אַנְפֵּי אַרְעָא Et perdidit omne corpus hominis & jumenti quod erat super terram, Genes.7.23. in Jon. Hebr. הַיְקוּם Substantiam. *Apud Talmudicos,* לפסול את הגויה Ad profanum reddendum corpus, Erubh. fol.29.1. Kethubh. fol.64.2. Mikvaos cap.ult. *Synecdochicè etiam est Membrum virile:* גויתו בעדשה Membrum ejus virile (infantis scil. cùm nascitur) est instar lentis, Bes Jacob fol.110.col.3. ex Nidda. ראש הַגְּוִיָּה Caput membri, *Glans,* Nedar. fol.32.2. Negaim cap.6. Kiddusch. fol.25.1. Et in hoc significato videtur usurpari à Jonathane in citato loco Jesajæ cap.6.2. Sic enim vox רגלים etiam aliquando sumitur.

גַּיוְתָן Vide suprà in גאה.

גוז *Abscindere, Exscindere, Discindere, Scindere, Findere, Avellere, Evellere:* מִיגַז גָּיֵז Discindendo

dendo [illegible] Nedarim fol.69.1. לְמִגָּו אָסָא Ad avellendum, vel abscindendum myrtum, Betza fol. [illegible] quod etiam לְמִגָּו legi posſit, ex formâ de[illegible]um ecundâ, à גז. In Schab. fol.150.2. [illegible]r pro eo, למיגוא. Baal Aruch in גר quar[illegible]

Deinde eſt *Transire, Transvadare flumen,* [illegible]*tare,* quomodo Poëtæ Latini dixerunt, [illegible] *Secare æquor, flumina, mare, aquas:* וְגָזוּ יַרְדְּנָא Et transiverunt Jordanem, Hebr. צָלְחוּ Se[illegible]erunt, sciderunt, ut remis fieri ſolet, 2.Sam. 19.17. ubi Regia גזו, quaſi à גְּזָא, ex forma Quieſcentium tertiâ radicali: גְּזוֹ עֲבָרוּ יַרְדְּנָא Vadarunt, tranſmiſerunt Jordanem, Jeſa.10.29. *Infin.* אוֹרַח לְמִגָּז מְשֵׁיזְבַיָּא Via quâ tranſirent liberati, Jeſa.51.10. *Futur. cum Aff.* וּבוּרנִי רַבְתָּא לָא תְגוּזִנֵּיה Et trieris magna non transfretabit eam, Hebraicè יַעַבְרֶנּוּ Transibit eâ, Jeſa.33.21. וְשִׁלְטוֹן מְעִיק לָא יְגוּזְנַהּ Et tyrannus affligens non transibit eam, Jeſa.35.9. וְיגוּזוּן יָת דִּגְלַת Et vado-trajecerint Tigrim, Nahum 1.12. *Ex Aphel Particip.* מַגִּיזִין לְהוֹן Transvehentes, transmittentes eos, Jeſa.16.2. וּמַגִּיזָא יָתֵיהּ נַהֲרָא Et traducebat ipſum per flumen, Bereſchit rabba, ſect.10.

גִּזְתָּא *Ramus arboris abſciſſus, vel Ligna fiſſa, Fruſta lignorum: Poteſt enim etiam legi ex plurali numero* גְּזִיא: ut, דפסק ביה גזיא לעָא Cùm ſecuit eo cultro ligna pro idolo, Cholin fol.8.2. Gloſſa חתיכות עצים Fruſta lignorum: וגיבלתיה בגזתא דמרמהין Et miſcet illud fruſto ligni Marmehin, Gloſſa בקיסם של עץ, Gittin fol.69.2. בקמפא דגזוא De ſtacte arboris, vel rami arboris, ſed non de ſtacte fructuum, Abhoda fol.35.2. Nidda fol.8.2. שושילתא וגזי Catenas & baculos, Ketubh.fol.27.1. Sic legitur in textu, ſed in gloſſa גזוא, ut anteà: איתיה לגזותא Adducit ligna arboris, Gloſſa ענף של עץ, Berach.fol.40.1. ומן גזא Et ex fruſto quodam ligni, ſcil. dives factus eſt: Nedar. fol.50.1. Sic explicat hîc quoque R. Aſcher: ſed Raſchi & R. Niſsim explicant תיבה *Arcam*, ex trunco ſcil. ligni factam, ex ſignificatione בי גזי דרחמנא, h.e. Domus theſaurorum Dei miſericordis: בגזותא גזוא פרסכנא Schab.fol.154. col.2. Gloſſa פרסכנא eſt Arbor patula, cujus rami undiquaque ſunt extenſi: In Bava kama fol.59.2. lin.ult. exponitur in gloſſa קוצים ſpinæ. Baal Aruch, עצים יבשים Ligna arida. Scribit idem, in lingua Arabica vocari קורות Trabes גזאין.

גַּזָּאָה גְּזִיא · גזי *Eunuchus, quaſi Excifus dictus:* לְגַזָּאָה חַד Eunuchum quendam, 1.Reg.22.9. *Et ſine* א, גַּזָּה חַד 2.Reg.8.6. גַּזָּאָה חַד Jerem.52.25. pro גזאה: נְתַן מֶלֶךְ גַּזָּאָה Nethanis Regis Eunuchorum, 2.Reg.23.11. *Plur.* תְּלָתָא גַּזָּאִין Tres eunuchos, 2.Reg.9.32. *Sic apud Talmudicos,* אתו גזוי

Venerunt Eunuchi, quod legendum גַּזֵּי, Megilla fol.28.1. מְשַׁדַּר גַּזָּאֵי Miſit eunuchos, Kidduſchin fol.33.1. אָמַר לֵיהּ הַהוּא גַּזָּאָה Dixit ipſi iſte Eunuchus, Schab. fol.152.1. Ibidem etiam aliter legitur גִּזְנָא. Mendosè itaque quædam exemplaria habent גואה & גַּוָּאָה, omiſso Sajin.

מַגְזָא *Vadum, Tranſitus, locus ubi tranſitur: Conſtr.* בִּמְגִזַּת עָבְרָאֵי In vado tranſeuntium, Num. 21.12. Jonath. מְגִזְּתָא ex forma emphatica: וַעֲבַר יָת מְגִזַּת יוּבְקָא Et tranſivit vadum Jabbok, Geneſ.32.22. in Targ Jon. לִמְגִזַּת מִכְמָשׁ Ad vadum Michmaſch, 1.Sam.13.23. *Plur.* וּבֵין מְגִזָּתָא Et inter vada, 1.Sam.14.4. וּמְגִזָּתָא אִתְאַחֲדָא Et ipſa vada occupata ſunt, Jerem.51.32. עַד מְגִזָּתָא Uſq; ad vada, Joſ.2.7. Deinde eſt, *Scapha Ponto,* 2.Sam.19.18.

גוח *Exire, Prodire, Prorumpere, Erumpere. Infin. cum Aff.* בְּמִגְחֵיהּ מִן תְּהוֹמָא Quum prodit ex abyſſo, Jobi 38.8. *Aphel,* אַגִּיחַ *Idem:* מַגִּיחַ מֵאַתְרֵיהּ Prodibat ex loco ſuo, Judic.20.33. *Plural.* מְגִיחָן Erumpentes, Dan.7.2. *Item Prodire ad bellū, Præliari, Pugnare, & ſic ferè ſemper adjunctum habet Nomen* קְרָב. *Particip.* מֵימְרֵיהּ מַגִּיחַ לְכוֹן Verbum ejus pugnat pro vobis, Joſ.23.3. דְּמַגִּיחַ לְהוֹן קְרָבִין Qui geſsit pro ipſis bella, Exod.14.25. in Jon. Sic Joſ.10.14. 2.Reg.6.8. *Plur.* בֵּין גִּבָּרֵי מַגִּיחֵי קְרָבָא Inter viros prodeuntes ad bellum, ineuntes pugnam, Num.31.27. Sic Pſal.76.4. *Futur.* וְנַגִּיחַ קְרָב Et inibimus bellum, Deut.1.41. וְיַגִּיחוּן בָּנָא קְרָב Et movebunt bellum contra nos, Exod.1.10. וְיַגִּיחוּן לָקֳבְלָךְ Et pugnabunt contra te, Jere.15.20. *Hoc ſenſu multa reperiuntur cum Dageſch in* ג, *ex forma Defectivorum primâ* נ, *unde vide etiam in* נגח. *Ithpehal,* מִתְגַּח Pugnatum eſt, Jud.5.20. *Baal Aruch citat hîc ex Talm.* דמגחי בה טפי. Sed in Veneta edit. legitur rectiùs per He, מגהי, à נגה, ubi vide. Et aliunde; דמגיחי ברחמי עד זמן נעילה Qui immorantur, ocupantur in precationibus uſq; ad tempus obſerationis. Sed & hoc fortè fruſtra.

אַגְחוּתָא *Bellum,* Jobi.38.23. Hebr. מִלְחָמָה.

גוֹי *Gens: Homo gentilis. Sic Judæi quemvis vocant, qui non eſt de populo Iſrael, maximè tamen Chriſtianis hoc nomen dedere. Nam Turcas appellant Iſmeelim, ſive Iſmaëlitas. Etiam unum hominem nominant* גוי *contra verum linguæ uſum, & naturam vocabuli.* Sic ſcribit R. Salomon ad וְלֹא תְחָנֵּם Deuter.7.2. לא תתן להם חן אסור לו לאדם לומר כמה נאה גוי זה Non attribues illis gratiam (h.e. nihil in ipſorum laudem dices) Prohibitum eſt homini dicere, Quàm pulcher eſt iſte *Goi*, hoc eſt, Chriſtianus iſte. Pro hoc in aliquibus editionibus legitur כותי Cutheus. Eadem & plura leguntur in hunc ſenſum in R. Bechai ad hũc locum, fol.196.col.4. *Fœmin.* גּוֹיָה *Gentilis mulier, Fœmina Chriſtiana. Plurale,* גויות *Mulieres Chriſtianæ.* ולא

ותתגאל בדברי הנוצרית Et non pollues te rebus muliei um Christianarum, Deut.7.5. in Aben Esra in editione Veneta. Quædam editiones & hîc habent הכותיות.

גיורת *Gentilismus, Paganismus*: אל יקלה על דעתך שמשון המושיע את ישראל או שלמה מלך ישראל שנקרא ידיד יי׳ נשאו נשים נכריות בגיותן Noli existimare, vel Samsonem Liberatorem Israëlitarum, vel Salomonem Regem, qui vocatur Dilectus Domini, uxores alienigenas duxisse in gentilismo ipsarũ, Majem. in Hilch. Issure Biah cap.13.

גוּל *Tela*. Corruptum est in Venetis pro גול, Jesa.38.12. Vide illic.

גְוִיל *Lapis rudis & impolitus, cujus oppositum* גזית *Lapis cæsus & ferro politus*, Bava basra fol.3.

גְוִיל *Pergamenum, Pellis*, Orach chajim, Numer.32.7. עַל גוילא Super pergameno, Deut.31. 24. in Targ. Jon. Vide infrà in דוכסוסטוס.

גולא *Pallium, Stola*, vide infrà in גלל.

גוּלְקִי Vide in גאל.

גום גּוּמָא *Fovea, Fossa*: יַעֲבֵד גומָא בְּאַרְעָא Facit foveam in terra, Jobi 39.27. Item, *Incisura, Ruptura aciei in cultro*, ein Scharten/ apud Rabb. Vide etiam infrà in גמא.

גון גְּוַן *Color*: ירִיעָן דִבוּץ גְּוַן חִוָּר Cortinæ byssi coloris candidi, Esth.1.6. Lev.15.3. הֵי כגְוַן זַעְפְרָנָא Instar coloris crocei, v.19. in Targ. Jon. *Sic apud Rabbinos & Talmudicos*: מאי גוון טליתך Cujusnam coloris est pallium tuum? Erubhin fol.53. col. 2. *Plur.* ומקסיה הֲוָה מְמִילַת תְּלָת גַּוְנִין Et signum ejus erat de melota trium colorum, Numer.2.3. *Hinc formatur Verbum,*

גַּוֵּן *Colorare, Colore tingere*: ut, לפי שאין עושין אותן אלא לגוון Non faciũt ea nisi ad colorandum, Schabbas fol.102.

גְּוַן *Modus, Ratio, Forma, Similitudo*: כִּגְוַן אִרְסָא דחויא Sicut similitudo veneni serpentis, Ps.58.5. כְּהָא גונָא לֵית אֲנָא יָכִיל לְמִפְרוֹק Secundũ hunc modum non possum ego redimere, Ruth.4.6. *Hinc Rabbinis petita frequentissima locutio*, כְּהַאי גַּוְנָא, *quod etiam aliquando scribunt*, בי האי גוונא, *pro eo quod Latini dicunt; Et his similia, Et id genus alia, Sic, Hoc modo*. In Ecclesiaste usurpatur pro Hebræo עִנְיָן *Occupatio, Negotium, Res, quâ homo occupatus est, & se affligit: Modum, Rationem etiam interpretari potes*: גְּוַן בִּישׁ Ratio, res pessima, Modus malus, Eccl.1.13. Heb. עִנְיַן רָע. Sic cap.2.26. & alibi: חֲזֵית יַת גְּוַן אסורין Vidi rationẽ castigationum, cap.3.10. עַל דִקְנָא לֵהּ בִּגְוַן בִּישׁ Eò quòd cõparaverit eas ratione pessimâ, Eccl.5.13. *Cum Aff.* גְּוָנֵיהּ Ratio ejus, quâ scil. homo occupatus est, Eccl.2.23. *Plur.* בסגיאות גַּוְנִין In multitudine rerum sive negotiorum, Eccl.5.3. Pravum est גוברין גוונין, pro גִיוָתָנִין Viri fortes vel excellentes, Eccles.5.7.

גְּוַן *Unde* כְּגוֹן *Quasi, Sicut, idem quod Hebraicè* כְּמוֹ *Caph servile est, & absque eo nunquam hoc sensu legitur* גון. *Sic* כ *multis Particulis inseparabiliter præpositum est. Nunquam accipit Pronomina. Est autem ex superiori ortum, quasi dicas, Secundum modum.*

גום *Incidere, Amputare, Succidere*: עד שיגום Donec amputet, Scheviüth cap.4.

מגום *Frustum, Segmentum*: כמגוסין דלחם Frustis panis, Ezech.13.19. Vide & in גם.

גים · גום *Gaza, Thesaurus*. Esth.1.4. in Medrasch, ו׳ גיסין היה פותח ומראה להן Sex thesauros aperiebat & ostendebat eis. Legitur quidem גיסין, sed per Gimel legendum docet glossator, quomodo scribitur in Schem. rabba sect.9. fol. 126.3. Jalkut pro hac voce habet תסבוריות Thesauros. Et in Targum secundo Esther: שִׁיתָּא בֵי גִנְזֵי הֲוָה מַחֲוֵי לְהוֹן Sex domos thesaurorũ ostendit eis. Unde apparet hæc esse Synonima.

Secundò גום *Incidere in aliquem, Occurrere*: גס ביה ההוא טייע Incidit in ipsum iste Arabs mercator, hoc est, פגע, Pesach. fol.110.2. מיגס גייס ביה ויהב ליה גיטא Occurrendo occurrit ipsi, & dedit ipsi libellum divortii, Gittin fol.65.2. ubi Glossa פגע בו.

Tertiò, *Miscere*: מגיסה בקדירה Miscens in olla sc. coctile, Germ. Umbrühen/ quod fieri solet cochleari, Avodah sarah fol.38.2. Machschirin cap.5. Aliter: רותחת וגוסה Fervens & bulliens: Alius, Singultans & ructans, Niddah fol.63.2.

גיסה *Genus morbi*. Legitur in Medr. Echa cap.3.v.39. In Jalkut fol.250.3. pro eo legitur גוסת. Est vox corrupta. Baal Aruch exponit, *Inflatio ventris, Hydrops vel Tympanitis*, ex significatione גסם.

גוע *Unde Verbum geminatis litteris* גַּעְגַּע *Oblectatione capere, Oblectare se. Fut.* וַאֲגַעְגַּע בְּאוֹרַיְתָא Et oblectabo me in lege jugiter, Psalm.119.117. Hebr. אֶשְׁעָה, quod Aben Esra exponit, idem esse quod שַׁעֲשַׁע Oblectare se, Delicias capere. Convenit Græcum γαίω Lætor, Oblecto me: לבו מגעגעת Cor ejus oblectat se, R.Salom. Cant.7.3. *Aliter*: Quidam mercator vendidit vasa מגעגעין ברמא consputcata sanguine, Glossa, מלובלבין. Medrasch kohel. cap.11.1.

גַּעְגּוּעִים *Deliciæ, oblectationes*: האב עשה לו געגועים Pater fecit ipsi delicias, scil. filio delicatulo, Kafvenaki, Prov.4.3. In Gemara inseritur ipsi Joth ab initio, בן שיש גיעגועין על אביו Filius qui est summo oblectamento patri suo, Schab. fol.66.2.

גַּעְגְּעָא *Rivus aquæ rapidus & fremens*: כנהרין געגעא דלא פסיק לא ביממא לא בליליא Sicut iste rivus vel torrens, qui non quiescit neque de die, nec de nocte, Echa rab. cap.1.v.17.

* נְתָ ... Hebr. גְּוִיעָה *Exspiratio.*

נוף *Primo ... dere, Occludere, Concludere,* ut Hebraicè. *Futur.* וְיָגוּף דַשֵּׁי בֵּית מַקְדְּשִׁי Et claudat portas sanctuarii mei, Malach.1.10. *Aphel* אגיף vide in נגף.

הַגְפָּה *Clausio:* שכר הגפת דלתות Mercedem clausionis januarum, Joma fol.18.1.

Secundò גוף גופא *Corpus:* וּנְסִיבוּ יָת גּוּפָא דְשָׁאוּל Et acceperunt corpus Saulis, 1.Sam.31.12. וְיָת גופיה צְלִיבוּ Et corpus ejus suspenderunt, ibid. vers.10. *Plur. constr.* וית גופי בנוהי Et corpora filiorum ejus, ibid.v.12. *Cum Affix.* בגופיהון In corporibus ipsorum, Psal.55.16. *Apud Rabbinos,* גוף בלא חכמה כבית בלא יסוד *Corpus absque sapientia, est ut domus absq; fundamento.*

Apud Rabbinos Grammaticos est, Persona: שְׁלֹשָׁה הַגּוּפִים Tres personæ. *Sic apud Theologos,* Tres personæ Deitatis.

Sumitur etiam ut Hebræum עֶצֶם *pro Substantia, Substantiale, ut aliâs* עִקָּר *apud Rabbinos: ut,* גופו שֶׁל גט Substantia libelli repudii, Gittin fol.85.1. in Mischna, גוף, hoc est, עִקָּר: וְהֵן הֵן גופי התורה Et ista sunt substantialia Legis, Chagiga fol.10.1. הַרְבֵּה גופי תורה לא נִיתְּנוּ אֶלָּא ברמיזה Multa substantialia Legis non sunt data nisi per nutum, R.Sal. Genes.42.42. *Huc etiam cum Pronominibus est, Ipsemet, Ipsummet, Ille-ipse:* גופי Ego ipse: גופיה Ille, vel Illa ipsa. *Et absque Pronomine* הָא גופא קַשְׁיָא Ecce id ipsum sibi contrariũ est. *Utitur hoc vocabulo etiam Gemara, quando obiter alicubi adduxit Memram vel Barajetham, i.e. authoritatem alicujus Amoræ vel Tannæ, eamq; alio loco repetens ad aliquid ex ea concludendũ, vel objiciendum, dicit* Gupha hi, q.d. *Alibi per accidens hæc authoritas fuit adducta, hic verò est ipsum præcedentis disputationis corpus & substantia.* Vide Halichoth olam fol.9.col.2.

נופי *Corporalis:* עוֹנֶשׁ גופי Pœna corporalis. *Fœmininum,* תַּאֲוָה גוּפִית Concupiscentia corporalis: *Plur.* תַּאֲוֹות גופיות, Rabbi Levi Prov.18.1. פְּעוּלוֹת גופיות Actiones corporales.

גופני *Idem. Fœmin.* גוּפָנִית.

Tertiò נוף *est Adulterare, Adulterari, Mœchari, Adulterium committere: Particip.* נָיֵף *Adulterans, Adulter. Plur. fœm.* פּוּרְעָנוּת נָיְפָן Pœnam adulterorum, Ezec.16.38. נָיְפָן Adulterantur, Mœchantur, Hos.4.13. *Infinit.* כּוּלְהוֹן מְחַמְּדִין לְמִנַף Omnes concupiscunt adulterari, Hos.7.4. *Fut.* לָא תְנוּף Non adulteraberis, Exod.20.14. דִינוּף יָת אִתַּת חַבְרֵיהּ Qui mœchatus fuerit cum uxore proximi sui, Levit.20.10.

Apud Rabbinos משל הדיוט *Proverbium vulgare:* נָיְפָא בחזורים ומפלגא לבִישַׁיָּא *Ipsa adulteria committit pro pomis* (id est, lucro leviculo,) *& dividit illud malis,* id est, pauperibus & ægrotis, scil. eleemosynæ caussâ, ut iis peccata redimat, Vajikra rab. sect.3. in princ. Pro נָיְפָא alii legunt נָיְרָא, quod idem, & alibi נָיְפָא, quasi à נְאַף. Adagium in eos, qui de rapto, furto aut injustitia eleemosynas dant, ut Sacerdotes olim cœcum & claudum Deo offerebant. Legitur quoque in Medr. Koheleth cap.4. vers.6. cum addita explicatione hâc: נואפות בתפוחים שלוקחת בשכרה ומחלקתן לחולים Adulteratur pro pomis, quæ pro mercede sua accipit, & dividit ea ægrotis. Vide & Schemoth rabba sect.31. in fine.

נָיְפָא *Adulter:* וְעֵינָא דְנָיְפָא Et oculus adulteri, Jobi 24.15. *Fœmininum,* נָיְפְתָא Adultera, Levit. 20.10.

ניופא *Idem: Plur. constr.* וְעִם ניופי Et cum adulteris, Psal.50.18.

מְגוּפָה *Operculum, à Claudendo sic dictum. Constr.* מגופת שיע Operculum luti, id est, luteum, Num. 19.15. Jonath. מְגוּפְתָא in forma emphatica. ולא במגופת החבית Neque in operculo vasis, Seder tahar. fol.154.2. *Plur. cum Aff.* תחות מְגוּפְתְהוֹן Sub operculis suis, Joël.1.17. Hebr. מְגְרְפוֹתֵיהֶם Glebis suis, Talm. מגופה של חבית Operculum dolii.

נוץ *Abbreviari, Decurtari, Abscindi. Talmudici activè utuntur pro Mordere, Rodere, Arrodere, ut ubi de muribus dicunt:* אֲפִילוּ גְלִימֵי נָיְצֵי Etiam vestes arrodunt, אֲפִילוּ שׁוּפְתָא מְרָא נָיְצֵי Etiam clavum trabis mordent, in Horajoth fol.13. Glossa, נושכין Mordent.

נוץ *Brevis, Curtus:* נוץ יָמִין Brevis diebus, Heb. קְצַר Jobi 14.1. כי מאריך גייזין ליה כי נוץ מתחין ליה Cùm longior esset (lectus), decurtabant (hospitem scil. Sanh. fol.109.2. De Sodomitis sermo. *Fœmin.* הוא אָרוּךְ וְהִיא נוֹצָא Ipse est procerus, ipsa brevis staturæ, in Jebham. cap.12. in fine. *Sic in communi apud ipsos proverbio,* אִתְּתָךְ נוֹצָא גחין וְתִלְחוֹשׁ לָהּ *Uxor tua si brevis staturæ fuerit, incurva te & mussita* (sive submissè loquere) *cũ ea,* Bava metzia fol.59.1. Quo monuerunt maritum, ut infirmitati uxoris se accommodet, ejusque defectus patienter ferat. Idem docuit Apostolus his verbis: *Viri similiter unà versentur, ut scientes decet, vasi muliebri ut infirmiori tribuentes honorem,* 1.Petr.3.7.

נוצין *Scintillæ,* Jobi 41.10. Aruch legit ניצין.

נָץ Talm. *Scintilla:* נץ היוצא מתחת הפטיש Scintilla exiens de subtus malleo, in Schebh. fol.21.2. & in Bava basra fol.26.1. & fol.62.2.

נור Primò, *Peregrinari, Peregrinum, Advenam esse, Diversari, Commorari, Degere, Habitare in loco peregrino, Hebr. Huic Chaldæis & Rabbinis Verbum in Pahel & Ithpahel usitatissimum. Ithpahel,* דְאִתְגַּיַּר Qui peregrinatur, Numer.15.15. *Futur.* גִּיּוֹרָא דְיִתְגַּיַּר עִמְּכוֹן Peregrinus qui peregri-

 natur,

natur, vel tamquam peregrinus commoratur vobiscum, Levit. 19.34. *Talmudici & Rabbini usurparunt etiam de illis, qui tam ex Gentilismo quàm Christianismo transiverunt ad Judaismum, pro, Proselytus fieri: & sic in Targum quoq; frequenter occurrit.* Partic. וּסְרְבָנַיָא דִּי מִתְגַּיְרִין וְתָיְבִין בִּתְתוּבָא Rebelles qui proselyti fiunt & pœnitentiam agunt, Psal. 68.19. *Infinit.* לְאִתְגַּיָּרָא Ut proselyti fiant, v.32. אֲתֵי לְוָתָךְ לְאִתְגַּיָּרָא Venio ad te ut proselytus fiam, Exod.18.6. in Jon. Sic, הָאִיבָא אֲנָא לְאִתְגַּיָּרָא Ruth. 1.16. vide & Ruth.2.11.12. גֵּר שֶׁבָּא לְהִתְגַּיֵּיר Peregrinus qui venit ut proselytus fiat, id est, ut Legem Mosis & Relligionem Judaicam amplectatur; הִיא בָּעְיָא *Proselytus, qui se Judaismo addicit:* מִתְגַּיֵּר לְאִיגַּיּוּרֵי Ipsa cupiebat proselyta fieri, Sanh. f 9.9. *Pahel,* גַּיֵּר *Proselytum fecit, in Judaismum suscepit:* מְגַיֵּר Proselytum efficiens. Hæc scribũtur communiter per duplex Joth מגייר: *In Targum Præt. cum Aff.* וְגַיְּרַהּ Et fecit eam proselytam, Gen.38.2. in Jon.

Secundò גור est *Adulterare, Mœchari: unde Partic.* מָאן דְּגָיֵיר בְּאִתְּתָא Is qui mœchatur cum uxore, Prov.6.32. *Infin.* לְמִגּוֹר עִמָּהּ Ad fornicandum cũ ipsa, Prov.6.29. *Ex Pahel,* לָא תְגַיֵּיר Non adulterabis, Jobi 36.20.

גֵּר *Peregrinus Advena, Adventitius:* כל המטה דינו של גר כאילו מטה דינו של מעלה *Quicunque pervertit judicium peregrini, est ac si perverteret judicium Dei,* Chagiga fol.5.1. *Proselytus, qui ex Gentilismo vel Christianismo ad Judaismum accedit.* Hoc certis ceremoniis & ritibus fiebat: Quemadmodum Israëlitæ tribus rebus in fœdus Dei ingrediuntur, במילה וטבילה וקרבן Circumcisione videlicet, Baptismo, & Sacrificio: ita omnes illi qui extra Rempublicam Israëlis nati, ejus cives olim fieri desiderabant, opus habebãt his tribus symbolis: Fœminis tamen, à primo, circumcisione sc. naturę privilegio exemptis. Sacrificium proselyti olim erat Holocaustum jumenti, aut duo Turtures, aut duo Pulli columbarum in holocaustum. Hodiè verò, cùm sacrificia omnia cessarunt, requiritur tantùm Baptismus & Circumcisio, donec (ut Judæi somniant) sanctuarium iterum reædificetur. Atque hæc duo ita necessaria sunt, ut is qui alterutrum negligeret, non haberetur pro proselyto. Baptismus perficitur in præsentia trium testium: & cùm ad id requiratur Domus judicii, neque Sabbatho, neque die Festo, neque Noctu quis baptizari solet. Proselyto minorenni conferunt Baptismum ex decreto Domus judicii, hoc est, Senatus. Mulier gravida proselyta facta, nõ necesse habet filium suum baptizare. Nemo privatim hoc in negotio potest baptizari, sine testibus. Antequam

verò alicui Circumcisio vel Baptismus conferatur, examinandus probè est, & explorandus, utrum spe lucri, aut honoris, vel metu compulsus id faciat. Et siquidem vir fuerit, an amore virginis alicujus Israëlitidis fortè illectus: si fœmina, num amore juvenis Israëlitici capta, Relligionem Judaicã amplecti velit? Si hîc tale quid animadvertant, neminem recipiunt; שכל החוזר מן הכותים בשביל דבר מהבלי העולם אינו מגירי צדק *Quicunque enim ob vanitatem aliquam mundanam se convertit, is non est ex Proselytis justitiæ.* Quòd si verò nulla talis causa subesse deprehendatur, ulterius pergunt, & ei ob oculos ponunt gravitatem præceptorum Legis, & molestiam quæ in illorum observatione inest; quin etiam in memoriam ipsi revocant Persecutiones & tribulationes quibus hoc tempore Judæi sunt expositi. Quòd si hisce quoq; non absterreatur, recipiunt ipsum, & instruunt eum de præcipuis articulis Relligionis Judaicæ, ut de Unitate Dei, & de Prohibitione Idololatriæ, idque prolixè & multis verbis. Posthæc exponunt illi Præcepta tam levia quàm gravia, sed non ita prolixè: Pœnas item quæ transgressoribus, & Præmia, quæ pręcepta illa observantibus sunt proposita. Caussas etiam, ob quas Judęi affliguntur, & similia. Post hæc omnia si constans maneat in proposito, sine longiori morâ eum recipiunt, & è vestigio Circumcidunt. Circumcisione peractâ, sanguine circumcisionis eum conspergunt, & exspectare jubent, donec planè sit curatus. Ubi curatus est, baptizatur, & ipso stante in aqua, tres à latere denuò ipsi recensent Præcepta Legis tàm gravia quàm levia. Si mulier sit, mulieres eam in aquam demergunt usque ad collum, judices verò foris stant, & proponunt ipsi Præcepta singula, dum in aquâ commoratur. Postea in cõnspectu mulierum illarũ se immergit: illę autem aversâ facie egrediuntur, ne eam ex aqua egredientem conspiciant. His Ceremoniis hodierno tempore recipi proselytos justitię scribit Majemon, de quo dubitat Drusius de sectis fol.102. *Porrò Proselyti sunt duplices:* Alii enim vocantur גֵּרֵי צֶדֶק *Proselyti justitiæ:* Alii, גרי תוֹשָׁב *Proselyti inquilini. Proselyti Justitiæ* sunt, qui non rerum externarum, sed solius Relligionis causâ, & gloriæ Dei studio, Relligionem Judaicam amplectuntur, & totam Legem Mosis dicto modo recipiunt Hi natis Judæis habentur æquales. R. Levi Exod. 24. vocat talem quoque גֵּר בֶּן־בְּרִית *Proselytum filium fœderis, Confœderatum.* Et Levit.16.29. scribit, Non recipimus aliquem pro Proselyto justitiæ, nisi recipiat totam Legem. In Avoda Sarah cap. 4. vocantur etiam גרים גרורים *Proselyti*

[illegible], à seipsis moti ad Judaismum suscipiendum. גר תושב *Proselytus inquilinus*, vel incola est, qui neque circumciditur, neque baptizatur, sed [illegible] tantùm quasdam Leges, de non colenda sc. Idololatria, & septem præcepta filiis Noæ data observat, ut à Majemone describitur. Tales recipiebant quoque Judæi, ac dicebant [illegible] מחסידי אומות העולם *ex Piis gentibus mundi*. Vocatur גר תושב quia permissum nobis est [illegible] להושיב, h.e. habitationem in terra Israelis et inter nos concedere, scribit Majemon. Et olim quidem recipiebantur tales, tempore anni Jubilæi. Hodiè verò neminem recipiunt, qui non totam Legem ad minimum usque apicem admittit. De his disputant in libro Siphre, An potuerint olim in Urbe ipsa cum Judæis habitare? Ac sunt qui negant, eò quod Deut.23.16. dicitur, עמך ישב *Tecum habitabit*, non, *In urbe ipsa*. Porrò septem præcepta data filiis Noæ sunt: 1. דינין de Judiciis, 2. ברכת השם de Benedictione Dei. 3. עבודה זרה de Idololatria fugienda, 4. גלוי עריות de Scortatione, 5. שפיכות דמים de Effusione sanguinis, 6. גזל de Rapina, 7. אבר מן החי De membro de animali vivo, sc. non tollendo. Leguntur in Tractatu Talmudico Sanhedrin, folio 56.1. in Majem. in Hilchos Melachim cap.9. & apud R. Bechai fol.12.2. ubi subtiliter singula probat ex Gen.2.16.17. Obiter hîc notetur error in Lexico Schindleri, in Radice גור, qui scribit, hæc præcepta imposita fuisse proselytis, qui Legem recipere, & circumcidi *volebant*. Contrarium verum est, de iis, qui *nolebant* circumcidi. In Hilchoth Sanhed. scribit Majem. cap.2. sect.9. Proselytum, cujus mater non sit Judæa, non posse adoptari in numerum Senatorum. R. D. Kimchi in Libro שרשים in Rad. גור scribit: Omnis גר Ger, de quo meminit Scriptura, quòd גר commoratus fuerit in terra Israëlis, est is qui recipit in se, quòd non velit colere Idola (h.e. גר תושב): Est autem alius, qui planè & perfectè fit Judæus, ille sc. cujus Lex in præceptis meminit, quando ea לגרים quoque observanda præcipit. Hicq; est גר צדק Proselytus justitiæ. In Massechet Avoda Sarah folio 64. col. 2. legitur, Quisnam est גר תושב? Quicunq; coram tribus Rabbinis recipit, se nolle Idololatriam colere, ex sententia R. Meir. At sapientes nostri ajunt, Quicunque recipit septem præcepta filiorum Noæ. Alii dicunt, *Ger toschabh* Proselytus inquilinus est, qui comedit de cadavere (quod prohibitum Lev.22.8.) qui suscepit omnia præcepta Mosaica observanda, isto excepto, &c. Hinc scribit R. Salomon Deut.24.14. מגרך De advena tuo: *זה גר צדק* Hoc dicitur de proselyto justitiæ: בשעריך In portis tuis, זה גר תושב אוכל נבלות Iste est proselytus inquilinus, qui comedit morticinia. R. Bechai in Cad hakkemach f.18. col.4. גוי שקבל עליו שלא לעבוד ע״ז ועדיין אוכל נבלות ובא וגר בשערי עירנו הוא הנקרא גר תושב ונקרא גר שער וכו׳ Christianus qui recepit in se, quòd non velit amplius exercere idololatriam, sed adhuc comedit morticinia, ac venit ut commoretur in portis urbium nostrarum, is est qui vocatur *Ger toschabh*, hoc est, Proselytus inquilinus, & *Ger schaar* Proselytus portæ, cui jubemur ea dare Deut.14.21. לגר *Peregrino qui est in portis tuis dabis illud*, &c. Huc respexit Onkelos qui ita transfert; לתותב ערל Inquilino præputiato qui est in medio tui dabis illud, &c. & Jonath. לגיור ערל Peregrino, proselyto incircumciso, &c. Iterū in Mass. Avoda Sarah fol.65. Dicit Rabbi Bar bar Channa, dicit R. Jochanan: *Ger toschabb* Proselytus inquilinus super quem transiverunt duodecim menses, (hoc est, qui per duodecim menses talis est) & non circumciditur, הרי הוא כמין שבאומות, ecce is est sicut hæreticus inter Gentiles. In Sanhed. fol.96.2. נעמן גר תושב היה נבוזר אדן גר צדק Tradiderunt Rabbini nostri, Naaman fuit proselytus inquilinus, Nebusaradan proselytus justitiæ. Glossa, גר תושב Proselytus inquilinus est, qui non recipit in se cætera præcepta, sed duntaxat præceptum de non colenda idololatria. *Porrò de Proselytis communi proverbio dicunt*, קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת hoc est, *Duri sunt Proselyti Israëlitis sicut plaga lepræ, vel* כספחת *sicut abscessus, apostema*, in Jebhammoth cap.4. & alibi; Ratio, שרובן חוזרין בשביל דבר קל ומטעין את ישראל Quia pleriq; ipsorum resiliunt propter levem aliquam causam, & seducunt Israëlem: Difficile quoque est se ab ipsis separare, posteaquam proselyti facti sunt. Causa fuerunt confecti vituli aurei, plagæ item illius, quæ ob desiderium carnium Israëlitis inflicta fuit, Num.11. Majem. par.2. f.136.2. Præterea, ut in Cad hakkemach additur fol.18.c.4. Quicunq; Israëlitis se associant, valdè damnosi sunt illis, propterea quòd sunt מטפה פסולה ex gutta (seminis) sordida & prophana, radix proferens fel & absynthium, Deuteron.29.18. Nam nihil quicquam boni ab illis redit, quin & liberi ab illis prodeuntes plerumque sunt pessimi. Nam ex Maacha, quam Judæam fecit David, prodiit Absalom, qui studuit interficere patrem suum, & publicè cum uxoribus ejus fornicatus est. Ideoque qui venit ut fiat proselytus examinetur, &c. Et paulò post fol.19.1. scribit; Quòd verò dicunt, קשים גרים Duri sunt proselyti, &c. id non dicitur לגנאי הגרים in vituperium proselytorum,

lytorum, sed לגנאי ישראל in vituperium Israeli-
tarum, q. d. Posteaquam Deus Sanctus & Bene-
dictus videt cogitationes eorum, quòd fami-
liam & patriam suam reliquerint, ac venerint ut
Divinæ Majestati se adjungant, ecce hoc ipso,
condemnant Israëlitas, quando ipsi Deum ne-
gligunt. Et in Medrasch legitur; Dixit Resch
Lakisch; Majores sunt proselyti hoc tempore,
quàm Israëlitæ cùm starent in monte Sinai:
quia ipsi viderunt tonitrua, faces, & sonum buc-
cinæ: illi autem nihil horum viderunt, &c. Sa-
tis de proselytis hoc loco. Vide Majemonem
in Hilchos Issure biah cap.13. & 14. R. Bechai in
Cad hakkemach in littera ג, in גר.

גיורא גיור *Idem*: וְגִיּוֹר Et peregrinum, Jer.22.3. וְגִיּוֹרָא לָא תוֹנוּן Et peregrinum non opprimetis; Exo.22.20. בְּגִיּוֹרָא וּבְיַצִּיבָא De peregrino, & de indigena, Exod.12.19. כְּגִיּוֹרָא כְּיַצִּיבָא Sicut peregrinus, sic indigena, Lev.24.22. *Cum Aff.* או מִגִּיּוֹרָךְ Aut de peregrino tuo, Deut.24.14. וּבֵין גִּיּוֹרֵיהּ Et inter peregrinum ejus, Deut.1.16. *Plur. emphat.* וּמִן גִּיּוֹרַיָּא דִּי יִתְגַּיְּרוּן בֵּינֵיכוֹן Et de peregrinis qui commorantur inter vos, Levit.17.13. *Apud Talmudicos*, גִּיּוֹרָא עַד עֲשָׂרָה דָּרֵי לָא תְּבַזֶּה אֲרַמָּאֵי קַמֵּיהּ *Præ peregrino ne contemnas Syrum, in decimam usq; generationem*, Sanh. fol.94.1. *Proverbium priscum*, à Jethronis, soceri Mosis, pietate traductum, Exod.18.v.9.10. Jethro vocatur Syrus, quia Midjan, in qua terra habitabat, Syriæ vicina, aut sub ea comprehensa fuit. Is peregrinus generum in deserto salutavit, & ab eo beneficia Dei intelligens, Deum laudavit, & ut quidam volunt, Judæus factus fuit, assumtâ circumcisione. Citat R. Salom. Exod.18.v.9. *Fœminin.* גִּיּוֹרְתָּא · גיורת *Peregrina, Proselyta. Deinde* גִּיּוֹר *est Adulter, ex altera hujus verbi significatione:* גִּיּוֹרָא וְגִיּוֹרְתָּא Adulter & Adultera, Lev.20.10. in Jon. *Plur.* לָא תְהוֹון גִּיּוֹרִין Non eritis adulteri, Exod. 20.14. in T. Jon.

גַּיָּרָא גַּיָּר *Adulter. Fœm.* גַּיַּרְתָּא *Adultera*, Pro.30. v.20.

מְגִירָא מְגִיר *Cohabitator, Vicinus, Habitans juxta aliquem. Sic respondet Hebræo* שָׁכֵן, ut; מְגִיר וְקָרִיבֵיהּ Vicinus & proximus ejus, Jerem. 6. 21. *Cum Aff.* פְּלָן מְגִירַן Iste vicinus noster. *Plural. emph.* עַל כָּל מְגִירַיָּא בִּישַׁיָּא Contra omnes vicinos malos, Jerem. 12.14. ubi Regia perperam habent מְגִירַיָּא, quæ forma in hac derivatione aliena est. *Cum Aff.* וּלְכָל מְגִירוֹהִי Et ad omnes vicinos ejus, Deut.1.7. ubi Regia מְגִירוֹהִי quasi à נְגַר, sed huc pertinet. *Apud Rabbinos* משל הדיוט *proverbium vulgare:* לא כמא דאמרת אמך אלא כמא דאמרין מגרייא *Non quemadmodum dicit mater tua, sed quemadmodum dicunt vicini tui*, in Medrasch Tehill. Psal.48. vel, ut in

Jalkut legitur, לא כשאת אמרת כו' *Non quemadmodum tu dicis*, &c. Significat, Laudem vel propriam, vel ab amicis parentibúsve profectam sordere, & inanem esse. Eam autem veram esse, quæ à vicinis & extraneis proficiscitur. Salom. Prov.27.2. *Laudet te alienus, non os tuum: extraneus, non tua labia.* Vide & Kimchium Psal.48. *Fœmin.* אִלּוּ יָדְעַת רְאָמְרָן מְגִירָתָךְ עַל בְּרַתָךְ Si scires quidnam vicinæ tuæ dicant de filia tua, Nedar. folio 21.2.

מגורה *Granarium, Horreum:* מי שהיו פירותיו במגורה Cujus fructus sunt in horreo: *Item Receptaculum:* מגורת מים Receptaculum aquarum, Aquarium, in Bava bathra cap.4. in Mischna: *Plur.* מגורות של תיבה Cellulæ, Receptacula arcæ, Glossa אוצרות loca occulta, Heimliche ghalt/ Germ. Kelim cap.19. האגוזים משיעשו מגורה Nuces (decimantur scilicet) ex quo faciunt habitaculum, in Maasroth cap.1. h.e. ex quo incipit cortex exterior ab ipsa nuce cum interiori cortice separari, ita ut nux in exteriori cortice, veluti in habitaculo vel conclavi sit collocata.

Tertiò, גוריא גור *Catulus, ut Hebraicè:* לְגוּר בַּר אַרְיָוָן Catulo filio leonum, Genes.49.9. *Fœmin.* גוּרִיתָא Catula fœmina, de cane fœmina. *Apud Talmudicos*, נבח בך כלבא עול נבך בך גורייתא פוק *Si te allatrat canis masculus, ingredere; si fœmella, exi. Proverbialiter dictum*, in Erubh. fol.86.1. דמיטללא בגורייתא קיסנייתא Qui ludit cum catulis parvis, teneris, Kethubh. fol. 61. 2. In Vajikra rabba, sect.19. Posteaquam occidisset Nebucadnezar Jehojakimum, regem constituit Jechonjam filium ipsius, in ejus locum. Et cùm descendisset in Babyloniam, egressi sunt Babylonii ad gratulandum ei, dicentes, Quid expedivisti? Dixit, Jehojakim rebellavit contra me, proinde interfeci eum, & in locum ipsius suffeci Jechonjam filium ejus. Dixerunt ei: מַתְלָא אָמַר גור טוב מִכֶּלֶב בִּישׁ לא תַרְבִּי גור בִּישׁ מִכֶּלֶב בִּישׁ עַל אַחַת כַּמָּה וְכַמָּה Proverbium dicit, *Catulum bonum ex cane malo nunquam educato, multò minus catulum malum ex cane malo.* Simile illi, מִכַּלְבָּא בִּישָׁא גוּרָא טָבָא לָא נָפִיק *Ex cane malo catulus bonus non nascitur*, in Seder olam cap.25.

גוש גושא *Strigmentum, Ramentum, Pulvis, Gleba, Massa instar glebæ:* גוּשׁ עָפָר Ramentum pulveris, Jobi 7.5. in Hebræo: גוש שֶׁל זֵתִים Massa olearum contusarum, Tahor. cap.3. גוש מֵאֶרֶץ טהורה Gleba terræ mundæ, Tahoros cap.5. גְּזַר אַגּוּשָׁא Decretus ad pulverem, id est, condemnatus ad ignem, ut comburatur in pulverem, Schab. folio 15.2. Sic ibidem dicunt, גזר אאוירא Adjudicatus aëri, hoc est suspendio. *Plur.* עֲשָׂאַן גּוּשִׁין גּוּשִׁין Redegit nos in glebas, pulverem.

התגושש

... n proprium regionis : חקרא ... Gusch-chalabh, Erchin cap. ult. ... Mischna.

... Luctari in pulvere, juxta illud Virgi... untur arma : אתליטים היו עומדים ומתגוששים ... Athletæ stabant, & luctabantur corā Rege, Ber. rab. sect. 22. עומד ומתגושש ... Stabat & luctabatur cum filio ejus, ibid. ... נתגוששת עם העליונין ויכולת להם Luctatus ... m superis & prævaluisti illis. Ber. rab. sect. 78.

גז גז *Avis nomen*, in Cholin fol. 42.1. ubi scribitur per Samech in fine, sed in Comment. notatur, per ז scribendum, quomodo & in quadam precatione usurpatum legitur. Author Aruch *Noctuam*; alii *Falconem* explicant.

דוּקִינָר *Dominus, Princeps*. In Talm.Hierosol. [illegible] cap.1. חד דוקינר אוקיר לר׳ יודן נשיא חד דסקוס מלא דינרין Quidam princeps honoravit, id est, remuneravit R. Judam principem arcâ plenâ nummis, Glossa, שלטון. *Videtur esse Latinum* Ducenarius, *quomodo olim vocabatur, qui duas militum centurias, id est, ducentos homines ducebat*, ut est apud Veget. lib.2. cap.8. *Deinde certus erat ordo Judicum olim, qui* Ducenarii *vocabantur*. Hinc ait Suetonius in Augusto cap.32. *Ad tres judicum decurias quartam addixit ex inferiore censu, quæ Ducenariorum vocaretur, judicaretq́ de levioribus summis.*

דְקַק *Attenuari, Contundi, Comminui, Conteri*: דָקוּ כַּחֲדָה Comminuta sunt pariter, Dan. 2.35. *Aphel*, וְאַדְקֵהּ לַעֲפַר Comminuit illud in pulverem, 2.Reg.23.15. *Futur*. וְתִשְׁחוּק מִנֵּיהּ וְתַדִּיק Et contundes ex eo comminuesq;, Exod.30.36. *Ex hac forma, sed significatione ex* דוק *est*, אַדְקִית Prospexi, Proverb.7.6. *Pahel*, דַּקֵק *Comminuere*: unde *Particip. Præter*. דִמְדַקַּק Quod comminutum est, Jesa.30.14. *Et ex forma geminatâ*, מְדַקְדֵק יָתִי Comminuit me, Jobi 9.17. *Ithpahel, Futur*. יִדַּקְּקוּן לְאַרְעָא Comminuentur in terra, Jesa.21.9. יִדַּקְּקוּן בְּקוֹלְרִין Comminuentur catenis, Nah.3. 10. Sic videtur legendum Mich.1.7. וְכָל צַלְמָנַהָא יִדַּקְּקוּן Et omnia idola ejus comminunentur, pro יִדְקְרוּן.

Apud Rabbinos דִּקְדֵּק *usitatissimum est pro Considerare, Disquirere, Excutere, Discutere minutim & subtiliter, accuratè disserere, disputare, accuratè explicare, observare.*

דַק *Tenue, Minutum, Parvum, Gracile. Apud Talmudicos*, עוף הדק Volatile parvum, Volatilia minora, ut sunt Passeres, columbæ: cōtrarium ejus, עוף הגס Volatile majus, ut Anseres, Gallinæ, Cholin cap.3. in Mischna: חול דק Arena subtilis. *Plural*. דַקִּין *Tenuia. Synecdochicè apud Rabbinos* דַקִּין *significat, Intestina tenuia & gracilia*: ניקבו הדקין Si perforata sint intestina tenuia, Cholin cap.3. in Mischna: חלב על הדקין Adeps qui est super intestinis gracilibus, Cholin fol. 93.1. *Huc referendum ex Targū Jonathanis*, שׁוּמְנֵיהּ כָּל קְבֵל דַּקְקָא יַעְדֵּי יָתֵיהּ Pinguedinem ejus è regione intestini gracilis auferet, Hebr. לְעֻמַּת הֶעָצֶה E regione spinæ dorsi, Levit.3.9. *Fœmininum*, דַּקָּה *Tenuis, Minuta*: מדה דקה Mensura parva: מדה גסה Mensura magna, Demai cap.2.

דַּקָּה *Minutum*, apud Astronomos.

דוק · דוּקָא · דוּקְא *Minutum, Gracile, ut Palea, Stipula*: מַפְרִישׁ יַת עִיבוּרָא וּמַפְרַח יַת דוּקָא Separat frumentum & avolare facit paleam, Jesa.28.28. הָא נַגְוָתָא כְּדוּקָא דְפָרַח Ecce insulæ sicut palea quæ avolat, Hebr. כַּדָּק, Jesa.40.15.

דוּקָא *Panniculus vel Pellicula tenuis oculo adnata*. In Targ. אוֹ דַק Aut panniculus (in oculo sc.) Hebr. דַק, Levit.21.20. *Hinc apud Talmudicos* in Bechor. cap.6. ubi oculorum vitia recensentur, quæ primogenitum reddunt illegitimum, dicitur quoq; הרי בעיניו דק In cujus oculis est panniculus. Bartenora exponit vernaculè טילא Tela: Majemon, רושם Macula. Sic in Avoda sara fol. 5.2. הדוקין שבעין Panniculi qui sunt in oculo.

דַּקּוּת *Tenuitas, Subtilitas, Gracilitas*: בְּדַקּוּת *Subtiliter*.

דַקִּיק דְקִיק *Tenue, Minutum*: כְּאָבָק דַקִּיק Sicut pulvis tenuis, Jesa. 29. 5. עַד דַהֲוָה דַקִּיק Donec comminutus fuit, Exod.32.20. *Plur*. בּוּסְמִין דַּקִּיקִין Aromata minuta, Levit.16.12. *Fœmininum*, בְּקִרְוֵי דַקִּיקָתָא In urbibus parvis, Esth.9.19. in secundo Targum. Elias legit דְקִיקוּתָא, perperam, ut apparet.

דִּקּוּק *Comminutio*: בְּדִקּוּקֵיהּ In comminutione ejus, Jesa.30.14.

דַּקְדַּק *Parvus*: מִדַּקְדְּקֵיהוֹן וְעַד סָבֵיהוֹן A' parvulis, usque ad senes eorum. Citat Aruch ex Targ. Hierosl. Gen.19.11. sed hodie non reperitur.

דִּקְדּוּק *Subtilitas, Subtilis consideratio, inquisitio, disputatio, dissertatio*: דקדוקי תורה ודקדוקי סופרים Subtilitates Legis, & subtilitates scribarū, Succa fol.28.1. *Hinc* דִּקְדּוּק *est Grammatica, quasi subtilis discussio sermonis, & accurata acutaq́ ejus per legitima præcepta explicatio: aut quòd Linguam Minutim per singulas partes, ejusq́ rudimenta minutula doceat*, ut tradit Junius 1. ad Cor. 6.1. *In Targum*, מְרַבְיָן דִּקְדּוּקִין Germinant sive proferūt subtilitates, subtiles sensus, Cantic.5.13.

מְדַקְדֵּק *Grammaticus*. Unde Elias Levita postremus Hebræorum Grammaticus, vocatur *Elias hammedakdek*, quòd ejus scripta omnia agant de re Grammatica.

דְקַר *Transfigere, Transfodere, Pungere, Hebraicè. Hinc in Targum*, וְכָל צַלְמָנַהָא יִדְקְרוּן Et omnia sculptilia ejus transfigentur, Heb. יֻכַּתּוּ Conterentur, Mich.1.7. Meliùs videtur יִדַּקְּקוּן, ut editio Pratensis habet.

דְּקַר *Clavus, Palus, Paxillus, Virga aut bacillus acutus, cui aliquid Infigitur, vel, quo Transfigitur aliquid*: דקר נעוץ Palus infixus: יחפור בדקר Fodiat paxillo, Betza ab initio: Kelim cap.14. Item *Ligo, à fodiendo dictus*, Scheviith cap.5.

רוקרן *Idem. Pluraliter*, רוקרנין *Rami, Virgæ, Arbuſta luxurioſa ad radices arborum excreſcentia*, Succa fol.13.1. In Aruch & pro *Furcula* exponitur, quomodo Græcum δίκραν@ ipſi convenit. Citat Baal Aruch etiam ex Menachoth fol. 96. Sed ibi in noſtris exemplaribus nunc non extat. *Deinde adducit etiam* ex Bereſch. rabba ſectio. 21. רוקרנין pro *Radii, Splendores*, ut idem ſit quod קרנין. Sed nec hoc reperio.

רקור *Idem*, Kelim cap.14. *Hinc*, רקוריא של צפרין Virgæ avium, id eſt, certus numerus avium, vimine aut bacillo acuto, per caput ipſarum fixo, collectarum, quomodo venum deferri ſolent, Cholin fol. 4. 1. Sic eodem ſenſu alibi dicunt, מחרוזות של דגים Vimina piſcium; id eſt, piſces certo numero in vimen collecti. Hinc eſt quod in his partibus dicunt, Ein ſpiſslin Lerche/ hoc eſt, Veru alaudarum, ſex alaudæ, bacillo vel veru infixæ. Sic intelligendum, quod Guido *Veru*, & Munſterus *Congregationem avium* interpretatur. In Additionibus ad Gemaram explicatur *Corbis*, quaſi idem quod ריקולא · ר & ל permutatis, ut in ſeq.

רקורין *Vaſa, Cadi:* כרקורי דהרפניא Sicut cadi Harpaniæ, Cholin fol. 127.1. Idem in Bava mezia fol. 84. 1. & exponitur סלים Corbes.

מי רקרין Vide in רקל.

רקירה *Foſsio, Perfoſsio, Punctura:* ידקרוהו רקירות רבות Perfodient ipſum puncturis multis.

רקירא Nomen proprium loci altiſsimi ad Euphratem, Kidduſch. fol. 72.1. Baſra fol. 24.1. Baal Aruch exponit קריאת הנהר Clamorem, hoc eſt, ſonitum, ſtrepitum fluminis.

ריקרטום *Directus, Erectus.* In Bereſchit rabba ſect. 19. ad Gen. 3.1. Pro magnificentia ſerpentis erat lapſus ejus: ערום מכל ארור מכל Callidus præ omnibus, maledictus præ omnibus. R. Oſchaja dixit, ריקרטום היה Erectus fuit, ſtans inſtar calami, & pedes fuerunt ipſi. Sic in Aruch. In Jalkut per Samech ſcribitur: ריקרסום היה עומד בקומה Erectus fuit, ſtans in ſtatura, &c. Gloſſa, ראשו זקוף. Ita communiter exponunt.

ריקוריון *Decurio:* שרץ ריקוריון א׳ אחר בן ישראל בסוס Quòd curreret decurio quidam poſt Iſraelitam cum equo, Jalkut in Leg. fol. 308. col. 2. Gloſſa, ראש החילות.

* דורא דָרָא דָר Vide in דור.

דרא דרי דָרָה *Spargere, Diſpergere, Ventilare, ab Hebræo* זָרָה. *Participium*, בְּמָא דָרְיָן בְּמַדְרְיָא Sicut ventilant ventilabris, Jer. 15.7. וְדָרֵי עַל אַנְפֵּי מַיָּא Et ſpargit ſuper faciem aquarum, Exod. 32.20. Onkelos וְזָרָא, per ז ex forma Hebraica. *Participium Paſsiv.* דדרי בריחתא ובמדריא Quod ventilatum eſt palâ & ventilabro, Jeſa. 30. v. 24. Pravè hoc in Aruch ſcribitur מדרה in litera מ. *Infinitum*, לָא לְמִדְרֵי וְלָא לְבָרָרָא Non ad ventilandum, neque ad diſpergendum, Jer. 4.11. *Futurum*; וְיָתְכוֹן אֶדְרֵי בֵּינֵי עַמְמַיָּא Vos autem diſpergam inter populos, Levit. 26.33. in Jonathane. תִּדְרִנּוּן Ventilabis eos, Jeſa. 41.16. *Talmud.* אֱדוּשׁ וְאֶדְרֵי Triturabo & ventilabo, Metzia f. 105.1.

Secundò eſt *Ferre, Portare, apud Talmudicos:* ut, אי רגילת במתך דרי Si aſſuetus es ferre in urbem tuam, ferto, Megilla fol. 28.1. דָרֵי מִידִי Qui portat aliquid, Schab. fol. 66.2. דְרוּ חֲבִיתָא דְחַמְרָא Portarunt vas vini, Cholin fol. 105.2. *Infinitum*, לידריה Ad portandum illum, Schabbas fol. 66.2. דָרֵי צִיבֵי וּמָרָא Portans ligna & ligonem, Taan. fol. 23.1. וקא דרינא טונא Et portabam onus, Megilla fol. 18.1. דהורת דרא ליה Qui fuit ferens eam, Avoda ſara fol. 44.1.

Tertiò דרי *Exſilire, Aſsilire, Accurrere:* ההוא אתרוגא דנפל בחביתא אידרי גוי ושקלי Pomum citrium incidit in vas, (vino plenum) aſsiliit ſive accurrit homo gentilis quidam, & accepit illud, ſuſtulit de vino, ע״ז fol. 59.2. Aruch ponit hoc in אדר, ſed in Gemara ſcribitur ut hic poſitum eſt.

בי דרי *Horreum*, Taan. folio 3. col. 2. Idem quod אדרא.

מַדְרְיָא *Ventilabrum, ut paulò antè ad Verbum*; Heb. מִזְרֶה. Plurale vide ibidem.

דורא *Onus*, ut ſuprà in Verbo דְלָא.

דָרָא *Virens, Recens:* אַסָא דָרָא Myrtus virens, Peſach. fol. 56.1. Gloſſa, לח Humens, Gittin fol. 68.2. In Aruch in דר tertio legitur דריא, quod Syris eſt *Fluere*, unde & דריא Fluenta, Prov. 5.15. Sic דָרֵי Fluens, id eſt, Humidum.

דְרָארָה *Furfur:* פת הדראה Panis furfuraceus, Schabbas fol. 117.2. Oppoſitum ejus פת נקיה Panis purus, triticeus.

דרב דָרְבָן *Stimulus, quorum uſus ad boves agendos. Propriè eſt Aculeus ferreus ſtimulo inditus:* Dicitur autem דרבן ſic, שמורה בינה לפרה quòd doceat intelligentiam vaccam, ut eſt in Vajikra rabba ſect. 29. Pro hoc in Aruch, in מלמד, legitur, שמדיר בינו לפרה. *Apud Talmudicos*, מלמד שבלע את הדרבן Stimulus qui deglutit aculeum, Kelim cap.9. Majemon & Bartenora notant, מלמד eſſe propriè Lignum ſeu Fuſtem, cui aculeus ferreus infixus eſt: דרבן autē, Aculeum ferreum. *Metaphoricè eſt, Gubernator, Præſes, Præfectus, Moderator, Magnas:* מִתְקוֹף אֶדְרָע דוּרְבְנַיָא Propter fortitudinem brachii moderatorum, Jobi 35.9. in Venetis: בטול דָרְבָנֵי מִתְרַבְרְבִין Propter (me) magnates magnificant ſe, vel, magnificè imperant, Prov. 8.16. in Regiis, ubi Veneta valdè corrupta: וּפָרַע עַל דוּרְבָנֵי דְעָבְרִין גֵיוְתָנוּתָא Et

[illegible] magnatibus qui operantur superbiam, Psal.31.24. Interpres Latinus, *Elatis*: ויעדון דורבני Et recedent præfecti, magnates, Hebr. נָגִיד Jobi 34.20.

דרגון Vide infrà in דרכון, in דרך.

דַּרְבְּנִין *Custodes, Observatores januarum & atriorum*: אַשְׁכַּח דַּרְבָּנֵי מִגַּוַּאי וְדַרְבָּנֵי מִבַּרָּאי Invenit custodes intrinsecùs & custodes extrinsecùs: hi, si paterentur aliquem introire, occidebantur; illi autem, si quem emitterent. Ut fidelitas aut fraus meliùs cognosceretur, spargebant furfures, farinam aut pulverem ante januas, quò vestigia euntium apparerent. Quidam astutus accedens, eundem pedem posuit introrsum ac extrorsum, ac posteà se abscondit, unde factum, ut omnes custodes fuerint occisi, Bechor. folio 8.2.

דרג דַּרְגָּא *Gradus, Scala*: עַל דַּרְגַּ שָׁעַיָּא Ad gradus horarum, 2.Reg.9.13. עַל דַּרְגָּא קַדְמָיְתָא Super gradu primo, Esth.1.2. in Targ. sec. *Plur.* לָא תִסַּק בְּדַרְגִּין Non ascendes per gradus, Exod. 20.26. וּבְחַבְיוֹנֵי דַרְגָּא In absconditis gradibus, Cantic.2.14. *Talmudici*, נחית דרגא נסיב איתתא סק דרגא בחר שושבינא *Descende per scalam, uxorem ducturus, ascende per scalam, electurus amicum bonum*, Jebham. fol.63.1. Proverbium, cujus sensus; Noli uxorem ducere quę sit te præstantior. Talis enim tibi dominabitur. Amicum autem selecturus, delige virum honoratum, prestantem & insignem. Ex ejus enim conversatione & tibi splendor aliquis accedet.

מַדְרֵגוֹת *Idem.*

דרגין · דַּרְגּוֹן · דורגון *Familia, Cognatio: vel, Famulitium, Satellitium, Comitatus: Stipatores, Apparitores*, בדרגין *per gradus vel gradatim quasi Principem comitantes & insequentes, vel præcedentes.* In Talmud Hierosol. Horajoth cap.3. ab initio: Quando Deus Misericors venit ad liberandum Israelem ex Ægypto, non misit legatum vel Angelum, sed Deus Benedictus ipsemet venit, sicut scriptum est; *Et transibo per terram Ægypti nocte istâ*, Exod.12.12. ולא עוד אלא הוא וכל דורגון דידיה Neq; hoc duntaxat, sed Ipse & tota familia ejus: Nam non scriptum est, אֲשֶׁר הָלַךְ אֱלֹהִים *Propter quam ivit Deus, ut redimeret sibi in populum*: sed, אֲשֶׁר הָלְכוּ אֱלֹהִים *Propter quam iverunt Dii*, 2.Sam. 7.23. Glossa Talmudica, דורגון, id est, *Familia* (Angelorum scil.) In Schemoth rabba sect. 1. fol.118. col. 4. dicitur de Mose: והיה מניח דרגון שלו והולך ומיסב לחם סבלותיהם ועושה כאילו מסייע לפרעה Et relinquebat familiam suam (vel, comitatum suum, famulitium suum, ministros suos) & ibat ac ordinabat ipsis (Israelitis) onera ipsorum, faciebatque ac si juvaret Pharaonem. Glossa explicat ex Aruch, ועושה מכסים של מלכות, id est, *Nobilitatem regni*. In Bemidbar rabba sectio. 4. fol.218. col.2. צ׳ אלף זקנים מינה דוד ביום אחד ולא מנה אחיתופל עמהם וקרשן שיהיו עשוין דרגון לפניו Nonaginta mille seniores constituit (i.e. principes, nobiles fecit) David die uno, & non nobilitavit cum eis Achitophelem; destinavitque eos, ut essent satellitium in conspectu ipsius; (hoc est, satellites, stipatores ejus, ipsum præcedentes & comitantes.) Hæc loca mihi occurrerunt. *Baal Aruch adducit seq. duo loca, ex Jelammedenu, quæ ego hactenus non inveni*: Quid est quod dicitur Psal. 91. *Et cadent à latere tuo mille?* Hoc, quòd Deus O.M. conciliat unicuique Israelitæ mille Angelos, qui custodiant eum. Atq; hi עושין לו דורגין faciunt ipsi satellitium, (id est, sunt satellites, stipatores ejus), & unus illorum fit præco, qui proclamat coram ipso; Date gloriam imagini Dei benedicti: quia totus mundus plenus est malis dæmonibus. Alter locus est: Angeli, quos tradit Deus homini, ambulant ante ipsum כדרגין sicut stipatores, כשם שנכסים ומלכות מהלכת לפניו quemadmodum nobilitas regni, regem solet præcedere & comitari, &c. Vide hunc eundem locum in אקי.

דַּרְגֵּשׁ · דַּרְגְּשָׁא *Lectus, Stratum*: וכניש רגלוי לגו דַּרְגְּשָׁא Et collegit pedes suos in lectum, Genes. 49.33. in Jonath. At in Targum Hierosolym. עַל רֵישׁ דַּרְגּוּשֵׁיהּ Ad caput lecti, Genes.48.2. עַל דַּרְגֵּשׁ מַצָּעַי Super lectum stratorum meorum, Psal.132.3. Heb. עֶרֶשׂ. *Cum Affix.* עַל דַּרְגְּשִׁי Super strato meo, Hebr. עַל יְצוּעָי Psal.63.7. דַּרְגְּשִׁי אַטְמַשׁ Lectum meum mergo, Psal. 6.7. תְּנַחֲמַנִּי דַּרְגְּשִׁי Consolabitur me lectus meus, Jobi 7.13. *Apud Talmudicos*, in Nedarim fol.56.2. מאי דרגש אמר עולא ערסא דגדא Quid est Dargasch? Dixit Ula, Lectus fortunæ: Glossa; Solebant sternere lectum למזל, hoc est, לגדא fortunæ domus. Vide suprà in גד. Rambam & Bartenora ad Mischnam illius loci notant; *Dargasch* est lectus parvus, quem ponunt ante lectum majorem, & ex eo veluti per scalam ascendunt in lectum majorem. Differentiam inter מטה & דרגש vide in Talmud Hierosol. Berach. cap.3. mox ab initio in Gemara. Plurale, עַל דַּרְגְּשִׁין דִּדְהַב טָב Super lectos auri boni, Esth.1.6.

דרד *Hinc legitur Infinitivus*, לְאִדְּרָדָא יָתֵיהּ Ad decinerandum illud, pro Hebræo לְדַשְּׁנוֹ Exod.27.3. in Jonath. & Targ. Hierosol. Sic, וִידַרְדוּן יָת מַדְבְּחָא Et decinerabunt altare, Num.4. v.13. apud eosdem.

דורדיא *Fex*: דוּרְדְיָא דְחַמְרָא Fæces vini, Taanis fol.22.1. דמערבי ביה דורדיא דיין נסך Quia miscent cum eo fęces vini Idololatrici, Avoda sara f.32.1. In Aruch

In Aruch notatur, *Fæces* Arabicè dici דורדי. *In Targum*, דורדייהא Fæces ejus, Pſal.75.9.

דרדיג *Fudit, Effudit*: ודרדיג משחא אריםא דרבנן Et effudit oleum ſuper caput Doctorum, Kethubh. fol.17.2.

דרדוגא *Fuſio, Effuſio*, Ibidem.

דרדניא *Dardania, nomen proprium.*

דרדסין *Tibialia*: הוא לבוש דרדסין דעמר באחרת רגלייא ודרדסן דביתן בחרא רגלייא Erat indutus tibiali laneo in pede uno, & tibiali lineo in pede altero, Tal. Hieroſ. Kilajim in fine. ואלבשוני דרדסאי Et induite mihi tibialia mea, Ber. rab. ſect. 100. Gloſſa בתי שוקים.

דרדק *Puer, Parvus. Complectitur utrumque ſexum*, ut Latinum *Liberi*: יעקוב דאתקרי דרדק Jacobus qui vocatus fuit puer, ſive parvus, Jobi 3.19. *Plurale*; מגחכין עלי דרדקין Rident ſuper me parvi, id eſt, צעירים, Jobi 30.1. ולא על דרדקיהון Neque ſuper pueros ipſorum, Eſth. 4.1. in Targ. ſecundo.

דרדר Vide infrà in דרר.

דורדייא *Fæces*: דורדייא דחמרא Fæces vini, id eſt שמרים, Avoda ſarah fol.34.1. Pro hoc paulò antè fuit דורדייא, quod genuinum. Unde hîc דורדריא videtur eſſe pro דורדייא.

דרדור *Tina, Cupa, Vas vinarium, Orca. Sumitur tamen etiam pro Tina vel Vaſculo minore*: דרדור עגלה Cupa rotunda, Kelim cap.15. גוי שהביא ענבים בסלים ובדרדורים Chriſtianus qui attulit uvas in caniſtris & tinis, Avoda fol. 61. המורים נושאים דרדורים של יין Aſini ferentes vaſcula vini: דרדורין של גוים Cupæ gentilium, Gloſſa. לגינין קטנים Lagenæ parvæ, Avoda ſara fol.32.1.

דרך

Calcare, Conculcare, Proculcare, Ingredi, Incedere, ut Hebraicè. Præterit. ית ארעא דדרך בה Terram quam calcavit, quam tranſivit, Deut.1.36. *Participium*, כל דדריך בהון Omnis qui incedit per eas, Jeſa.59.8. *Futurum*, די תדרוך פרסת רגליכון Quem calcaverit calcaneus pedum veſtrorum, Deuter.11.24. *Aphel* אדריך *Idem*: *Item, Incedere facere, Deducere. Participium*, מדריך ענותני Incedere faciens manſuetos, Pſal.25.9. *Futurum*, אדריכנון Incedere faciam eos, Jeſa. 42.16. תדרכנני Deducas me, Pſal.119.35. *Infinitiv. cum affix.* עדן אדריכותידה Tempus triturationis ejus, Jer.51. v.33. *Niphal*, נדרך *In via vel viam duci*: הנדרכים בדרך Qui ducuntur in viam, R. Sal. Jeſ.9 16.

דרך *Via, Iter*: metaphoricè, *Mos, Ratio, Modus, Conſuetudo, Inſtitutum, quod quis, ceu viam, terit*: הוי זהיר מן היועץ לפי דרכו *Cave tibi ab eo, qui conſilium tibi dat ſecundum viam ſuam*, h. e להנאתו ad ſuum commodum, Sanhed. fol.76.2. Aruch בשביל תקנתו: Aliter, ירמיה אחי העביר עלי את הדרך Jeremias frater meus tranſire fecit à me viam

(terræ,) hoc eſt, caſtravit me, privavit me uſu facultatis coeundi, quæ vocatur דרך התשמיש דרך Via, juxta illud Prov.30.19. דרך גבר בעלמה *Via viri in virgine*: שדרכו לימנות Cujus conſuetudo eſt ut numeretur ſigillatim, quando ſcil. venditur. Ita dicunt de rebus quæ non ſummatim ſecundum menſuram, vel acervatim venduntur, ſed numerantur. Vide Beza fol.3.2. Orla cap. ult. דרך לשון הקודש Mos eſt linguæ ſanctæ: דרך כבוד *Ratione vel causâ honoris*: דרך נבואה Per modum prophetiæ: דרך ארץ *Via terræ*, id eſt, *Conſuetudo terræ ſive regionis, ritus, mores*; ut, בא הכתוב ללמוד דרך ארץ Venit Scriptura ad docendum te viàm terrę (i.e. conſuetudinem inter homines obſervatam) à Moſe, R. Sal. Exod.19.8. *Hinc etiam refertur ad opificia & commercia, artes & ſcientias politicas, quæ tam victui comparando, quàm hominum ſocietati honeſtè & utiliter conſervandæ inſerviunt*: unde eſt illud Sapientum: יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ *Pulchrum eſt ſtudium Legis cum via terræ*, id eſt, commercio aliquo honeſto, Pirke abhos cap. 2. Gloſſa Bartenoræ, מלאכה וסחורה Negotiatio & mercatura. כל שישנו במקרא ובמשנה ובדרך ארץ לא במהרה הוא חוטא *Quicunque verſatur* (occupatus eſt) *in Biblus* (in verbi Divini ſtudio) *& in doctrina Talmudica, & in Conſuetudine terræ* (commercio honeſto) *is non citò peccat*, juxta illud: *Filum triplicatum non facilè rumpitur*, Eccleſ.4.8. Gloſſa, משא ומתן Commercium. Rambam, דרך ארץ id eſt, חבורה טובה בנחת ובמוסר Societas bona tranquilla & civilis. *Sic etiam de Morte, quam homines, non ex conſuetudine, ſed neceſſitate & lege naturæ, omnes obire coguntur, in ſacris locutus eſt Rex David*: אנכי הולך בדרך כל הארץ *Ego meo viam univerſæ terræ*, id eſt, morior, morti proximus ſum, 1.Reg. 2.2. *Et de concubitu filiæ Loth*: לבוא עלינו כדרך כל הארץ *Qui congrediatur nobiſcum ſecundum conſuetudinem univerſæ terræ*, Geneſ.19.31. Huc faciunt ea quæ Elias in ſuo Thisbi notavit. *In More nevochim videtur ſumi pro Magnitudine continua*, p.1. c.73. aliquoties in explic. princ.3.

דרכא *Tritura, ſic dicta, quòd Calcatione boum fieret*: ויערע לכון דרכא לקטפא Et attinget vobis tritura vindemiam, Levit.26.5. in Jonath. Hebr. דיש quod idem: *Cum Affix.* בשעת דרכיה In tempore trituræ ejus, Hebr. בדישו, Deuter.25.4. in Jon. & T. H. ubi tamen eſt דורכיה cum Cholem, quod non eſt de Chaldaiſmo.

דריכה *Calcatio, Itio, Ambulatio*, apud Rab.

דרכיות דירכאות *Statuæ, ſpeculæ viarum.* Gloſſa in Miſchnajoth: Lapides magni in quibus ſtabant obſervatores, & ſudario ſignum edebant de longinquo, Joma cap. 6. in fine. Sic in Jalkut fol.67.

fol. 67. col. 3. ad illud Exod. 14. 5. *Et nunciatum fuit Regi Ægypti, quòd fugisset populus*; יש אומרים דרדוכאות Quidam dicunt; Speculas fuisse illi, unde scil. illud videre potuit, Glossa marginalis explicat מרגלים *Exploratores*.

דרוכות *Calcatores uvarum, id est,* דורכי ענבים, *ut in Aruch & Glossa Talmudica exponitur*, Tractatu Thrumoth fol. 50. 1. *Mirum esse activum, cùm habeat formam passivam. Sed sic Participia passiva, quando nominascunt, aliâs etiam activè sumuntur; ut,* יקוש *Auceps,* רכוב *Equitator,* פרוש *Explicator, Enarrator*. Sic, חוץ מן הדרוכות Exceptis calcatoribus.

אדרכון · דרכמון · דרכון *Numi antiqui aurei species fuit, tempore Davidis, id est, ante exilium Babylonicum usitati. Durasse verò etiam postea, probant posteriores scriptores Talmudici, apud quos extat. In superis Mischnajot scribitur, fuisse monetam Persicam. Plurale,* דרכמונים Esræ 2. 65. & Neh. 7. 70. דרכונות Bava bathra fol. 65. 1. *Alibi per* ב *legitur:* מצרפין שקלין לדרכונות מפני משוי הדרך id est, Conflabant siclos in Darbonoth propter onus viæ, Schekalim cap. 2. fol. 3. ubi Glossa: דרבון היה בו שני סלעים ואמר שמצרפין אותן השקלין שהם הכסף בדינרי זהב כדי שיקל משאם, id est. *Darbon* continebat duos Selahim, dicitque quòd conflati fuerint (commutati) isti sicli, qui fuerunt ex argento, in numos aureos, ut levius fieret onus ipsorum. *Inde citatur etiam per* ב, *in Bechoroth fol. 51. 1. In Aruch per* ב *constanter omnia hæc loca adducuntur, quod rectum videtur. Consentiunt omnes, fuisse monetam auream, ut & de auro ubiq; in Biblis usurpatur. R. Salomon valorem* דרכונות *explicat voce Gallicâ* קינונש, *quam non intelligo. At in Tractatu Schekalim, dicit Glossa, Darbonoth continuisse duos selahim. Sela autem* (Hebr. סלע) *valebat siclum sacrum, id est, duplicem provincialem sive communem: siclus communis, quadrantem thaleri, sacer dimidium Imperialem. Quòd si ergo Darbon & Darchon, juxtà Aruch idem sunt, tum hinc patet ejus æstimatio. Nostri interpretes putant,* דרכמון *esse quasi* דרכמון *ex Græco* δραχμη. *& ex Drachma ejus valorem quoque æstimant. Vide Caspari Waseri librum de Numis antiquis. In Jonathane,* דרכמונא מתקליה Drachma erat pondus ejus, Gen. 24. 22. Heb. בקע. Sic, דרכמונא לגלגלתא Drachma pro capite, Exod. 38. 26.

Deinde דרכונא *Idem quod* דרקון *Draco, Serpens*, Jalkut proph. fol. 50. col. 3.

Tertiò דרכון *Est species herbæ vel plantæ*. Fortè *Dracontium, vel, Dracontia, Dracunculus*; Talm. Hier. Kilaim cap. 1.

שטר אורכתא · אדרכתא *Literæ prosecutoriales judicis, quibus actori datur jus bona rei occupandi, &, si nunc solvendo non sit, etiam persequendi eum, & bona ejus post nonaginta dies invadendi, ubicunque, & quocunque tempore ea repererit*. Glossa Talmudica; Vocabulum hoc est לשון רודף ומשיג id est, significat *Persequi, & Assequi*, à Radice דרך, unde in Aphel אדריך & Heb. הדריך, Metzia fol. 16. 2. & 35. 2. & Kama fol. 112. 2. שטר אדרכתא שיהא שליש דורך על נכסיו של זה לגבות חובו מהן *Schetar Adrachta* est, ut quis habeat potestatem calcandi, hoc est, invadendi bona istius, exigendo ex illis debitum suum, R. Salom. in Bava basra fol. 169. 1. Tres species sententiarum judicialium literis comprehensarum enumerantur in Chosen hammischpat, Numero 98. sect. 10. Vide ibi, & sect. 9.

דרל

דרלומוסיא *idem videtur quod* אנדרולומסיא *Excidium, Pestis*: Ber. rab. sect. 32. Similis est hæc res Regi, שקבע דרולמוסיא שלו במדינה qui constituit vel determinavit excidium in provincia.

דרם

דרום · דרומא *Meridies, Auster, Plaga australis. Hebræi dicunt, ita dictam, quòd Sol illic* דר רום *Habitet altè, aut* דרך רום *Incedat altissimè*: ודרומא ירת Et meridiem possidebit, Deut. 33. 23.

דרומי *Australis. Fœmininum*, רוח דרומית Ventus australis. *Plur.* צורות הדרומיות Signa australia. *Hinc Verbum*, אדרים *Versus austrum respicere aut convertere se, ut jubentur precaturi, nempe, ut respiciant versus Templum sanctum Hierosolymitanum, juxta illud: Et orabunt te viâ terræ suæ*, 1. Reg. 8. v. 48. Apud Talmudicos, הרוצה שיחכים ידרים ושיעשיר יצפין *Qui cupit sapientiam consequi, austrum petat: qui ditescere expetit, septentrionem versus se convertat*, Bava bathra fol. 25. 2. ubi ad marginem notatur, esse Secretum Cabalistarum. Adducitur in libro Caphtor f. 9. ubi adi Comment.

דורמיטא *Dormitatio*. Sic citat Guido ex Vajik. rab. sect. 17. Sed illic nunc legitur מרמיטה, quod vide suo loco.

דרומלים דרומילום *Sylva, Nemus. Videtur esse ex* δρύμος. *vel* δρυμώδης *Nemorosum, arboribus consitum & confertum. Ex* δ *factum* ל: *nam in Jalkut fol. 23. col. 2. exponitur per* סנה *Rubus, Dumus. In Aruch corruptius legitur* דורמלים, *& explicatur ex lingua Græca Platea lata. At ubi hoc invenias in lingua Græca? tamen id Munsterus & Guido retinuerunt. Fortè respexerunt ad* δρόμος *Curriculum*. In Bereschit rabba sect. 48. est: פויליונו של אברהם אבינו היה מפולש כהדה דרומילום id est, Papilio (tentoriū) Abrahami patris nostri latè-patens erat, sicut istud nemus. *Papilio* pro *Tentorio* legitur apud Pliniū: Gallicè *Pavillon*, Italicè *Paviglione*. Glos. explicat רחבה גדולה, ex seq. vocis significat.

דורמוס *Forum, Macellum latum & magnum, vendendis victualibus destinatum*, Metzia fol.72.2. ubi in Glossa exponitur אטליז רב וגדול. Quid sit אטליז vide suo loco. Adducitur & alius locus in Aruch ex Kiddufchin, sed ibi legitur דימוס, non דורמוס.

דורמוסיא *Aruch vult idem esse quod* אנדרולומסיא *Pestis*. In Jelammedenu fol. 26.2. ab initio sectionis בא legitur: לא חזרו הביא עליהם דורמוסיות: Si non recipiscant, adducit contra eos pestem. Aliud videtur proprié significare: nam sermo ibi de Rege ב״ו carnali: sed in sequentibus de peste explicatur.

דּוּרְמֶשֶׂק Damascus, nomen proprium loci, Hebraicé דַּמֶּשֶׂק, Genes.14.15. in Jonathane.

דורמסקן *Pruna Damascena*, Berach. fol. 39.1. Vide etiam suprà in ordine דו, in דומם.

דורמסקנין *Idem: quidam Herbam exponunt, quam nominant* אורדופייש, *cujus decoctum ægrotis datur*: Bava kama, fol.116.2.

דרן דִּרְנָא *Vermis: Termes, vel Termus, vermis qui carnibus ingeneratur*: יְרִיעָה שנפלה בה דרנא Cortina in quam ceciderit vermis, lacerant eam, & rursus consuunt eam, Schabbas fol. 75.1. *Plurale*, דרני דבשרא אסירין Vermes carnium prohibiti, piscium liciti, Cholin fol.67.2. ונפלו דרני דרישיה Et cadunt vermes capitis ejus, Schab. fol.54.2.

דורון · דורונא Δῶρον, *Munus*, *Donum*: היך דורון נִכְסָא וְדוּרוֹנָא בְּסִים Sicut munus suave, Psal.141.2. נִכְסָא וְדוּרוֹנָא Victimam & munus, Psal. 40.7. וְאַחִיתוּ לְגַבְרָא דורונא Et afferte viro illi munus, Genes. 43.10. in Jon. לָא תִסְתַּכַּל לְדוּרוֹן דִּידְהוֹן Ne respicias dona ipsorum, Numer.16.15. in Jon. & Targ. Hierosl. וְתִקַּבֵּל דוּרוֹנִי Accipias quæso munus meum, Genes.33.10. in Jon. *Plurale*, מַסְקֵי דורונין Offerentes munera, Genes.19.15. in Targ. Jon. ודורונין יְהַב לְאָחוּהָא Et munera dedit fratri ejus, Gen.24. v.23. in Jon. *Et fœmininè*, יִדְכַּר כּוּלְהוֹן דּוּרוֹנְיָתָךְ Recordetur omnium munerum tuorum, Ps.20.4. Veneta habent דוכרוניתך Suffitus tuos. *Apud Rabbinos*, דורונות וסבלונות Dona & paraphernia. Dicunt etiam דורוניות, & דורונאות.

דרניקוס. Hinc in Gemara, הרואה את הננס ואת הדרניקוס אומר ברוך המשנה את הבריות Videns Pumilionem & Hadronicum, dicat, Benedictus sit qui variat creaturas, Berach. fol. 58.2. R. Salomon Gallus, linguâ vernaculâ exponit ווידאויש. Juxta alium interpretem idem est quod פִּיו עָקוּם Os curvum & retortum. Aliis est *Oblongus*, *Procerus*: alii legunt הברדקנום. *Videtur esse Græcum*, q. d. Ἀνδρόνικος.

דָּרַס *Calcare, Conculcare, Premere, Comprimere, Dilacerare, ut aves feræ & rapaces calcando facere solent. Distinguitur à* טְרַף, *ut Baal Aruch tradit, hoc pacto, quod* טרף *significat Discerpendo interimere & occidere*: דרס *Conculcare, Dilacerare, sed non ut animal moriatur. In Targum*: וְלָא תְשַׁקְצוּן יָת נַפְשָׁתֵיכוֹן בִּבְעִירָא דְּדָרְסָא חַיְתָא וּבְעוֹפָא דָרִיס Et non abominabiles reddetis animas vestras jumento quod conculcat feras, aut ave conculcante, Levit.20.25. in Jon. *Apud Talmudicos*, ארי ספק דורס ואוכל ספק אינו דורס ואוכל Leo forté conculcabit & comedet, forté non conculcabit & comedet, Sanhed. fol 90.2. Sic, ארי ברשות הרבים דרס ואכל פטור טרף ואכל חייב Si Leo publicé conculcat & comedat liber est: si verò discerpat & comedat, reus est, Bava kama fol.16. דרוסות ומפוררות Conculcata & dispersa: תאנים דרוסות Ficus calcatæ, id est, compressæ. *Aliter*, דרוסת איש *Mulier compressa à viro*, Ketubh. cap.1. in Mischne. Glossa, בעולת איש.

Deinde דרס *est quoque ex verbis Saginandi*. Unde, אין אובסין את הגמל ולא דורסין Non saginant camelum, neque opplent, Schab. fol.155.2. in Mischna. De אובסין vide in אבס. *Opplent* דורסין, pabulum scil. ipsi in guttur calcando & figendo.

Tertiò *in ritibus Mactationis apud Talmudicos specialiter* [illegible] *hoc verbum, Unico ictu collum animali præcid*[illegible], Cholin fol. 20. 2. & 30. 2. lin.1. Vide in mox [illegible] derivato.

דריסה *Calca*[illegible], *Conculcatio*: בית הדריסה Locus conculcationi[illegible] דריסת הרגל Conculcatio pedis, Megilla fol.8.1 *Ubi de avibus immundis agitur, per* דריסה *intelligitur Rapacitas, quâ raptam prædam conculcant & lacerant.*

דורסן *Idem*. Beza cap.1.

דרסה In ritibus Mactationis est una ex quinque illis speciebus quæ mactationem reddunt illegitimam. Est autem, quando uno ictu, veluti cum gladio, collum abscinditur, non verò בהולכה והובאה cum ductu & reductu cultri. Vide Majem. par. 2. in הלכות שחיטה cap.3.

מִדְרָס *Conculcatio: Calceus vel calceamentum hominis fluxu immundo laborantis. Apud Talmudicos est* אב הטומאה *Pater sive genus unum pollutionis, in genere hominem & vestimenta ejus polluens. Complectitur sub se quinque species, ut tradit Majemon in Kelim cap.* 18. ישב *Sedere*, עמד *Stare*, שכב *Jacere*, נתלה *Suspensum esse*, נשען *Incumbere, Inniti super re aliqua. Inde* טמא מדרס *Pollutus calcatione*, & טומאת מדרס *Pollutio calcationis, ad unamquamque harum specierum refertur. Hæc autem quinque dicebantur de* זָב *Fluxu seminis laborante, qui istis quinque modis rem contactu suo polluebat, & qui istam rem contingebat, fiebat quoque pollutus. Vide amplius in Kelim cap.* 18. & 24. *Savim cap.* 2. *in fine.*

Baal

Baal Aruch non procul à fine radicis מדרס. Hinc legitur etiam, בגדי עם הארץ מדרס לפרושים Vestimenta plebis terræ ſunt calcatio Phariſæis, id eſt, ſunt apud eos contempta & immunda כמנעל זב veluti calceus hominis fluxu immundo laborantis, vel quaſi res ſummè immunda & polluta, ut res ſuper quam fluens ibat, Chagiga fol.18.2. נושא ארח המדרס Portans calceum immundum, Gloſſa, מנעל של זב, Ibid. fol.20.

דְּרַע *Brachium, Armus, Hebr.* זרוע, *mutatis* ז *&* ו, *pro more linguæ:* בִּדְרָע מְרָמָם Brachio extento, Exod.6.6. בִּדְרָע תוקפי Brachio roboris mei, Jeſa.63.5. יַת דְּרָעָא בְּשִׁילָא Armum coctum, Numer.6.19. *Cum Aff.* דעל דְּרָעֵיה Quæ eſt ſuper brachium ejus, 2.Sam.1.10. וּדְרָעָךְ תַּתְקֵיף Et brachium tuum roborabis, Ezech. 4.7. *Plurale,* דרעי רַשִׁיעַיָּא Brachia impiorum, Pſal.37.17. Meliùs eſſet in forma abſoluta דְּרָעִין propter ſequens ר. *Cum Aff.* עַל דְּרָעוֹהִי Super brachia ejus, Gen.49.24. וּמַתְקֵיף עַל דַּרְעֵיהוֹן Et corroboro brachia eorum, Hoſ.7.15.

אֶדְרַע *Idem:* וְאֶדְרַע שְׁכִינַת קוּדְשֵׁיהּ Et brachium majeſtatia ſanctitatis ejus, Pſal.98.1. בִּתְקוֹף אֶדְרַע עוּשְׁנָךְ Robore brachii fortitudinis tuæ, Pſal.89. v.11. דִּי לָךְ אֶדְרָעָא Tuum eſt brachium, Ibid. v.14.

דְּרַע *Semen:* לָא אֲתַר כְּשַׁר לְבֵית דְּרַע Non locus idoneus ad domum ſeminis, i.e. pro ſemente, Cant.1.14. וּדְרָעֵיהּ לְבִרְכְתָא Et ſemen ejus ad benedictionem, Pſalm.37.26.

דרף דְּרוֹפְתְקָא *Theca, Vagina. Compoſitum, ut videtur, à Græco θήκη, unde & נַרְתֵּק pro eodem dicunt. In Aruch ſcribitur abſque* ו *in medio, ſed in Gemara aliter:* לְכוּלְהוּ גּוּפֵי דְּרוֹפְתְקֵי נִינְהוּ טוּבֵיהּ לִדְזָכֵי דְּהָוֵי דְּרוֹפְתְקֵי דְאוֹרַיְתָא *Omnia corpora (hominum) vaginæ ſunt: beatum illud corpus, quod meretur ut ſit vagina Legis, hoc eſt, Verbi Divini,* in Sanhed. fol.39.2. Sic vult Aruch ſynonima eſſe נרתק · נרתק, דרופתקא · נשתק.

דרץ דַּרְצִינָא *Cinnamomum*, Schabbas fol.65.1. In Aruch notatur, דארצין Arabicè idem eſſe quod קִנָּמוֹן. *Schindlerus id adducit in* דור ut duas voces; דאר אלצ׳ני *Dar alſim &* דארצין.

דרק *Spargere, Heb.* זָרַק. *Præteritum,* וּדְרַקוּ עַפְרָא עַל רֵישֵׁיהוֹן Et ſparſerunt pulverem ſuper faciem ſuam, Job.2.12. וּדְרַק עַל מַדְבְּחָא Sparſit ſuper altare, Exod.24.6. in Jonathane. *Futur.* וְתִדְרוֹק יַת מוֹתַר אַדְמָא Et ſparges reliquum ſanguinis, Exod.29.20. in Jon.

דְּרִיקָא Sic adducitur hîc in Aruch, & in Guidone דְּרִיקָא *Exercitus.* Citatur ex Gemara Ketubh. fol.62. Sed hodie legitur פְרִיסְתְקָא דְמַלְכָּא Legatus regis, pro דרוקא דמלכא, ut in Aruch citatur.

דְּרָקוֹנָא · דְּרָקוֹן *Draco, Δράκων, Serpens:* & latiùs, *Vermis*, apud Talmudicos, Berach.fol.62.2. Baſra fol.16. Ego præparo ei דרקונא ſerpentem vel vermem, qui mordeat eam & ſanatur. צורות דְּרָקוֹן Figuræ ſerpentis fuerunt in calceis ipſorum, Vajik. rab. ſect.16. ad vocē תְּעַכַּסְנָה ex Jeſ.3.16. Hinc R.Sal. *Nomē* עכס *exponit* ארס של נחש *Venenum ſerpentis: & verbum hoc, Accendere animos Juvenum libidine inſtar veneni ſerpentis.* In Talm. Hieroſ. ע״ז cap.3. אי זהו דרקון Quinam eſt draco? כל שציצין יוצאין בצואריו.

מוֹדְרְקָא *Caro mortua:* כְּמָאסֵי אֱלִיל וּמוֹדְרְקָא דְפַלְטֵיהּ סַכִּינָא Sicut medici rei nihili & carnis mortuæ, quam abſcidit culter, Jobi 13.4. in Venetis. Vide אלל. Talmudici pro מודרקא dicunt & מרטקא, quod vide in מרט.

דּוֹרְקְטִי *Vox compoſita, pro* דור קטיע *Ætas, Generatio exciſa. Sic appellata fuit familia quædam, quæ ob fœminarum ſterilitatem exſcindebatur. Inde nomen traductum ad quaſvis Steriles, quæ idcirco neque ſanguinem virginitatis, neque menſtruum producunt:* ממשפחת דורקטי אני שאין להן לא דם נדה ולא דם בתולים Ex familia Dorketi ſum ego, quæ non habent ſanguinem menſtruum, nec ſanguinem virginitatis, Kethubh. fol.10.2. כל גפן שיש בה יין ושאין בה יין הרי זה דורקטי id eſt, Omnis vitis producit vinum: in qua autem non eſt vinum, ecce ea eſt Dorketa, ſterilis, Nidda cap.9. in fine. Dicitur id ibi metaphoricè de mulieribus. Nam præcedit: Mulieres cum ſanguine virginitatis, ſimiles ſunt viti. Eſt vitis cujus vinum rubrum eſt: eſt alia, cujus vinum atrum: alia, cujus vinum multum: alia, cujus vinum paucum. Sic quælibet fœmina habet ſanguinem: quæ autem non habet ſanguinem, ea eſt ſterilis. Inde R. Juda dixit: Omnis vitis &c. In Medraſch Schemuel. ſect.2. legitur hoc idem cum ט ab initio, טורקטי, ubi Poſtellus reddit *Torquata & nobiliſſima.* Sic in Talmud Hieroſol. Ketubh. cap.1. טרוקטי.

דרר דְּרוֹר *Hirundo*, Pſal.84.4. Heb. *De ea apud Talmudicos:* למה נקרא שמה צפור דרור שדרה בבית כבשדה id eſt, Quare vocatur nomen ejus *Avis* דרור? quia דָּרָה habitat in domo tamquam in agro, Beza fol.24.1. *Videtur hîc nomen à* דור *Habitando deduci. Sed non eſt ita. Nam* דרור *propriè Libertas eſt, juxta illud:* אין דרור אֶלָּא לְשׁוֹן חֵירוּת id eſt, Non ſignificat דְּרוֹר aliud quàm Libertatem. Item, מאי לשון דרור כמדייר בי דיירא Quid ſignificat vocabulum דרור? Eſt ſicut (viator) qui divertit quocunque vult, Roſch haſchana folio 9.2. *Sic Hirundo dicitur* דרור, *quòd hoſpitium ſibi liberè apud homines eligit, ubicunque placet.*

דְּרוֹרִיָּה *Libertas*, Jalkut in Genes. fol.27. col.1.

דְּרָרָא *Fundamentum, Præcipuum, Principale, Capitale, quod aliâs* עִיקָּר, *quasi Radicem alicujus rei vocant:* וְיַת דְּרָרָא דְּמָמוֹן Et principalem summam pecuniæ, Esth.4.7. in Venetis. In Regiis abest. *Apud Talmudicos;* דְּרָרָא דְּטוּמְאָה Fundamentum pollutionis, capitalis pollutio Lege expressa: דררא דממונא Summa capitalis pecuniæ. Sic Elias & Aruch. Glossa Talmudica paulò aliter videtur explicare. Vide Metzia fol.2.2. Chagi. fol.21.2.

דַּרְדַּר *Carduus*, vel *Tribulus*, *ut Heb. Plurale,* וְקוֹץ וְדַרְדְּרִין Et spinas & carduos, Gen.3.18. in T. H. *Vide quæ de hac voce scripsit Nicol. Fullerus in Miscell. lib.6. cap.1.*

Apud Talmudicos דרדרא *est Herba quædam, quâ curatur morbus, qui vocatur* דלריא, Gittin fol.70.1. *Dicitur esse* Croci species, מוריקא דחוחי *Crocus spinarum, id est, sylvestris.*

דַּרְדֵּר *Dispergi, Dissipari:* vel *Decidere:* מה אגוז זה אדם נוטל אחד מהכר וכולן מְדַרְדְּרִין Quæ est ratio nucum? si unam sumas de acervo, omnes dissipantur, vel, decidunt, Schir rab. cap.6. v.10. Glossa explicat, quòd sit לשון מדרדרין כלומר יורדין. *Ego putarim derivari posse à* דְּרָא.

דַּרְדְּרַיָּא *Idem quod* דְּלַרְיָא *Dolores, ex Latino vox corrupta.* Vide suprà דלר.

דָּרַשׁ *Quærere; Inquirere, Perquirere, Consulere, Sciscitari, Percunctari, Heb. Apud Rabbinos præterea est Concionari, Concionem ad populum habere, quòd id fiat Inquirendo in sensum Scripturæ, Exponere scitè & argutè, allegoricè, mysticè, Variè de re aliqua Discurrere. Infinitiv.* לָא פְּסַקוּ מִלְּמִדְרַשׁ בְּאוֹרַיְתָא Non cessarunt ab exponenda Lege, Judic.5.9. דָּרְשׁוּ רַבּוֹתֵינוּ Concionantur, exponunt Rabbini nostri: דורשי רשומות Concionatores Biblici, qui versus Biblicos explicant. Quidam Masorethas intelligunt, qui scripturæ vocum ac literarum tantùm insistunt, Sanhedrin cap. ult.

דְּרִישָׁה *Inquisitio:* אחד דיני ממונות ואחד דיני נפשות בדרישה ובחקירה Eadem est ratio tam in judiciis pecuniariis, quàm in judiciis capitalibus, inquisitionis & perscrutationis (testium sc.) Sanhedrin cap.4. ab initio.

דְּרוּשׁ · דְּרָשׁ *Expositio allegorica, Inquisitio & explicatio mystica, Discursus de re varius. Est &* דְּרָשׁ *Nomen libri, quo Homiliæ sive Conciones allegoricæ continentur.*

דְּרָשָׁה *Homilia, Concio ad populum.* Judæi Germani dicunt Ein drasche/ & per diminutivum Ein draschle conciuncula, & verbaliter Darschen/ id est, Concionari.

דַּרְשָׁן *Concionator, Orator ad populum:* unde quidam dictus מֹשֶׁה הַדַּרְשָׁן Moses Concionator. *Fœmininum* דַּרְשָׁנִית *Doctrinæ amantes, Doctæ, Peritæ.* Sic vocantur ab Hebræis filiæ Tzelophchad, de quarum sapientia & prudentia legitur Numer.27. Inde etiam vocantur חַכְמָנִיּוֹת Sapientes, & צַדְקָנִיּוֹת Justæ.

מִדְרַשׁ · מִדְרָשׁ · מִדְרְשָׁא *Inquisitio, Studium, Expositio; & in genere Sermo*, unde illud: לא מדרש הוא עיקר אלא המעשה *Non sermo est fundamentum, sed opus.* Dictum R. Simeonis Fil. Gamalielis in Avoth cap.2. Simile vide in נאה. Item *Commentarius, Explicatio allegorica, & in varios sensus deducta:* מִדְרַשׁ תְּהִלִּים Commentarius allegoricus Psalmorum: Sic מִדְרַשׁ אֵיכָה in Threnos, מִדְרַשׁ קֹהֶלֶת In Ecclesiasten, & sic deinceps. De differentia Medraschim scribit Aben Esra Threnor.1. in principio: *Verùm Medraschim* (h.e. Expositiones allegoricæ) *ipsorum* (Rabbinorum) *in vias multas sunt divisæ: Quædam ex illis sunt ænigmata, arcana, & parabolæ sublimes usque ad æthera. Aliæ inserviunt ad refocillanda corda defatigata in capitibus profundis. Aliæ sunt ad corroborandum eos qui impingunt, & implendum vacuos. Propterea sensus scripturarum similes sunt corporibus: Allegoriæ autem sunt veluti vestimenta corpori adhærentia. Aliæ sunt subtiles instar serici, aliæ crassæ veluti saccus, &c.* R. Asarias in Meor Enajim parte tertiâ, fol.75.2. scribit: *Scito, quòd Medraschim sive Allegoriæ sunt triplices: Quædam illarum sunt* גוזמא h.e. *Hyperbolæ, sicut Rabbini nostri dicunt in capite* (quod incipit) נזר הגשה: *Loquuntur sapientes per hyperbolas: ut,* Urbes munitæ in cœlum: *vel sunt Hyperbolæ tales, quæ hominibus consuetæ & usitatæ esse solent, ut verba Rabbæ bar bar Channæ in capite* המוכר. *Quædam ex illis sunt Historiæ miraculosæ* (מַעֲשֵׂה נִסִּים) *ut Narrationes R. Bannaæ, in capite* חזקת הבתים. *Quædam denique Allegoriæ sunt, quarum intentio est explicare scripturam omnibus modis quibuscunque explicari potest. Atque hujus rei fundamentum petunt ex eo quod dicitur;* אחת דבר אלהים Unum locutus est Deus, &c. Psal.60.12. Item, Annon sic sunt verba mea ut ignis, Jerem.23.29. *Ex his dictis etenim docent, quòd una Scriptura in varios sensus possit dividi, sicut declaratur in capite* אחד דיני. *Et juxta hunc modum exponunt Scripturam quóvis modo, quo eam explicare possunt, & dicunt; Non exit Scriptura è sensu literali suo, qui est principalis. Porrò autem Allegoriarum quædam propè accedunt ad sensum literalem: in quibusdam verò est levis tantùm quædam nota, &c.* Vide etiam quæ de Allegoriis Rabbinorum scribit Rambam in More Nevochim par.3. cap.43.

בֵּית הַמִּדְרָשׁ *Domus studii, Schola, Gymnasium,*

Collegium,

Collegium, ubi discitur & in doctrina inquiritur: אַעִילוּ יָתִי לְבֵית מִדְרְשָׁא Introducite me in Scholam, Cant.2.5. לְבֵית מְתִיבְתָּא מִדְרְשָׁא Ibid.v.4. ubi duo synonyma conjunguntur. Nam מְתִיבְתָּא *Academia*, à consessu docentium & discentium dicta, & aliâs יְשִׁיבָה formâ Hebraicâ. Nomen בית omissum: אָזְלִין צַדִּיקַיָא מִן בֵּית מַקְדְּשָׁא לְבֵית מִדְרְשָׁא Eunt justi ex domo sanctuarii in domum Scholæ, Heb. מֵחַיִל אֶל חָיִל, Psal. 84. 8. קְבִיעִין עַל תַּרְעֵי מִדְרְשָׁא Constituti in portis gymnasii, Cantic.7.13. Sic Psalm.43.3. *Plural.* בָּתֵּי מִדְרְשַׁיָא vel בָּתֵּי מִדְרָשׁוֹת ut Psal.80.11. Scholæ: *Rabbini*; ד' מדות בהולכי לבית המדרש *Quatuor sunt proprietates eorum, qui Scholam vel Templum frequentant; Est qui ingreditur, & non facit. Hic mercedem tantùm pro accessu habet. Est qui facit & non ingreditur. Is pro opere præmium habet. Qui ingreditur & facit, is pius est. Qui verò nec ingreditur, nec facit, impius est*, Avoth cap 5.

דרת דַּרְתָּא Vide suprà in דור.

דַּרְתָּנָא *Susurro, Murmurator*, Prov.16.28. in Ven. & Reg. Hebr. נִרְגָּן. Videtur corruptum esse pro חַרְתָּנָא.

רְשָׁא *Janua, Ostium, Porta. Respondet Hebræo* דֶּלֶת: ut, וְרָשָׁא אֲחַד בַּתְרוֹהִי Et januam clausit post se, Gen.19.6. *Plural.* דִּילְהֹן דָּשִׁין וְעַבְרִין Quibus erant portæ & vectes, Deut.3.5. הֵיךְ נַגְרִין וְדָשִׁין Vectes & ostia, Jobi 38.10. *Constr.* וּפְתַח דָּשֵׁי בֵיתָא Et aperuit januas domus, Judic.16.3. וְדָשֵׁי שְׁמַיָּא פְּתַח Et januas cœli aperuit, Psalm.78.v.23. דָּשֵׁי כְּרֵסִי Ostia ventris mei, Jobi 3.10.

דִּתְאָה *Herba tenera*, Genes.1.11. *Plurale apud Rabbinos*, כן במדבר דשאו מקומות הדשאים Kimchi, Joël.1.

דְּשַׁן *Cinerem removere*, ut Hebraicè.

דִּשּׁוּן *Cinis, Cineratio*: דישון מזבח פנימי Cinis altaris interioris, Meila fol.11.2. in Mischna. Idem quod דֶּשֶׁן Hebr.

דְּשָׁנוּת *Pinguedo*: מרוב השומן והדשנות Propter multitudinem adipis & pinguedinis, R. Levi Jobi 21.24.

דִּשְׁנָא *Munus, Donum.* Sic in Aruch: at in Talmud scribitur רִשְׁנָא, per Resch, Sanhed. fol.94.2.

דשר דִּשְׁרָא *Secale, frugis vilis genus*, de quo vide Plinium lib.18. cap.16. Gall. *Seigle*, quod à Latino deductum. Sic explicatur à R. Salomone in Pesachim fol.35.1. In Aruch *Spelta* exponitur.

דִּשְׁרִין Esth.1.6. pro וּכְשׁרִין.

דְּשַׁשׁ *Conculcare, Conterere, Comminuere. Affine Verbo* דוש, *unde etiam alii referunt illud ad ejus Pahel. Præteritum ex forma Pohel, quæ ad Pihel pertinet:* תַּמָּן דוֹשִׁישַׁת נַפְשִׁי Illic conculcavit anima mea, Judic.5.21. דוֹשִׁישִׁית מוֹאֲבָאֵי Conculcavi Moabitas, Psal.108.10. וְדוֹשְׁשִׁתִּנּוּן הֵיךְ גַּרְגִּישְׁתָּא Et comminui eos veluti glebam, Hebr. וְאֶשְׁחָקֵם Psalm.18.43. דוֹשִׁישׁוּ יָת אַחֲסַנְתִּי Conculcarunt hæreditatem meam, Jer.12.10. דוֹשִׁישׁוּ מַקְדָּשָׁךְ Conculcarunt sanctuarium tuum, Jesa.63.18. *Futurum*, אֲדוֹשְׁשִׁנֵּהּ Conculcem eum, Jesa.14.25. וַאֲדוֹשְׁשִׁנּוּן בַּחֲמָתִי Et conteram eos in furore meo, Jesa.63.6. וְהוּא יְדוֹשֵׁשׁ מְעִיקָנָא Et ipse conculcabit oppressores nostros, Psalm.108.14. חֵיוַת בָּרָא תְּדוֹשְׁשִׁנָּהּ Bestia sylvestris conculcabit eam, Jobi 39.15. *Ex forma regulari Præterit.* וְדַרְתָּנָא דְּשִׁישׁוּ בַּעֲלֵי דְבָבָנָא Et atria nostra conculcarunt inimici nostri, Esth.6.1.

מְדַשְׁדַּשׁ *Idem: Participium Præteritum sive Passivum Pahel*, כְּפֶגֶר מְדַשְׁדַּשׁ Sicut cadaver conculcatum, Jesa.14.19. *Ex Ithpah.* ומדשדש בתוביה Et conculcatur in medio ejus, Jesa.19.14. Lectio suspecta: nam Pronomen est sine antecedente Nomine. Regia בְּחוּבֵיהּ In peccato suo. Priorem adducit & R. David. Author Aruch *in* בת citat בְּתוּבֵיהּ, quæ lectio propiùs accedit ad fontem. Hebraicè est בְּקִיאוֹ In vomitu suo. Hoc Nomen etiam legitur Prov.26.11. כְּכֶלֶב שָׁב עַל קֵאוֹ, Targũ, הֵיךְ כַּלְבָּא דְהָפֵיךְ עַל תְּיוּבֵיהּ Sicut canis redit ad vomitum suum. Sic ergo & hîc leges בתיוביה In vomitu suo. Id contractâ pronunciatione in Aruch dicitur בְּתוּבֵיהּ. Possis & legere בְּתִיּוּבֵיהּ, ut sit ex Pahel, q.d. Ad redditionem suam. Nam *Vomitus* est cibi & potus redditio & ejectio.

דָּשׁוֹשׁוֹת *Molitores, Tusores, qui contundunt triticum, & ita contusum vendunt, ad pulmenta conficienda*, Germ. Stämpfer/ Moed katon cap.2. *Vel Molitrices. Nam fortè fœmininum est, quòd mulieres olim molere solerent in molis & moletrinis, ut apparet ex Matth.24.41. Talia sunt* גרוסות *de quo in* גרס, *item,* דרוכות *in* דרך. *Sic* נתיות, *quamvis id sit ex alia forma, in* נת.

דשתן דִּשְׁתָּנָא *Menstruata mulier*, Schab. fol. 110.1. & in Jalkut fol.38.2. *Persicum vocabulum est, ut apud Talmudicos videre est.* Legitur in Abhoda sara cap.2. & Beth Jacob fol.176.1. בְּמַאן קָרוּ פָּרְסָאֵי לְנִדָּה דִּשְׁתָּנָא מִהֲכָא כִּי דֶרֶךְ נָשִׁים לִי Quomodo vocant Persæ menstruatam? *Distana.* Unde? (ex eo quod Rachel dixit) *Quia consuetudo mulierum mihi est*, Gen.31.35. *Legitur & per* ם, דיסתנא, Taanith fol.22.1. *deinde* י *notat Chirek in principio, unde perperam ab aliis notatum* דִּשְׁתָּנָא.

דָּת דָּתָא *Edictum, Jus, Decretum, Sententia*: לְהַשְׁנָיָה זִמְנִין וְדָת Mutare tempora & jus, Dan.7.25. כְּדָת מָדַי Secundum statutum Medorum, Dan.6.8. וְדָתָא נֶפְקַת Et sententia egrediebatur, Dan.2.13. חֲדָא הִיא דָתְכוֹן Una est sententia vestra, Ibid.vers.9. *Plurale*, דָּתֵי אֱלָהָךְ Leges Dei tui,

tui, Efræ 7.25. *Apud Rabbinos,* דת הנוצרים Lex, id eſt, Religio Chriſtianorum: דרת הישמעאלים Religio Iſraëlitarum, Turcarum.

דתא דִּתְאָה *Herba, Herbula tenera primùm progerminans:* וְאַפֵּקַת אַרְעָא דִּתְאָה Et protulit terra herbam teneram, Geneſ.1.12. ואתחֲזִי דִּיתְאָה Et apparuit herba, Prov.27.25. סַף דִּתְאָה Conſumpta eſt herba, Jeſa.15.11. *Et cum duplici Aleph,* בְּדִתְאָא דִּי בָרָא In tenera herba agri, Dan. 4.12.20. *Plurale,* בְּהַנְיַת דִּתְאִין In amœnitate herbarum, Pſal.23.2. וְהַנְפֵּקַת אַרְעָא דִּתְאִין Et produxit terra herbas, Geneſ.1.12. in Jonath. דִּתְאִין דְעִסְבָּא Herbæ graminis, Jerem.14.5. *Hinc Verbum in Aphel, Herbaſcere, germinare: Futur.* תַּרְתְּאֵי אַרְעָא דִּתְאָה Herbaſcat terra herbulas, Geneſ.1.11. Hebr. תַּרְשֵׁא. Veneta תַּרְאִית. Si lectio hęc genuina, tùm facta eſt metatheſis literarum euphoniæ causâ ob concurſum ר & ת. Regia תַּדְאֵי, unde ת poſt ר excluſum. Analogia poſtulat תַּדְתֵּא, ad formam תַּדְשֵׁא, permutatis ש & ת, aut תַּדְתְּאֵי aſſumpto י ex quieſcentibus tertiâ ה.

דתב דְּתָבְרַיָּא *Legisſperiti, Jurisconſulti*, Dan. 3.2. R. Saadias notat, ſic dictos, quaſi דָּתֵיהֶם בָּרִיא Lex ipſorm pura, שהן יועצי המלך ודתם ועצתם ברורה Fuerunt enim conſiliarii Regii, & lex conſiliumque ipſorum erat illuſtre ac purum.

דְּתַן *Pinguedo, Hebr.* דֶּשֶׁן, *mutatis pro more* ש & ת, *Pſal.36.9. in Regiis, ſed pravè.* Veneta דְּתַן, *quod probum. Vide illic.*

ה

הָא הֵי הָא *En, Ecce, Hebr.* הֵן · הִנֵּה, *pro quibus in Targum uſurpatur:* הָא אָדָם הֲוָה יְחִידַי Ecce homo erat ſolitarius, Gen.3.22. הָא יְהַבִית לְכוֹן Ecce dedi vobis, Geneſ.1.29. וְהָא Et ecce, דְּהָא Quòd ecce: הָא כְּדִי Ecce ſicut, Perinde ac, Dan. 2.43. *Repetitum, valet Sive, Tam, Quàm:* הי באמצע תיבה הי בסוף תיבה Num in principio dictionis, an verò in fine dictionis.

Secundò, הָא · הָאי *Hic, Ille, Iſte, Hoc, Iſtud, Heb.* זֶה: *ut,* הָא לַחְמָא עַנְיָא Iſte eſt panis pauperis: הָאי גַּבְרָא Iſte vir: מאי האי Quid illud eſt? הָא בְהָא תַלְיָא Hoc ab illo pendet: בְּהָא שַׁעְתָּא In ipſa hora, Iſto momento vel puncto temporis: כְּהָא גַוְנָא Secundum hunc modum, Ruth.4.6. *Utroq; uſu conjungitur aliis vocibus ab initio:* ut, הָדָא Hoc ipſum, Hebr. הַהוּא · הַזֶּה, ex דָא & הָא: הָאֲנָא Ecce me, Geneſ.22.11. pro הנני in Targ. Jon. Compoſitum ex הָא & אֲנָא, ut diſtinctè habet Onkelos: וַאֲנָא הָאֲנָא Nam ego ecce ego, Geneſ.6.17. הָאן *Ubi, Ubinam?* Compoſitum videtur ex אָן & הָא, ſive הָן idem quod אָן. Vide paulò poſt.

Tertiò apud Talmudicos eſt Ergo, Igitur, Age ergò, particula quodammodò hortantis aut animum recolligentis: הָא בָּתַר הוא עָבֵיד Ergo quomodo ipſe facit?

* הָאֵל Vide infrà in חָל.

הָאן הָן *Ubi, Ubinam? Idem quod Hebr.* אָן: ut, וְהָאן אִמְּרָא Sed ubi eſt pecus? Geneſ.22.7. in Jonath. וְהָאן תְּרִיצִין Et ubi ſunt recti? Job.4.7. הָאן בֵּית אַרְכוֹנָא Ubi eſt domus principis? Jobi 21. 28. in Venetis: מִן הָאן יֵיתֵי סַעֲדִי Unde veniet auxilium meum, Pſal.121.1. ubi Regia מֵהָאן contractè. וְהָאן דֵּיכִי סַבְרִי Et ubi eſt iſta ſpes mea? Job.14. 15. וְחוּכְמְתָא מִן הָאן תֵּיתֵי Et ſapientia unde venit? Jobi 28.20. הָאן הֲוֵית Ubi fuiſti? Hebr. אֵיפֹה, Job. 15.23. Sic cap.20.7. *Compoſitum ex* הָא & אָן, *ſicut dicitur* מִנָּן, *pro* מִן אָן, *ut eſt in* אָן. *Alibi legitur* הָן *ſine* א, Jobi 24.25. in Venetis, Regia הָאן. Talmud. והן אשכחנן דר׳ מאיר פליג על רבנן Et ubi invenimus, quòd R.Meir diſſentiat à Rabbinis?

הָאק *Hinc in Venetis legitur* הָאִיק *corruptè pro* הָאִק *Effodit, ab* חָקַק *cujus formæ Verba ſic aliquando pro geminatâ litera ſuſcipiunt* א, *ex forma Quieſcentium ſecundâ. Sanè & in Hebraiſmo reperitur* בָּזְאוּ pro בָּזוּ.

הָאת הָאִיתָא *Butyrum*, Proverb.30.33. In Hebræo eſt חֶמְאָה, unde ſuſpicio legendum הֶמְאתָא.

הכי הָכִי *Sic, Ita, Heb.* כֵּן: ut, וַעֲבַד הָכִי Et fecit ſic: אֲפִילוּ הָכִי Etiamſi ita eſt: מְטוּל הָכִי *Propterea*, Pſal. 49. 15. לָא תֵימָא הָכִי Ne dicas ſic: הָכִי קָאָמַר לֵיהּ Sic dixit ipſi: אַדְהָכִי וְהָכִי *Interea*, id eſt, בְּתוֹךְ זְמַן *Interea temporis, cùm tempus ita tranſiret vel tranſiviſſet:* אַדְהָכִי וְהָכִי לִיגְמַע חַלָּא Interea ſorbebit, id eſt, bibet parum aceti, Avoda ſarah f. 11. 2. הָאוֹמֵר הָכִין Qui dixit ſic: הַשְׁתָּא דַאֲתֵית לְהָכִי Nunc verò poſteaquam deveniſti huc, Sanhedrin folio 104. 1. Hîc videtur idem eſſe quod לְהָכָא. *Apud Rabbinos etiam eſt, Tantundem:* כָּל הָכִי *Tantopere, apud Talmudicos:* כָּל הָכִי נִטְרַד הַהוּא גַּבְרָא Tantoperéne affligetur vir iſte? Sanh. fol. 107. 1. Rabbini vulgares id dicunt כָּל־כָּךְ.

הכל הֵיכַל · הֵיכְלָא *Templum, Palatium:* קֳדָם הֵיכְלָא Ante templum, Ezech. 41. v. 4. עַל אַפֵּי הֵיכְלָא דְבֵיתָא Ante templum domus, 1. Reg. 6. 3. לְהֵיכְלָא Templo, v. 5. קָלָא מֵהֵיכְלָא Vox è templo, Jeſ. 66. 6. לְהֵיכְלָא דְקוּדְשָׁךְ Ad templum ſanctitatis tuæ, Pſal. 5. 8. *Cum Aff.* וּלְבַקָּרָא בְּהֵיכְלֵיהּ Et ad inquirendum in templo ejus, Pſal. 27. 4. מִן הֵיכְלֵיהּ E templo ſuo, Pſalm. 18. 7. בִּמְצִיעוּת הֵיכְלָךְ In medio templi tui, Pſal. 48. 10. *Plurale,* וּבְנָא הֵיכְלִין Et ædificavit palatia, Hoſ. 8. 14. *Emphat.* מִן הֵיכְלַיָּא דִמְכַבְּשִׁין בְּשֵׁן E palatiis obductis ebore, Pſal. 45. 9.

Rabbini ex terna illa repetitione הֵיכַל יְיָ, Jer. 7. 4. *colligunt, Tria fore templa: unde tertium adhuc exſpectant.* Hinc ſcribitur in Naſir, fol. 31. תְּרֵי חֲרוּב וּשְׁלִישִׁי יַעֲמוֹד לְעוֹלָם Duo ſunt vaſtata, tertium autem ſtabit in ſæculum. *Jurabant etiam olim hac formâ,* הֵיכַל *Per Templum.* Exemplum legitur in Talmud Kidduſchin fol. 71. 1. ubi Rabbi Jochanan dicit: הֵיכְלָא בִּידֵינוּ הִיא *Per Templum,* in manibus noſtris eſt hæc res, in facultate noſtra, ſed quid faciam? Gloſſa, שְׁבוּעָה בְּהֵיכָלוֹ שֶׁל מָקוֹם Juramentum eſt, Per templum Dei. Exemplum hoc eſt temerarii illius juramenti, quod in Phariſæis reprehendit Chriſtus Matth. 23. 16. Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ οἱ λέγοντες, ὃς αὐ ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ

[illegible] &c. [illegible] vobis dices [illegible], Quisquis ju[illegible] [illegible] nihil [illegible]

[illegible] Præ[illegible] דאיך תַּרְעָא: ut, היך vel איך [illegible]
רכן Quemadmodum porta est alta: הָכֵן רָמָא Sic ipse est elatus in anima sua, הוא רָם [illegible] [illegible]do, in fine scribitur cum Pathach, [illegible]

[illegible] Talmu[illegible]icum vide in כון.

רבר דבירא Tenebræ: לא ניעול בר: אינש בחבורא N[illegible] ingredietur eam (domum) aliquis [illegible] in tenebris. Talm. Pesa[illegible]h. fol. 112.2. Gloss. [illegible] alias dicitur חבירא.

הל [illegible] פְּתַךְ טוּבָךְ לְהָלֵין דְלָא מַסְטוּ דִין Ap[illegible]stum iis, qui non pervertunt judi[illegible] Prov. [illegible].8. אַף הָלֵין לְחַכִּימֵי אֲמַרְנָא Etiam [illegible] sapientibus dico ego, Proverb. 24.23. Apud [illegible] [illegible] occurrit: ut, הָלֵין חַסְרִין Ista vel [illegible] sunt defectiva: הָלֵין זוגין Ista sunt paria [illegible]m.

הלא לְהָלְאָה, לְהַלָּא Ultra, Ulterius, Longè, Procul. [illegible] Temporis, ut Hebraicum הָלְאָה cui [illegible]ndet Non legi absq. ל ab initio: קְרִיב לְהָלְאָה [illegible] ult[illegible]us, Genes. 19.9. cum ה in fine, ad [illegible]mam Hebraicam. Sic Gen. 35.21. יְרַחִיק לְהָלָא Removeb[illegible] illuc, Numer. 17.2. ubi Jonathan להלא pro להא ut videtur: Attamen & Gen. 32. 24. in Jon. legitur מִן הָאֵל לְגַהְלָה Ultra fluvium כְּבַן וּלְהָלְאָה Ab hinc & ulterius, Jesa. 18.2. מיומא תמינאה ולהלאה A die octavo & ultrà, Lev. 22.27. Targum Hierosolymitanum וּלְהַלָּן, quomodo Rabbinis & Talmudicis frequens: ומה להלן בלשון הקודש אף כאן בלשון הקודש Quod illic [illegible] dicitur, etiam hîc in lingua Sancta est: מה להלן ממון אף כאן ממון Quod ibi Mamon significat, etiam hîc Mamon est, & sic frequenter.

הלא Laborare. Ab Hebræo לָאָה, per transpositionem literarum. Futurum, לָא יְהַלוּן לריקן Non laborabunt in vanum, Jesa. 65.23. Sic Jerem. 51.58. In Pahel, הלי Defatigare: דְאַתּוּן מְהַלִּין יָת נְבִיַּיָא אֲרֵי תְהַלוּן אַף יָת פִּתְגָמֵי אֱלָהִי Quòd defatigatis Prophetas, quia defatigatis etiam verba Dei, id est, Deum, Jesa. 7.13. Hæc in Venetis mendosè scribuntur per ח, ac si essent à חלא.

הלב הַלְבּוֹשׁ Cicatrix, Vibex, Plaga, Vulnus: Vomica: הַלְבּוֹשׁ חֲלַף הַלְבּוֹשׁ Plaga pro plaga, Exod. 21.25. in Jon. Plur. אֶמְנֵי כָּל הַלְבּוֹשַׁי Dinumerabo omnes cicatrices membrorum meorum, Psal. 22.18. In Venetis ab initio legitur הל. Quibusdam est ה articulus more Hebraico. sed [illegible]daica lingua istius literæ usu ab initio vocum caret. Nec simpliciter est Crusta, vel, Obductio vulneris, ejus quasi Indumentum à לבש, [illegible] Vibex, Plaga, Vomica: אתמסי הַלְבּוֹשַׁי Tabuerunt plagæ meæ, Psalm. 38.6. Sic Jobi 9.17. הלבן Legitur in Aruch in הלב, sed legendum חלבן. Vide חלב.

הלד הולד Holad, nomen proprium urbis inter Midjanitas, ubi bonorum camelorum fuit copia, Jesa. 60.6. Hebr. עֵיפָה.

הלה אלא עומד מבחוץ והלה מוציא לו משכון Illic: Sed stat extra, & illic educit pignus: והלה נכנס מוציא לו משכנו Et illic ingreditur, & educit sibi pignus suum, Metzia fol. 113.2.

הלו הַלְוַאי יִשְׁמָעֵאל יִתְקַיַּם Utinam: Utinam Ismael firmus persistat, Hebraicè לו, Genes. 17.18. הַלְוַאי דְעַמִּי יִשְׁמַע לִי Utinam populus meus obtemperasset mihi, Psal. 81.14. Idem cum לו.

הלח הילח Vas dactylorum, in quo dactyli seu fructus palmæ colligi solent. Sic pro uvis, olivis, aliisq; fructibus colligendis, peculiaria vasa sunt. In Gemara, תמרי בהילוך לבי סודנא רהוט Dactyli quamprimum fuerint in vase tuo, ad domum Sodnæ currito, Pesach. fol. 113.1. Sic citatur in Aruch: sed in Gemara legitur בלחוך, & in glossa marginali בחלוך. Est autem Proverbialis sententia, quâ monebant, etiam minima quæq; ad lucrum œconomicum esse trahenda. Dactyli, poma, pira, & similes fructus, ubi collecti fuerint, vendendi sunt, ut pretium aliquod inde colligatur, ad usus magis necessarios in re œconomica. Sodna rei familiaris & œconomiæ fuit & studiosissimus, & peritissimus, sic dictus, quòd penes ipsum semper fuerit סוד נאה Sod naeh consilium pulchrum & utile ad res distrahendas, & œconomiam rectè instituendam.

הלי הליסטון הליסטין Solare, Sole siccatum vel adustum, ut Hebræi exponunt. Deducunt à Græco ἥλιος, q. ἡλιοειν, vel ἡλιακαυσιν. Apud Talmudicos in Menachoth cap. 6. sect. 6. ubi recensetur quænam vina ad sacrificia sint apta & convenientia, & quæ non, dicitur inter cætera; אין מביאין הליסטין Non adferunt (scil. ad sacrificium) הליסטין vinum solare, id est, vinum quod ex uvis soli expositis & siccatis confectum est. Sic exponunt Hebræi. In Bava bathra fol. 97.2. legitur eodem sensu יין הליסטון. Si expositio bona est, tale genus vini erit, quale describit Plinius lib. 14. cap. 8. Apud Græcos, inquit, jure clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt Bion, ad plurimos valetudinum usus excogitatum, ut docebimus in parte medicinæ. Fit autem hoc modo, Uvæ paulum ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum: quarto exprimuntur, deinde cadis sole inveterantur, cui marinam aquam largiorem miscent, &c. Idem ibid. cap. 19. scribit, Nefas esse vina Græca diis libare, quoniam aquam

habeant. In Mischnajoth Bartenorę scribitur אליוסטון. Itaquoq; Baal Aruch scribit per Aleph ab initio אליוסטון & explicat יין שחור שיש בו טעם שמש Vinum nigrum, in quo est sapor solis, q.d. *Vinum insolatum*, ut Columella dicit de uvis, *Uvæ commodiùs insolatæ percoquuntur.* Quid si הליסטון esset à Græco ἥλιος, q.d. ἡλιακὸν vel ἑλληνικὸν *Vinum Græcum!*

הֲלַךְ *Ire, Ambulare, Proficisci. Infinit. cum Fut.* מְהָלָךְ יְהָלֵךְ Eundo ibit, Psalm. 126.6. וּלְמְהַלָּכָא בְּגָלוּתָא Et ire in captivitatem, Cant.1.7. *Pahel* הַלֵּךְ *Idem*: דִּלָא הַלֵּךְ Qui non ambulat, Psal.1.1. דִּי הַלֵּךְ תַּמָּן דָּוִד Ad quæ ivit David, 1.Sam. 30.31. וְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ בְּדַחַלְתָּא דַיְיָ Et ambulavit Enoch in timore Domini, Gen.5.22. וַאֲנָא הַלֵּכִית קֳדָמֵיכוֹן Et ego ambulavi coram vobis, 1.Sam.12.2. חֲכִיר הַלֵּכִית Atratus incedo, Psalm.38.7. וְהַלֵּכִית בְּקוּשְׁטָךְ Et ambulavi in veritate tua, Psal. 26.3. הַלֵּכְתָּא Ambulasti, Jobi 38.16. בְּכָל אוֹרְחָא דִּי הַלֵּכְתּוּן In omni via quâ ivistis, Deuteron.1.31. דִּי הַלֵּכְנָא עִמְּהוֹן Quibus ivimus cum ipsis, 1.Sam.25.15. *Partic.* וּמְהַלֵּךְ תְּרִיצָאִית Et ingreditur rectè, Prov.23.31. וּמְהַלְּכָא תֵיבוּתָא Et ambulabat arca, Genes.7.18. שְׁכִנְתֵּיהּ מְהַלְּכָא Majestas ejus ambulat, Deut.23.13. דִּמְהַלֵּךְ בִּתְמִימוּתֵיהּ Quia ambulat in integritate sua justus, Prov.20.7. רַשִּׁיעַיָא מְהַלְּכִין Impii obambulant, Psal.12.9. *Infinitiv.* לְהַלָּכָא בְּהוֹן Ad ambulandum in eis, Levit.18.4. לְהַלָּכָא בְאַרְעָא Ad obambulandum in terra, Zach.1.10. *Imperativus,* הַלֵּךְ בְּאַרְעָא Ambula in terra, Genes.13.17. הַלִּיכוּ בְאַרְעָא Et ambulate in terra, Zach.6.7.& Jos.18.8. *Futur.* צִדְקָא קֳדָמוֹי יְהַלֵּךְ Justitia ante eum incedet, Psal.85.14. *Ex Ithpahel Futurum*, אֶתְהַלֵּךְ בִּשְׁלֵימוּת לִבִּי Ambulabo in perfectione cordis mei, Psal. 101.2. אֶתְהַלֵּךְ קֳדָם יְיָ Ambulabo coram Domino, Psal.116.9. *Deinde in Pahel aliquando est Ducere, Deducere*: ut, וְהַלֵּיכִית יָתְכוֹן אַרְבְּעִין שְׁנִין Et duxi vos quadraginta annis in deserto, Deuter.29.4. Heb. וָאוֹלֵךְ. *Apud Rabbinos*, מהלכי שתים Ambulantia duobus sc. pedibus, *Bipeda.*

הִלּוּךְ *Itio, Incessus, Ambulatio*: הִלּוּכָךְ תְּהֵא בְּנַחַת Incessus tuus sit lentus, מָתוּן tardus, נָחוּץ incitatus, velox. *Vulgò in quotidiano sermone Judæi hac voce Pestem, Pestilentiam vocant in diris & imprecationibus*; daß dich der Hilluch ankomme/ &c.

הֲלִיכָה *Idem*: Plurale הֲלִיכוֹת שְׁכִנְתָּךְ Incessum majestatis tuæ, Psalm. 68.25. Vide in ישב, in יתיבה.

לְכַת *Idem*: Infinitivus loco Nominis, etsi ea forma sit à יְלַךְ. *Inde*, כוכבי לְכַת *Stellæ ambulationis*, id est, *Erraticæ.*

הֲלָךְ *Vectigal, Tributum transeuntium*, Esræ 4.v.13.

הֲלָכָא Vide in בָּא.

הֲלִכְתָא, הֲלָכָא, הֲלִכְתָּא *Via, Iter, ... Gressus, Ingressus: Metaphoricè Consuetudo, Mos, Ritus, Judicium*: ut, ... בְּהִלְכְתָא תְרִיצְתָא Deduc me in via recta, Hebr. בְּאֹרַח, Psal.27 ... דִּין וְהִלְכְתָא Jus & judicium, Heb. דִּין וּמִשְׁפָּט, ... 36.17. אִין תִּתֵּל הִלְכְתָא לַחֲגִירָא Si dederis amb... tionem claudo, Hebr. שֹׁקַיִם, Proverb.2... יְסוֹבֵר מִלּוֹי בְּהִלְכְתָא Prudenter moderatur v... sua secundum judicium, Heb. בְּמִשְׁפָּט Psa..11... כְּהִלְכְתָא קַדְמָאָה Secundum consuetudinem ... rem, Gen.40.13. Sic, חוּס עֲלַי כְּהִלְכְתָא Mi... mei secundum judicium vel consuetu... (tuam) Psal.119.132. ... דִּכְתִיב וְחָתִים כְּהִלְכְתָא scriptum & obsignatum erat secundum con... tudinem, Jer.32.11. ...לְכָּא קָאֵם עַל אִסְטְוָנָא כְּהִלְכְתָא Rex stabat in porticu secundum consue... tudinem, ut mos erat, 2.Reg.11.14. *Construct.* ... כְּהִלְכַת רַבְנוּתֵיהּ וּזְעִירָא כְּהִלְכַת זְעִירוּתֵיהּ Major (sed... bat) secundum rationem majorennitatis s... & minor secundum rationem minorennita... suæ, Gen.43.33. in Jon. *Cum Affix.* וֵאלָהָא מְתַקֵּן הִלְכָתֵיהּ Et Deus dirigit ingressum ejus, Hebr צַעֲדוֹ, Prover.16.9. גְּבַר כְּהִלְכָתֵיהּ Quisque se... dum judicium suum, Hebr. כְּמִשְׁפָּטוֹ, 1.Reg.4. ... כְּהִלְכָתְהוֹן Secundum rationem vel consuetu... nem ipsorum, Levit.23.42. in Jon. *Plura...* וְעַנְיָךְ בְּהִלְכַת דִּינָא Et pauperes tuos (judicabit) ... viis vel rationibus judicii, Heb. בְּמִשְׁפָּט, Psal.72. v.2. אַעְדִּי הִלְכַת דִּינִי Abstulit rationes judicii mei Heb. מִשְׁפָּטִי Judicium meum, Jobi 27.2.

Deinde הֲלָכָה & הִלְכְתָא *apud Rabbinos & Talmudicos est Constitutio juris, Sententia, Decisio, Traditio decisa, & usu ac consuetudine recepta & approbata, secundum quam Incedendum & vivendum. Gerson reddit Germanicè* Ein Endvrthel. Hinc sæpè reperitur apud Talmudicos, הלכה כמותו Decisio est secundum ipsum: vel Chaldaicè, הלכתא כריש לקיש Decisio, Constitutio est secundum Resch Lakisch: הלכתא כרבינא לקולא Decisio est secundum Rabbenam. Hinc dicunt etiam, כל השונה הלכות מובטח לו שהוא בן העולם הבא *Quicunque discit halachos, is promissionem habet, quòd sit filius sæculi venturi*, Megilla folio 28.2. Item, כל המונע הלכה מפי תלמיד אפילו עוברין שבמעי אמו מקללין אותו *Quicunque denegat aliquam sententiam juris discipulo, ei etiam embryones in visceribus matris ipsius maledicunt*: Sic dixit R. Chasida: se... Raf Jehuda dixit; כל המונע הלכה מפי תלמיד כאילו גוזלו מנחלת אבותיו *Quicunque subtrahit sententiam vel Lectionem juris à discipulo, perinde facit ac si privaret eum hæreditate majorum suorum*, Sanhed. fol.91.2. הלכה למשה מסיני *Sententia vel Consuetudo Mosis de monte Sinai.* Sic loquuntur de traditione certa, quam cõstat per oralem accep...

... usque ad posteros permanasse. ... בר הלכות vel Chaldaicè בר הלכן Filius ... onum Talmudicarum, qui novit ... ententias & constitutiones Juris: הלכות Sententiæ decisæ & pronunciatæ. הלכות ... Consuetudines civitatis, Bava metzia cap. ... Mena. Baal Aruch scribit; פירוש הלכתא דבר שהולך ובא מקדם ועד סוף או שישראל ... כאשר תאמר בלשון ישמעאל ... idest, Hilcheta ... venit ab initio usque ad finem: vel, In ... inc... bunt & ambulant, quemadmodum ... ... itur dicitur אל סורה. Ex hac signi... ... Eccles. 12.12. ורבני סנהדרין מרי הלכתין ... doctores synedrii qui sunt do... consuetudinum sive constitutionum juri... ...um & a...riarum.

מהלך *Itio, Ambulatio, Iter: Ambulacrum, Deambulatorium.* מהלך יומא חד Iter diei unius, Jonæ 3. v. 4. מהלך עשר אמין Ambulacrum decem cubitorum, Ezech. 42. 4. Apud Rabbinos Astronomos est Motus planetarum, id est, Itio ipsorum: מהלך הנוד Motus irregularis, מהיר Velox, מתון Tardus: שני מהלכים Duo motus.

הלל *Laudare, Collaudare, Heb. Rabbini etiam per synecdochen accipiunt pro, Laude vel hymno nuptiali celebrari.* Sic accipiunt illud, ובתולתיו לא הוללו Et virgines ejus non fuerunt ...tæ, Psal. 78. 63. scil. epithalamio, hoc est, לא ראו חופה Non viderunt nuptias, ut Aben Esra explicat, vel לא נכללו לאפריון וחופה Non fuerunt relatæ in lectum & thalamum nuptialem, ut R. Salomon reddit. Nulli enim juveni nubere poterant, quòd omnes essent mortui. Sic manserunt innuptæ, & epithalamiis non celebrabantur, ut fieri lætitiæ & honoris causâ solebat.

הלל *Laudatio: Hymnus: Ita κατ' ἐξοχὴν appellant Judæi Hymnum quendam, qui complectitur Psalmum 113. 114. 115. 116. 117. & 118. uti videre est in libris Precum, & Ritualibus ipsorum. Dicunt autem hymnum istum in* ראש חדש *Principio mensis,* בחנכה *in festo Dedicationis, &* בשלש רגלים *In tribus festis majoribus, nempe,* שבועות *Septimanarum,* סוכות *Tabernaculorum,* ופסח *& Paschatis, sicut iterum annotatur in libris precum, in vestibulo hujus hymni. Hymni hujus duas constituunt partes; prima continet Psal. 113. & Psal. 114. usque ad* למעינו מים, *quæ sunt verba ultima illius psalmi: altera continet Psalmos reliquos. Primam partem in festo Paschatis recitare solent antequam accumbant & cibum sumant: Alteram post sumptum cibum, quando quartum & ultimum poculum biberunt, additâ alia benedictione, quam* ברכת שיר *Benedictionem cantici vocant, & incipit* יהללוך יי כל מעשיך וכו׳, *solenni item illâ benedictionis formula,* ברוך בורא פרי הגפן *Benedictus sit qui creat fructum vitis, &c. Et sic cœnam Paschalem claudunt. Consuetudinem hanc esse antiquam inde patet, quòd ejus mentio fiat in Talmud in Pesachim, fol. 117. col. 1. & seqq. ubi varia de eo disputantur: Quis, nempe ejus author fuerit? de quo variæ sunt Doctorum sententiæ. Concludunt tamen, à Prophetis hoc Israëlitis præscriptum esse. Cur & quas ob caussas hunc hymnum potius quàm alios recitent? &c. Videri potest quoque de his Abarbenel in libro* זבח פסח *folio 51. &c. Hymnum hunc quoque vocant* הלל מצרי *Hymnum Ægyptium, propterea quod dicatur propter egressum ex Ægypto, Abarbinel dicto loco.* Paulus Episcopus Burgensis vult, hunc Hymnum ex consuetudine Judæorum recitasse Apostolos post Cœnam Paschalem, & de eo intelligendum, quod Matth. cap. 26. 30. ait, Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Quod omninò est probabile. Nam cùm in cæteris constet Christum cum Apostolis Judæorum ritum in comedendo Paschate observasse, probabile est, illum & hîc eos secutum fuisse. Et quia Poculum illud, cujus ver. 27. fit mentio, procul dubio fuit quartum & ultimum, fortè etiam, ut suprà dictum, de altera duntaxat parte accipiendum erit. Verba Pauli ad Psal. 113. sunt hæc: *Iste Psalmus cum quinque sequentibus, usq; ad Psalmum Beati immaculati exclusivè, vocatur ab Hebræis* Hallelujah magnum, *id est, Hymnus magnus, de quo singularem faciunt solennitatem. Nam in tribus præcipuis festis, & in neomeniis stantes istum hymnum cum majore cantant solennitate quàm cæteros Psalmos totius Psalterii. Insuper in nocte Paschæ, quum agnus Paschalis comedebatur, post ejus comestionem recumbentes ad mensam istum hymnum solemniter dicebant. Unde de hoc hymno, ex istis sex Psalmis composito, intelligi debet illud, quod in imminente Passione Matth. 26. capite legitur, Hymno dicto, &c. eò quòd Christus post agni Paschalis comestionem, hujusmodi ritum consuetum servans, hymnum prædictum cum Apostolis recitavit: quia etiam Hebræi hodie, agno paschali carentes, in illa nocte, scil. Paschæ istum hymnum cum azymis solemniter, prout possunt, cantant.* Hactenus ille. De re ipsa nil dico. Certum est, ut ostensum, Judæos hoc hymno in festo Paschatis uti. Verosimile omninò, Christum ipsorum consuetudinem observasse; Sed quod dicit, illos Hymnum istum, qui dictos Psalmos continet, vocare *Hallelujah magnum*, illud apud Hebræos non reperio. Sed ubique tam in ipso Talmud, quàm in Ritualibus & libris Precum הלל absolutè vocatur. Mentio tamen quoque fit הלל הגדול *Hallel sive Hymni magni.* Sed aliter ab Hebræis definitur. Nam in Talmud Pesachim

chim fol. 118. col. 1. ab initio ita legitur: תנו רבנן רביעי גומר עליו את ההלל ואומר הלל הגדול דברי ר' טרפון ויש אומרים רועי לא אחסר hoc est, *Tradiderũt Rabbini nostri, Ad quartum* (scil. poculum) *absolvit* τὸ Hallel, *& dicit* Hallel *sive* Hymnum magnum, *juxta verba R. Tarphonis. Quidam dicunt;* Pastor meus, non egebo. In R. Alphes scribitur; *Ad quintum poculum dici Hymnum magnum.* Et sic in Majemone in Hilchos חמץ ומצה cap. 8. sect. 10. & eũdem Hymnum, ut sequitur, definit. Quintũm autem poculum dicit esse arbitrarium, non חובה debitum. Sequitur in Talmud: מהיכן הלל הגדול ר' יהודה אומר מהודו עד על נהרות בבל ר' יוחנן אומר משיר המעלות עד נהרות בבל רב אחא בר יעקב אמר מכי יעקב בחר לו יה עד נהרות בבל hoc est, *Unde autem incipit* Hallel haggadol, hoc est, *Hymnus magnus? R. Jehudah dixit, A*, Laudate (Psal. 118.) *usq; ad;* Ad flumina Babelis (Ps. 137.) *R. Jochanan dicit; A*; Canticum graduum (Psal. 120.) *usque ad;* Flumina Babel. *Raf Acha bar Jacob dixit; A*, Quia Jacob elegit sibi Jah (Psal. 135. 4.) *usque ad*, Flumina Babel. Iterum: ולמה נקרא שמו הלל הגדול אמר ר' יוחנן מפני שהקב"ה יושב ברומו של עולם ומחלק מזונות לכל בריה׃ hoc est, *Quare autem vocatur Nomen ejus* Hallel haggadol *Hymnus magnus? Dixit R. Jochanan, propterea quòd Deus Benedictus sedet in altitudine, hoc est, altissimo loco mundi, & distribuit alimenta omnibus & singulis creaturis;* והיינו דבר גדול *Et hoc est res magna*, ut in glossa additur. Sic legitur in Orach Chajim num. 480. *In poculo quarto incipit;* Non nobis Domine (Psal. 115.) *&c. & absolvit in eo* (scil. poculo) τὸ Hallel, *& non dicit* יהללוך, *sed postea quam absolvit* Hallel, *dicit* Hallel haggadol *Hymnum magnum, qui est à*, Laudate Psalm. 118. *usque ad*, Flumina Babel &c. Mentio *Hallel haggadol Hymni magni* quoque fit in Tractatu Talmudico Taanijoth cap. 3. in fine Mischnæ: *Accidit aliquando, ut indixerint jejunium* (pro pluvia scil.) *in Lud sive Lydda, & descenderunt ipsis pluviæ antè meridiem: Dixit ipsis R. Tarfon, Ite, edite, bibite, & facite diem bonum. Exierunt itaque, & ederunt, & biberunt, & fecerunt diem bonum, & venerunt inter duas vesperas, & legerunt* Hallel haggadol *Hymnum magnum.* Hîc Majemon aliter definit in suis Comment. Hymnum magnum, quàm suprà. Scribit enim; *Hallel haggadol est ab* הודו לה׳ (Psal. 118.) *usque ad* שיר המעלות (Psal. 120.) *Quòd autem injunxit eis, ne legerent Hymnum magnum, donec comedissent & bibissent, ideò fecit, quia immotum hoc est apud nos principium:* אלא בנפש *Non dicendum esse Hymnum magnum*, שבעה וכרס מלאה *nisi animâ saturâ, & ventre pleno.* Idem scribit Bartenora. In Talmud Hierosolymitano, in verbis Mischnæ ad[illegible]tur; איזהו הלל הגדול? *Quodnam est* Hallel haggadol? הודו לאלהי האלהים כי לעולם חסדו הודו לאדני האדונים וגומר *Laudate Deum Deorum, quia in sæculum benignitas ejus: &, Laudate Dominum Dominorum, &c.* Caussa diversitatis hujus fortè consistit in diversitate festorum: ita ut pro illorum, aut beneficiorum diversitate, diversi quoque sint *Hymni*, qui *magni* vocantur. In hoc tamen ulterius adhuc est inquirendum. Ex allegatis testimoniis hoc videtur liquere, in festo Pas[illegible] Hymnum magnum non vocari ab Hebræis[illegible] quem voluit Burgensis, cùm Talmudici apertè distinguant: sed *Hallel* simpliciter. Joseph[illegible] Scaliger in De Emend. Temporum fol. 537. [illegible]tat quoque ex Canone Talmudico quodam: אסור לאכול כלום אחר כוס הלל *Vetitum est quidquam comedere post Poculum Hymni.* Ego כוס הלל nullibi reperio: sensus tamen hîc est Talmudicorum: Nam Rambã in *Hilchos Chametz umazzah* scribit in descriptione mixtionis & benedictionis poculi quarti: אינו טועם אחר כך כלום *Non gustat postea quicquam amplius.* Porrò in transitu duo alia, quæ mihi, dum hæc inquirerem, inciderunt, monebo. Quod Christus illic de poculo dicit, *Bibite ex eo omnes*, videtur & in eo respexisse ad consuetudinem Judæorum. Expressa enim lex est apud ipsos, ut ex illis quatuor poculis omnes præsentes in cœna paschali bibant, sive sint viri, sive mulieres, sive adulti, sive parvuli, præsertim de poculo quarto & ultimo, Vide Abarbenelem in זבח פסח fol. 60. 1. & Orach Chajim sub numero 472. Deinde, quòd tradito discipulis poculo, dixit, *Non bibam ab hoc tempore ex fructu vitis*, &c. ejus quoq; occasionem sumpsisse videtur ex Judæorum consuetudine, quâ vetitum erat, exhausto poculo, plus vini eâ nocte gustare: Ita enim expressè traditur in Orach chajim num. 481. אחר ארבעה כוסות אינו רשאי לשתות יין אלא מים *Post quatuor pocula non licet bibere vinum, sed aquam.* Dicit ergo Christus, se & in hoc nil contra ipsorum traditiones facturum; sed ita, ut non solùm non eâ nocte nullũ amplius vinum sit gustaturus, sed toto eo tempore, quo adhuc in mundo sit futurus, &c. Hæc occasione vocis הַלֵּל.

הִלּוּלָא הִלּוּל *Laus, Laudatio: synecdochicè Epithalamium, Carmen nuptiale, & inde Nuptiæ, quòd* הִלּוּלִים *sive Epithalamia in illis canerentur:* לְמִמְאֵי וְהִלּוּלָא Ad ducendum choreas cum lætitia, Eccles. 3. 4. גנונא דהלולא Thalamus nuptialis, Exod. 2. 1. in Jon. בית הִלּוּלָא *Domus nuptialis*, vel laudum nuptialium. Notatum id à Kimchio, ad Psalmum 78. v. 63. *Apud Talmudicos*, חטוף ואכול חטוף

חטוף ואישתי רעלמא ראזלינן הלו... *Celeriter* [illegible] *rape & bibe: nam mundus hîc* [illegible] *nuptiali festo similis est*, Erubh. fol. 54. 1. Si habes opes, unde posis tibi benefa[illegible] [illegible] in crastinum differre: quia mun[illegible] [illegible] nuptiali similis est, quod hodie du[illegible] [illegible] no die non. Sic tu hodie vivis, cras [illegible] morieris. In eum sensum sequitur ibi בני אם יש לך היטב לך שאין בשאול [illegible] *Mi fili, si sit tibi,* [illegible] *nam in sepulchro nulla voluptas*, ואין למות התמהמה *neq; ullam largitur mors dilationem.* Ecclesiastici cap. 14. v. 11. iisdem ferè verbis [illegible], *pro eo quod habes, benefac tibi ipsi: & Memento mortem moram non facere.*

תהלה *Laus, Laudatio: Plur.* תהלים & תהלות. ספר תהלים *Liber laudum, Psalmorum Davi*[illegible]. *Id etiam contractè dicunt* תלים: ut, ואיתו תלים Et [illegible] erunt Psalmos, Talm. Abhoda sara fol. 19. 1. המתפרש בתלים Quæ explicatur in Tillim, R. Sal. Levit 11. כראיתא בתלים Sicut est in Psalmis.

הלל *H*[illegible]*l, olim Hellel, ut Emmanuel & Imma*[illegible]*, de qua scriptione vide Drus. Observ. l 9. cap. 1. Princeps fuit Pharisæorum suo tempore, certæ sectæ, familiæ sive Scholæ caput, quæ ab illo nomen ducebat, & appellabatur* בית הלל *Hillel Babylonius, ut legi*[illegible] *in Talmud Pesachim fol. 66. 1.* אדם אחד היה שעלה מבבל והלל בבלי שמו Homo quidam fuit, qui venit ex Babylonia; unde Hillel Babylonius vocatur. *Habebat adversarium Schammai, qui & ipse sectæ caput fuit, quæ vocata fuit* בית שמאי *Domus Schammai. Inter Hillelistas & Schammaistas perpetuum fuit dissidium in doctrina, ut ex toto Talmud videre est. Vixerunt tempore Cæsaris Augusti & Herodis, annis quadraginta circiter ante natum Christum, juxta Chronicon Hebræum Tzemach David. Attigit ætatem centum viginti annorum, unde appellatus fuit* הלל הזקן *Hillel senex. Princeps fuit, & Principatus in ejus familia mansit per decem generationes*, id est, *quadringentos ferè annos, usq; ad alium Hillelem, qui vocatus fuit Hillel hannasi*, id est, *Princeps. Principium principatus ejus fuit annis centum ante vastationem Templi secundi, ut scribitur in Talmud, lib. de Sabbatho cap. 1.* [illegible] *meminit, Elias in præfatione libri Methurgeman. De ejus discipulis in Gemara legitur:* Octoginta discipuli fuerunt Hilleli seni: triginta ex illis digni fuerunt divinæ Majestatis præsentiâ, uti Moses propheta. Triginta alii digni fuerunt, quorum causâ consisteret Sol, ut propter Jehosuâ filium Nun. Viginti medii sive mediocres fuêre, quorum maximus fuit Jonathan Uzielis filius; minimus, Rabbi Jochanan Zachæi filius. De hoc traditum est, quòd nihil magnum aut parvum, in Lege, in Talmud, traditionibus, ritibus, subtilitatibus scribarum, & omnis generis doctrinæ ipsum fugerit. Quòd si minimus talis fuit, quanto major scientia in maximis? De Jonathane quoque tradiderunt, quòd quo tempore operam legi daret, omnes aves supervolantes ipsum, momento exustæ sint. Legitur in Succa fol. 28. 1. & Bava bathra fol. 134. 1. Vide quoque quæ de Hillele scribit Epiphanius lib. 1. contra Hæreses.

הָלַם *Contundere, Obtundere, Heb. Apud Rabbinos est Retundere, Refellere, Refutare:* והדעת הזאת קשה עלי מאד להולמו Sententia hæc difficilis admodum est mihi ad refutandum, vel convellendum.

הולמות *Refutatio, Discussio:* סתירה הצריכה להולמות Repugnantia quæ opus habet refutatione vel discussione, Meor enajim fol 69 1.

Deinde הָלַם *Congruere, Convenire, Quadrar*[illegible]: הולמת *Congruum, Aptum. Conveniens.* In Talmud Avoda sara fol. 44 1. disputant in Gemara, quomodo intelligendum sit, quod 2. Sam. 12. 30. legitur; *Tulit autem (David) coronam Regis eorum (Ammonitarum) de capite ejus, cujus pondus erat talentum auri, & lapis pretiosus, & fuit super caput Davidis*; Quærunt itaque quomodo David eam gestarit, cùm tanti ponderis fuerit, & quomodo capiti Davidis convenerit & congruerit? Ibi inter cætera, quæ hîc non necesse est commemorare, dicitur, הוה מניחה במקום תפילין והולמתו Posuit eam in locum Tephillin, & aptè congruit ei: Et mox: עדות הוא זה לבית דוד שכל הראוי למלכות הולמתו וכל שאינו ראוי למלכות אין הולמתו Testimonium hoc est domui Davidis, ut omni qui regno dignus est, congruat (scil. corona) & omni ad regnum inepto non conveniat. Glossa, והולמת · יושבת לראשו יפה ומכוונת למדת ראשו id est, הולמת idem est quod יושבת insidet pulchrè capiti ejus, & quadrat mensuræ capitis ipsius. Sic in glossa altera מיושבת ומכוונת לראשו. Ita dicitur ibidem de Adonijah: ואדניה בן חגית מתנשא לאמר אני אמלוך אר יהודה אמר רב שביקש להולמו ולא הולמתו *Et Adonijah filius Haggith efferebat sese dicendo; Ego regnabo*, 1. Reg. 1. 5. Rabbi Jehuda dixit, Raf dixit, illum voluisse eam sibi adaptare, sed non congruisse ipsi. Idem legitur in Sanhed fol. 21. 2. Baal Aruch sic exponit; Quæsivit ut concavitatem coronæ caput suum impleret, & cavitas coronæ firmiter resideret super capite suo, sed non quadravit ei, &c. *Hinc patet, Munsterum & Guidonem minimè assecutos esse mentem Aruch*, qui hîc posuerunt הַלְמְתָא *Ineptum, Incongruum. In Aruch in radice* הלם*, idem hic locus adducitur per Cheth, ad explicationem vocis* חֲלִים*, quæ lectio fortè melior.*

הלמא הלמי · הלמי Salsugo, Salsilago, Aqua salita ad pisces vel carnes conservandas, Muria. Hanc Sabbatho facere prohibitum: unde, אין עושין הלמי בשבת, Schabbas fol.108.2. Legitur & in Eruvin fol.14.2. Guido putavit esse compositum ex Græco ἅλς Sal, & Hebræo מי Aqua. Sed est merè Græcum ἅλμη, Gallicè Saulmure; quod R.Sal. scribit שלמוירא.

חַלְמוֹן. Adducitur hîc in Aruch, sed in Targum, & apud Talmudicos legitur חַלְמוֹן. Vide ibid.

הלן הֲלִין · לְהַלְּן Vide suprà in הל.

הֶלֶינִי Helena, regina לוד Lydiæ, Succa folio 2.2.

חלנוא Vide in מלן.

הלק הִילֵק Nomen proprium, Sanhed. fol.98.2. In Cholin fol.19. scribitur חִילְק, & sic in Aruch.

הַלְקוּם · הַלְקִי · הַלְקָט Vide in לקם.

הם Hebr. Ipsi. Chaldaicè הִמּוֹ, vel cum ב paragogico הִמּוֹן: ut, וּנְשָׂא הִמּוֹן רוּחָא Et abstulit eos ventus, Dan.2.34. Alio usu ab הם est הימנו Ab ipso, pro ממנו, unde mirum quomodo ם in ה transierit, A te, idem quod מִמְּךָ.

המה Tumultuari, Strepere, Perstrepere, Sonare, Resonare, ut in Hebræo: Participium, הָמֵי לִי לִבִּי Perstrepit mihi cor meum, Jere.4.19. הָמֵן כְּכִנָּרָא Sicut cithara sonabunt, Jesa.16.11. מֵהֲמֵי אֱנָשָׁא Tumultuantes præ multitudine hominum, Mich.2.12. וְהָמֵן גַּלּוֹהִי Et perstrepunt fluctus ejus, Jerem.5.22. Ex Aphel Partic. כְּמַהֲמֵי יַמָּא הָמַן Sicut sonitum edunt maria, resonabunt, Jesa.17.12.

הֲמוֹנָא הֲמוֹן Strepitus, Tumultus: Multitudo, copia, ut Hebraicè: הֲמוֹן מַשְׁרִית פְּלִשְׁתָּאֵי Turba castrorum Philistæorum, 1.Sam.14.16. קָל הֲמוֹן בְּטוּרַיָּא Vox multitudinis in montibus, Jesa.13.4. כְּכָל הֲמוֹנָא מִקָּל הֲמוֹן A voce multitudinis, Jes.33.3. דְיִשְׂרָאֵל Quasi tota multitudo Israelis, 2.Reg.7.13. וַהֲמוֹנָא דִּבְמַשְׁרִיתָא Et multitudo quæ in castris, 2.Reg.7.13.

מְהוּמְתָא Idem: דִּמְתַמְּנֵי עַל מְהוּמְתָא Qui præfectus est tumultibus, Esth.1.10.

הֶמְיָה הֶמְיָא Idem: שמעו המיה של מדינה Audiverunt tumultum urbis.

הִמְיָן · הֶמְיָנָא Balteus, Cingulum, Hebr. אבנט, Exod.28.8. & 39.29. Plural. וְזָרִיז יָתְהוֹן הֶמְיָנִין Et cinxit eos balteis, Levit.8.13. Usurpatur pro Hebræo חשב & אבנט. Apud Talmudicos, כהן מוציאו בהמיינו Sacerdos educit illud balteo suo, Erubh. fol.104.2.

המי המיונם ἡμίονος, Mulus, Mula. In Talmud Hierosol. Berach. fol.12.2. מָהוּ ימים Quid sunt ימים? R. Jehudah bar Simon dixit המיונם ἡμίονοι Muli. Græcum est. Sic in Beres.rab.sect.82. fol.92.2.

הומלין Fruticis odoratæ species, In Gemara vocatur כשות, Kethubh. fol.60.2. Erubh. fol.28.1. Gittin 69.1. Videtur Lupulus esse, qua cerevisiæ inserviebat, etsi etiam comedi solita.

הימלמא Vide in מלם.

המלתא Electuarium, barbarè לטוארו לטוריה, secundum R. Salomon. האי היכלתא דאתי מבי הנדואי Istud Electuarium quod venit ex India, Berac. fol.36.2. Scribitur ab initio inserto Joth היםלתא Joma fol.81.2. unde ה per Pathach efferri non bet, ut Guido notaverat. Quidam Gingiber [illegible] cant. Fortè est Gingiber conditum.

המם Turmatim coire & congregari, Tumultuariè concurrere; Sæpius, Incidere se, cæsuras sibi inducere. Usus ejus est in Hithpahel, & respondet Hebræo התגודד. Præterit. וְאִתְהַמְמוּ בְּסַיְפִין Et incidebant se gladiis, 1.Reg.18.28. Particip. עַל כָּל סִיעָן מִתְהַמְמִין In omnibus turbis concurrebant, Jere.48.37. vel, Incidebant se: ומתהממין Et turmatim concurrêtes; interpres Latinus, Scissa (facie,) id est, inciderant sibi faciem, Jere.41.5. Imperativ. וְאִתְהַמְמוּ בְּמִין Et incidite vos in turbis, Jerem.49.3. Futur. אֵימָתַי תִּתְהַמְמוּן Quousque incidetis vos? Jerem.47.2.

Secundò est Verrere, Everrere: In Pahel וְאֶהַמְמִנַּהּ בְּמָא דִמְהַמְמִין בְּמַכְנִישָׁא Et everram eam sicut everrunt scopis, Jesa.14.23.

מְהוּמְהָם Inveteratum, Consumptum, Detritum. Vide in מהה.

הִמְמָא · הִמַּם Purgamentum, Quisquiliæ, Excretum, res quæ everri meretur: וְהִמְמֵי עִיבוּרָא נִזְבַּן Et quisquilias frumenti vendamus, Amos 8.6. Heb. מַפַּל Deciduum.

הימום. Hinc, הימום היא צריכה in Beres.rab. sect.45. Glossa, רפואה Medicinâ opus habet, Aruch in litera מ legit & citat מימם, & eodem modo explicat. Fortè est ex Græco ἴαμα.

המן הַימוֹן · הַמּוֹן Contractè sic dicitur pro הַאֵמִין. Vide אמן.

הִימְנוּ · הִמּוֹן Vide paulò antè in הם.

הומניא Nomen urbis, Kiddusch. fol.72.1.

הומנותא אומנואה Concordia, Unanimitas, Græc. ὁμόνοια: ועשו כולם הומנויה אחת Facti sunt omnes ὁμόνοοι, unanimes, concordes, Echa rab. in præf. fol.53.2. & 56.3. Huc refert Baal Aruch: Cùm fuistis in terra vestra, facti estis הומנויה הומנויה לעז concordes ad idololatriam exercendam, vel turbæ, turbæ, h.e. turmatim cócurristis ad idola, sicut dicitur, וְקוֹל הָמוֹן שָׁלֵו בָהּ, Ezec.24.42. in Vajik. rab. sect.33. In Medrasch Esth. cap.1. v.9. cum א ab initio: עשו ישראל אומוניא Fecerunt Israëlitæ similiter (ut illi) & coluerunt ea (scil. Idola.)

… Hominus … ut dicerent ei hymnum, … Tanchuma … Eis … luerunt incolæ urbis ei dicere … Ber. rabba sect.16. Medrasch Ko… 4.

… Hemina, Cotyla, dimidia pars sexta … Por… quod continebat quatuor aut … as, Esth.1.8. in secundo Targum. … ut fieret … usualis: … um, & factum … furcula, illegiti… Author Aruch scribit, apud Persas … ut … ula ferreâ cibum capiant, & … veant honestatis & puritatis causâ. … apud Talmudicos, & scribitur inserto … Succa fol.32.1. In Metzia fol.25.2. …, unde apparet, in fine legendum … pter … ibi additum. In Talmud … Scalptum scribarum.

המס … Vide מסס.

… Nomen lapidis pretiosi, fortè Hæ… Schemoth rabba sect.28.

המין Sic adducitur in Aruch, sed in Gemara legitur Vide ergo illic. Sic … h …, quod etiam in Gemara scribitur per ח. Vide ibidem.

המר Sic adducuntur hic, sed in Gemara … tur per ח ab initio. Baal Aruch ta… tem per ה, & scribit, in Aramæa … idem esse quod מעשה: Unde cum duo … solere dicere … hoc … sunt actiones tuæ, quid agis? omnia… …edunt?

… Scrobes, Foveæ … In foveas … obium, juxta Regia, Psal.140.11. Venter, … quasi à חמר Lutum, Bitumen.

המרה … Musculus, Schaare dura fol.83.2. Sic in Gloss. R. Sal. in Chol. fol.93.1. … Sub capite musculi quem vocant Summel. Fortè ה est servile.

הן Si, idem quod אם: … Si estis vos parati. Dan.3.15 Vel interrogativè, Num, An estis vos? Estis ne vos? ut in Hebr. … Num fuit sicut hoc? Jer.2.10. Inde demum inseparabile ה … interrogandi est: … Quod si, Esr.4.13. … Sinon, Nisi: … Etsi, Tametsi: Item Ecce, ut … Repetitum in continua sententia, est Sive: … Sive futurum est, sive non, Dan. 3. … 18. … Sive ad … eradicationem, sive ad mulctam facultatum, Esr. 7. 26. … sive multum sive parum, apud Rabbinos.

Secundo est Affirmantis, Sic, Ita, Etiam, idem quod … , vel … auth… 34. … Laban … dixit … R. … ilo… id est, … significat Acceptionem verborum … Hinc … Noluerunt ei dicere, neque Ita, neque Non, quòd dubii fuerint, 1.Reg 18.21. in K… Sic legitur Exod. 20.1. ad vocem … in … id est, Dote, quòd responderint ad ita, Ita: & ad non, Non, vel, Ad est, Est: nam eo in Affirmando Latini sic utûtur, ut in illo, Sit sermo vester Est, Est, Non, Non. Et apud Ausonium:

> quum multa loquaces
> Ambiguis fererent verbis, contra omnia solum
> Est respondebat vel Non.

Apud Talmudicos: יש הן שהוא כלאו ויש לאו שהוא כהן id est, Est Ita, quod est sicut Non, & est Non, quod est sicut Ita, Bava kama cap.8. … fine, nempe, per Ironiam: הצדיקים הן שלהם הן ולאו שלהם לאו Justorum Ita est Ita, & Non ipsorum est Non: In Tanchuma, in Parascha … in fine: אתה המלאך שבאת לבקש נפש אישי אמר לה הן id est, Tune es angelus qui venisti ad quærendam animam viri mei? Respondit ipsi, Ita: ר' רצונך שנקבל פני פילוסופוס חברינו אמר לו לאו Rabbi, est'ne voluntas tua, ut excipiamus Philosophum collegam nostrum? respondit ipsi, Non. Manè rursus dixit ipsi: Rabbi, placet'ne tibi, ut excipiamus Philosophum collegam nostrum? אמר לו הן respondit ipsi, Ita, in Tractatu Talmudico דרך ארץ cap. 4. Scribitur & cum inserto Joth, הין: ut, והוא דאמר הין הין והוא דאמר לאו לאו Estque is qui dicit Ita Ita, & est is qui dicit Non Non, id est, responsum geminat, Megilla cap.4. in fine. Hinc, commutatâ literâ aspiratâ in lenem, natum est אין pro eodem, ut suo loco videre est: אם אמר על לאו לאו ועל הן הן Si dicat de Non, Non, & de Ita, Ita, Gittin cap. 7. in princ. רצונך לשתות כוס יין והוא אומר הין Est'ne voluntas tua bibere poculum vini? Et ipse dicit, Ita, in Talmud Hierosolymitano.

Tertio הֵן Unum, ἕν: Unde ad אתהן Eas, Levit. 20.14. ומהו אתהן את אחת מהן ובלשון יוני הוא הן אחת Quid est אתהן? Unâ ex eis: nam in lingua Græca הן est unum, in R. Salom. Sic … unus, in Bava basra, fol.164.col.2.

Quartò … Is, Ille, singulariter: … הנקבל כתביא Is qui accipit literas: … Accendunt cum (naphta) illa nigra: … cum illa alba, Talm. Hieros. Schab.cap.2. … חמינן ההן סבא Vidimus illum senem.

Quintò הנון idē quod אנון Pronomen plurale masculinum, Ipsi, Isti, Illi: הנון ליתיהון עמי Illi non sunt mecum, Psalm, 38.11. הנון יהובדון Illi peribunt, Psal.

Psalm.102.25. הנון מִתְחַשְּׁבִין Illi cogitant, Jobi 6.7. *Fœminin.* אִינִין · הנין *Ista, Illa*: ארום לְקִישָׁן הִינִין Quia serotinæ ipsæ, Exod.9.32. in Targ. Jonathanis. *Est & ubi* הָנֵן *pro eodem legas. Talmudici dicunt* הָנֵי *Isti, Ista*: הָנֵי מִלֵּי Ista verba, Istæ res: הָנֵי הָךְ Ista ipsa, Ista sunt: הָנֵי הוּא Illud est, *Nempe, scilicet, quod Rabbini communiter dicunt* הַיְינוּ הָךְ · היינו, de quo suprà in הן. *In Targum,* לְהָנֵי שִׁבְעָא רַבְרְבַיָּא Istos septem magnates, Esth.1.10.

הֵן Vide suprà in האן.

הֲנָא, הֲנֵי · הֲנָה *Commodum, Utilitatem afferre, Proficere, Prodesse, Utile esse, Commodum, Utilitatem, Voluptatem percipere ex aliqua re: Lucrari, Quæstum facere. Præterit.* ושִׁנְתִּי הֲנָתְנִי Et somnus meus profuit mihi, Hebr. עָרְבָה לִּי Suavis, Jucundus fuit mihi, Jerem. 31.26. *Infinitum,* כְּאִים תִּבְלִין לְהַנָאָה Si fortè possis proficere, Heb. לְהוֹעִיל, Jesa.47.12. בְּדִיל דְּלָא לַהֲנָאָה Ut non prosit, Jesa. 44.10. *Futur.* מה יְהַנֵּי לָךְ Quid proderit tibi? Hebr. יִסְכָּן, Jobi 35.3. דְּלָא יְהַנּוּן לְהוֹן Quæ non proderunt ipsis, Hebr. יוֹעִילוּ, Jesa. 44.9. *Ithpehal,* מָה מָמוֹן נִתְהַנֵּי לָנָא Quid divitiarum lucrabimur nobis? Gen.37.26. Alii habent אִתְהַנֵּי in Præt. דְאִתְהֲנִיאוּ מִן סְעוּדְתֵיהּ Quòd fructum cepissent ex prandio ejus, Esth.4.1. *Participium,* דְּמִתְהַנְיָא בְּאַגְרָא Quæ utilitatem vel voluptatem capit ex mercede, Ezech.16.31. *Infin.* לְמִתְהַנְיָא מִנָּהּ Ad voluptatem capiendam ab ea, Levit.20.16. Jonath. & 18.23. *Futur.* וְיִתְהֲנֵי מִן קוּדְשַׁיָּא Et utilitatem ceperit ex rebus sanctis, Levit.5.15. in Jon. דְּלָא יִתְהַנּוּן מִנְהוֹן Ut non capiant utilitatem ex illis homines, Eccles.11.3. *Et contrariâ significatione, Exitiale esse, Perditionem afferre: Futurum,* דִּילְמָא יְתְהֲנֵי לְמַלְכָּא Ne fortè perditio afferatur regi, ne regi pereundum sit, 2.Sam.17.16. Kimchi scribit, se nescire, quid Jonathan sibi velit. Sic autem exponendum esse Hebræus textus indicat. *Aphel,* מָה אַהֲנֵי צַלְמָא Quid prodest sculptile? Habac.2.18. וְאַתְּ אַהֲנִית יַת אַגְרִיךְ Et tu in quæstum dedisti mercedem tuam omnibus amicis tuis, Ezech.16.33: וְאַהֲנֵית רְחִימָךְ בְּאוּנְסָא Et facis ut quæstum habeant amici tui ex rapinis, bonis direptis, Ezech.22.12. vel, Quæstum præbuisti, profuisti. *Particip.* לָא מַהֲנֵי Non prodest, Proverb. 11. v.5.

Apud Rabbinos: כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאלו גוזל להקב״ה *Quicunq. utilitatem percipit ex hoc mundo absq. benedictione, perinde facit, ac si deprædetur Deum*, Berach. fol.35.2. Sanhed. fol.102.1. Volunt hoc dicto, nulla dona & beneficia Dei sine præcedenti consecratione & gratiarum actione sumenda esse: sed Deum pro omnibus laudandum, unde & Rabbini quibuslibet rebus certas precum & gratiarum actionis formas instituerunt. Sic Paulus Apost. 1. ad Tim. 4.3. a[illegible] *Deus condidit cibos ad participandum cum gratiarum actione &c.* שמא מינות בא לידך והנאך Fortè hæresin audivisti, & volupe fuit tibi, placuit tibi, Avoda sara fol.17.1. Et mox, והנאני הדבר Et placuit mihi illud, מאן אהנו לן רבנן Quid profuerunt nobis Rabbini?

הֲנָיָה הֲנָאָה *Utilitas, Commodum, Lucrum, Commoditas, Amœnitas*: כְּמָה הֲנָאָה אִית לִגְבַר Quid utilitatis inde est viro? Eccl.2.2. הֲנָאָה אִית לְמָרֵיהּ Et quæ est utilitas domino ejus? Eccles.5. לֵית בְּהוֹן הֲנָאָה Non est in eis utilitas, Jere.16 [illegible] Eccles.9.6.

Rab. הנמשכים אחר הנאות עולם Qui trahuntur post commoditates mundanas, id est, qui sequuntur voluptates mundi.

הֲנָיָה *Idem*: בְּהֲנִיַת דִּתְאִין In commoditatibus herbarum, id est, in locis commodis & amœnis, herbidis, Psal.23.2. בְּהֲנָיַת נַפְשׁ Cum commoditate animæ, sive vitæ, Eccl.4.6. Interpres Latinus, *In quiete animæ. Alii legunt,* בְּהֲנָיוּת : מִן הֲנָיַת מַיָּא Ab amœnitate aquarū, Jobi 14.9. מִן הֲנָיַת בֵּי Abusu balneorum, Levit.23.27. in Jon. quomodo etiam legendum cap.16.29. pro חֲוַיַת.

הנג חוּנְגַר *Ungaria*: חוּנְגְרִי *Ungarus. Plur.* חוּנְגְרָאֵי *Ungari*, Hebr. הַגְרִים Hagrim, Hagareni Psal.83.7. De Hagarenis istis 1.Paral.5. Rabbini Ungariæ nomen inde deducunt, quasi & ipsi ab Hagar descenderint. Sed Ismaëlitæ sive Turcæ ab Hagar originem ducunt.

הנר חִינְרָא *Vicia, leguminis genus*, Bechor. fol. 37.2. *Scribitur cum inserto Jod, unde non per Pathach ab initio legendum, ut alii scripserunt. Peregrinum vocabulum est.*

הִנְדְּיָא *India*: מִן הִנְדְּיָא רַבָּא וְעַד כּוּשׁ Ab India magna usque ad Æthiopiam, quæ est, מִן מַדִּינְחָא דְהִנְדְיָא ab oriente Indiæ, Esth.1.1.

הִנְדְּאָה · הִנְדְּוָאָה · הִנְדִּי *Indus, Indianus*, Jere.13. 23. Pro eo in Venetis est הינדואה. Hinc, Rabbi Jehuda הנדואה Indus: פַּרְזְלָא הִנְדְּוָאָה Ferrum Indianum.

הִנְדְּוִין *Indianæ vestes, ex byssino sive lino In[dico] confectæ*, Joma fol.34.2. Aruch scribit, in lingua Græca sic vocari מלבוש Vestimentum.

הִינְדְּבִי Σέρις, *Seris, Intybum, Intubus vel Intubum, Gall. & Germ.* Endivi. Pesach. fol.39.1. Bartenora scribit esse Arabicum, & idem quod עוֹלְשִׁין.

הִינְדְּזָא *Accidens, Eventus, Casus fortuitus Fors, Fortuna*: וְאַשְׁקֵי בְּהִנְדְּזָה Et irrigat per casum fortuitum, Gittin fol.60.2. R.Salomon Gall[ice] exponit אונטורא *Adventure*, Eventus. Agi[tur] de hauriendis aquis ad irrigandos agros, [quæ] certâ mensurâ singulis dabantur. At in def[ectu] hauriebat

[illegible] quantum Fons ad tractum [illegible] בהיגרוהא. Author Aruch [illegible] quod sequitur.

[illegible] *Mensurare.* Hinc nomen Parti- [illegible] *ometra, mensurarum & ponderum* [illegible] *us in eis semper observetur. Plur.* [illegible] Bava bathra fol.89.2. Glossa, *Mehan-* [illegible] ממנים על סלך לברוק את המדות consti- [illegible] ad s[illegible]utandas mensuras. *Hinc in Aruch* [illegible] *exponitur* בשוה *Æquabiliter,* [illegible] *& ם permutatis, ut in* עָלֵז *&* עָלַס.

הִנְדְסָה [illegible] *tia* : חכמת ההנדסה Ars men- [illegible] *eam* [illegible]*ta.* Hac R.Eliezer, in littore [illegible]bulans. usus fuisse dicitur, quâ sci- [illegible]erat, quot [illegible]lent guttæ in mari, Caphtor [illegible] 90

הנדסי [illegible] *us, cum* : במופתים הנדסיים Per [illegible]ationes Geometricas, R.Levi 1.Reg. 6.1. *Foeminin.* תשובה מספריית והנדסיית Responsio Ar[illegible] & Geometrica.

הנדוסין *Æquales,* Medrasch Tehill. fol.14.2.

הנדקא *Nomen regionis, pro Hebræo* חֲוִילָה. Occurrit Eccles.2.5. Genes.10.17. & 25.18. & 1. [illegible] in J[illegible]ane. נהמא הנדקא Panis Indianus, [illegible]ch.fo.35.2. Similis pani Hispanico, ut vo- [illegible].

הִנְדְקִיק Glossa Talm. exponit per גודגדניות [illegible] Judæi communiter *Persica poma* sic vocant, Erubhin fol.28.1. Legitur & in Talm.Hierosol. [illegible] cap.ult. Eruvin. cap.3. ubi in Glossa exponitur *Coriandrum.*

הנהו הִנְהוּ *Illi, Ipsi. Idem quod* אִנּוּן *vel* הִנּוּן, *de quibus suprà* : אמרו ליה הנהו Dicunt ipsi [illegible].

הני הָנֵי *Illi, Isti* : הני רבנן Isti Rabbini : הני מילי Ista verba.

הָנָךְ [illegible] הנך רבנן ראמרו לו Istos Rabbinos rogavit, qui illud ipsi dixerant.

הנם הִינוּמָא *Peplum sponsæ, quo obvelatur caput ejus, sic dictum* על שם תנומה *A somno, quia interdum dormit in eo, & quòd oculi ejus sint tecti, ac si dormiret. Judæi Germani vocant* Flugerlein/ id est, *Velum tenue, quod levi aeris motu volat. Posset etiam referri ad* נום. In Gemara; מאי הינומא רבי יוחנן אמר קריתא דמנמנה בה כלתא Quid est *Hinnuma*. Dixit R.Jochanan, Velum, in quo dormit sponsa. [illegible]ethubh. fol.17.2. Alius dixit, esse corollam ex myrtho, in signum, quòd debeat sponsa perpetuâ felicitate vivere. *Author Aruch respicit etiam originem Græcam, quasi ab* ὁ νόμος, *Lex, Consuetudo* : unde, שיצאת בהינומא Quòd egressa est cum ritu nuptiali : in Mischna præcedentis loci. Hinc intelliges Munst. & Guidonem.

הנפק הַנְפָּק *Ratificatio, Ratihabitio, Confirmatio* : שכתוב בו הנפק In quo subscripta confirmatio, Bava metzia fol.7. Contractuum literis inscribebatur à judicibus ad earum confirmationem : שמרא רנן נפק קדמנא ואסהידו פלוני ופלוני על חתימת ידיהו ואשרנוהו וקיימנוהו כדחזי id est, Contractus hic prodiit in conspectum nostrum, testificantibus N. & N. de subsignatione manuum suarum : unde confirmamus & stabilimus eum. Est ergo quasi dicas; In quo scriptum est נפק ה׳, ut innuat initium ejus solennis ratificationis, quæ fiebat per judices, & ita pertinet ad נפק.

הנץ הָנֵץ · הָנִיץ *Monetæ parvæ species, quæ continebat tres* פרוטות *vel* שמינין *tria lepta, ut est in Aruch in* הדרס. *Plurale,* הניצין, Kiddusch fol. 12.v.1.

הנק הַנְקִי *Sic notarunt hîc, quasi vocem absolutam, pro Mundus, Innocens. Sed est Verbum* הִנָּקִי *Munda esto,* Num.5.19. & explicatur in Gemara, Kiddusch in fol.62.1.

הנת הַנְתוּכִין *Cantherii, Trabes, Tigna,* 1.Reg. 6.9. Hebr. גֵּבִים, Trabes leviter incurvæ & fornicatæ.

* הסט הִיסִּים Vide in סוט.

הסם *Sic adducit hîc Author Aruch, sed in Gemara ubiq; scribitur per* ח *ab initio. Vide* חסם. *Alii corruperunt id magis in* הסם.

הסת *Huc referunt* הֵיסֵת, *ut in illa locutione:* משביעין אותו שבועת היסת מדרבנן *Faciunt jurare ipsum juramentum impositionis* Rabbinorum nostrorum, Metzia fol.5.1. Schebhuoth fol.40.2. Glossa, היסת, id est, ששמו חכמים עליו quod imposuerunt sapientes ipsi. Opponitur ei שבועת אורייתא Juramentum legis. *Videtur esse à* שות *Ponere, unde* סות, *& inde in Hiphil* הֵסִית *Imponere, & inde* הֵיסֵת *Impositio* ; כופר הכל נשבע היסת Negat omnia, & jurat juramentum impositionis: השבע לי היסת Jura mihi juramentum impositionis. *Juramentum triplex Rabbini statuunt,* שבועה דאורייתא *Juramentum Legis, sive Lege Mosis præceptum* : שבועת הדיינים *Juramentum judicum, à judicibus delatum* : שבועת סופרים *Juramentum Scribarum sive Legisperitorum. Idem vocant* שבועה מדברי סופרים *vel* שבועה דרבנן. *Præter hæc aliud adhuc est, ordinatum posterioribus temporibus à sapientibus Talmudicis, quod etiamsi à judicibus delatum sit, non tamen vocatur* שבועת הדיינים *Juramentum judicum, sed* שבועת היסת *Juramentum impositionis. Est autem Juramentum doctum, & supra commune aggravatum, certis verbis conceptum, & personæ à judice impositum, ad extorquendum veritatem.* Vide Baal Aruch hoc loco.

הפא Hinc adducitur הפיא pro *Scopis* : sed in Gemara legitur per ח ab initio, un-

...inet ad חפרה & חפף: item pro *Spuma*: id ...ritur per א ab initio: vide אפי.

הפי הפיטרום *Hippiatros, Medicus equorum*, Bemidb. rab. sect.9.

הָפַךְ *Vertere, Evertere, Subvertere, Convertere: Convertere se, Redire, Reverti: Præteritum,* די הַפַךְ יְיָ Quas subvertit Dominus, Deuter.29.23. הֲפַךְ יַמָּא רסוף לְיַבֶּשְׁתָּא Convertit mare algosum in aridam, Psalm 66.6. הֲפַךְ לְאַדְמָא מִימֵיהוֹן Vertit in sanguinem aquas ipsorum, Psal.105.29. *Cum Aff.* והַפכיה Et subvertit illud, Jud.7.13. הַפִיכִנּוּן ברוגזיה Subvertit eos in ira sua, Jobi 9.5. *Fœm.* והיא הֲפַכַת Et ipsa convertit, mutavit, Levit.13.10. ארי הֲפַכְתּוּן Quia convertistis, Amos 6.12. *Partic.* דהָפַךְ טִינְרָא Qui mutat petras, Psal.114.8. *Plural.* דְהָפְכִין לְגִירָא דִינָא Qui mutant in absynthium jus, Amos 5.7. *Infinit.* בְּדִיל דלָא לְמְהְפַךְ Ad non subvertendum, Genes.19.21. הַלְמְהְפַךְ עוֹבָדֵיכוֹן An ad mutandum opera vestra, Jesa.29.16. *Futur.* ואהפוך אבלהון לביע Et mutabo luctum ipsorum in lætitiam, Jerem. 31.13. *Ithpeh. & Ithpah.* אִתְהֲפִיךְ לְמִחַוַּר Conversus est in album, Levit.13.3. אתהֲפַךְ לִבְהוֹן Mutatum est cor ipsorum, Psal.105.25. דְעַד לָא אִתְהַפְכַת Quæ antequam versa est, Hoseæ 7.8. דְאִתְהַפְכַת כְּשַׁעְתָּא Quæ subversa est quasi hora, Thr.4.6. אִתְהַפִיכוּ הֵיךְ קַשְׁתָּא Converterunt se sicut arcus, Ps.78.57. וְאִתְהַפִּכוּ כָּל מַיָּא Et conversæ sunt omnes aquæ, Exod.7.20. *Particip.* וּמִתְהַפֵּיךְ בְּהוֹן Et convertit se in illis, Exo.20.2. in Jon. מִתְהַפֵּיךְ בְּמַשְׁרְיַת מִדְיָנָאֵי Vertebat se in castris Midianitarum, Judic.7.13. *Plural.* מִתְהַפְּכִין כְּאַרְעָא Convertuntur in terram, Jobi 12.15. *Fœmin.* וּמִתְהַפְּכָא עַל אַפָּהָא Et subvertitur super faciem suam, 2.Reg.21.13. *Futurum,* תִּתְהַפֵךְ לְאַכְזְרָאָה לִי Convertis te in crudelem mihi, Jobi 30.21. שִׁמְשָׁא יִתְהַפֵךְ לְקַבְלָא Sol convertetur in caliginem, Joel.2.31. וְיִתְהַפְכוּן לִדְמָא Et convertentur in sanguinē, Exod.7.17. *Et ad formam Syriacam cum* נ *loco* י: נתהַפכוּן רַשִׁיעֵי Evertuntur impii, Prov.12.7. *Pahel,* הַפֵּךְ *Vertere, Convertere, Avertere,* מְהַפְּכָא חִמְתָא Avertit iram, Prov.15.1. *Item Respondere*: Hinc, דמְהַפְּכִין מִלֵּי תְרִיצָתָא Qui respondent verba recta, Proverb.24.25. *Aphel, Idem*: Item *Reddere*: Hinc, ואַהֲפַךְ לֵיהּ הֵיךְ אֶהְפַךְ עוֹבָדוֹי Et reddam ipsi secundum opera ejus, Proverb.24.29.

Apud Talmudicos: רב גידל הוה מהפך להחיא ארעא Raf Giddel convertebat se ad istam terram, sive agrum, ut scil. eum emeret, Glossa מחזיר Redibat, Kiddūschin fol.59.1. אשה זונה מתהפכת כדי שלא תתעבר Meretrix convertit se, ne concipiat, hoc est, post coitum subitò se vertit, ut semen ex utero effluat, Jevammoth fol.35.

Apud Rabb. משפטים מתהפכים *Propositiones contrariæ*: תחת מתהפכים *Subcontrariæ*, apud Logicos.

הֵפֶךְ *Diversum, Oppositum, Contrarium* ... *E contrario, In contrarium.*

הִיפּוּךְ *Inversio, Conversio, Transpositio, Me...sis*: ויו היפוך *Vau conversionis*, quod Præte... in Futurum, & contrà, convertit: ...ך האותיות Transpositio literarum.

הֲפָכִים *Contraria.*

זקין *Compedes, Vincula, Ligamenta:* לְזִקִּין דִנְחָשׁ אִתְקְרִבָא At compedes æreas accesserunt, 2. Samuel. 3. 34.

זקקין *Utrarii, portantes utres vini, aquæ vel olei.* *Ortum ex* זק *Uter, de quo supra.* Mikvaoth cap. 9. Hinc fortè rectiùs diceretur זִקָא Uter, זִקִין.

זיקוקין *Scintillæ:* וזיקוקין מִמַּרְכָּבַת יְקָרֵיהּ נָפְקִין Et scintillæ è curru gloriæ ejus egrediebantur, Habac. 3. 4. כְּאִשָּׁא בְעָרָא וזיקוקי אִשָּׁא Veluti ignis ardens & scintillæ ignis, Exod. 24. 17. in Targ. ... *Apud Rabbinos,* ונפקן זיקוקין די נור מפומיה דרב egrediebantur scintillæ ignis ex ore Raf in ... Rabbi, & vicissim ex ore Rabbi in os Raf, Cholin fol. 137. 2. Glossa, נוצאין ונתנין בתורה. Sic fr... de doctrina seu ministerio duorũ testium: Apocalyps. 11. 5. dicitur, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν.

זְקַר

Salire, Subsilire, Resilire, Resultare. ... תרנגולא סאתר לאתר סוקר Sicut gallus de loco in locum saltitat, subsilit. Sic citat ... Aruch ex Vajikra rab. sect. 5. sed in nostris ... non ita legitur. עד שהיו אחיו הכהנים זוקרים בבת ראש לאחוריהם Usque adeò ut fratres ejus sacerdotes resultarent occipite suo retrorsum, Joma fol. 38. 2. ut scil. fieri solet in subita consternatione, aut metu, vel vi ictus, sonitus, & similis rei. *In Ithpehal,* ואזל איזדקיר Et ivit subsiliens, scil. lætitiæ causâ, Gittin fol. 57. 1. כלא יזדקר הגדי Ne subsilire possit hœdus, Eruvin fol. 16 1. Sic, ... שיזדקר בה גדי בבת ראש Ut resilire possit in eo hœdus occipite suo, id est, liberè, Succa fol. 14. 2. ...זדקרה Si supina jacuerit vel ceciderit, Nidda fol. 17. 2. In præcedentibus exemplis בת ראש videtur ... Occiput.

זְקַרְתָּא

; זקתא · זְקְתָא *Stimulus, Aculeus, Baculus, Virga, pro Hebræo* דָּרְבָן, 1. Samuel. 13 21 זַקְתָא דצַעֲרָא, Baculus, Virga afflictionis, Prov. ... 3. Hebr. חֹטֶר, pro quo perperam in Venetis e... זַקְתָא. Regia, וּצְעָרָא. *Plural.* סתילין לזקתין Assimilantur stimulis, Eccles. 12. 11.

זקיתא *Nomen bestiæ quæ fuit in arca Noæ,* Sanhed. fol. 108. 2.

זְרָא

Semen. Sic reperias apud Talmudicos loco זְרַע, gutturalibus permutatis, a... זְרָא, pro זַרְעָא, ut alibi dicitur צְלָא pro צַלְעָא.

זְרַב

Fluere, Effluere; Diffluere, Hebr. ut Jobi 6 17. בעת יזרבו Tempore quo diffluunt. *Ithpehal,* אזדרב *Effundi, Diffluere:* ...סורב זעירא Ut effundatur parum, Joma fol. 78. 1. *Infinitivus* לאזדרבויי Ad effundendum. Id in Aruch add... citur in litera Aleph, & à Munstero pravè ... plicatur.

זַרְבָא *Affluentia, Copia:* מן סיכתא דזרבתא P... thesauris affluentiæ, hoc est, affluentissimis, co... piosissimis, Hebr. מאוצר רב Prov. 15. 16. Scri... tur, דזרבאתא. Videtur mendosum esse, ... דַבְרְבָתָא.

זַרְגוּב *Fusorium:* בכוסות שיש להן זרבוביות C... th...

tharis quibus sunt fusoria, id est, rostra, fistulæ, per quas in pocula infunditur, in Vajikra rabba fol. 2.

זרג זָרְגָן *Propago vitis, idem quod Hebr.* שָׂרִיג, Talm. Hieros. Kilaim cap. 1. *Est Arabicum,* ut notat Baal Aruch in זרג. Legitur & in Talm. Hierosol. Succa fol. 53. 3. ubi dicitur esse מִין אִילָן *Species arboris.*

זרד *Amputare, Resecare, Incidere ramos arborum superfluos*, id est, *Collucare arbores*, Schebhiith cap. 2. Schab. cap. 12. in Misna, &c. *Verbum rarum proprium, ut* זמר *Vitium.*

זִירוּד · זְרוֹדָה *Collucatio.* Ibidem.

זְרַד · זרד *Luxuries arborum virescens; Sarmentum, Quisquiliæ:* לולבי זרדים Germina, folia sarmentorum; חֲבִילֵי זְרָדִין Fasciculi ramusculorum exsectorum: המורד זרדים Amputans sarmenta, Schab. fol. 103. 1. In Targum Jonathanis Num. 21. 13. pro Hebræo וַיַּחֲנוּ בְּנַחַל זֶרֶד *Et castrametati sunt in valle Sared*, legitur; *Et castrametati sunt in valle, quæ multas producit salices & mandragoras: Item Corium:* מנעל של זרד Calceamenti vel solearum genus, Kilaim cap. ultim. Alii legunt זרב, Calceus calefactionis, qui intus obductus est aliquâ re molli, ut pedes calefaciat tantò meliùs, ex significatione Verbi זרב, quod legitur Jobi 6. 17. *Est qui exponit Calceamentum ex corio pertingens usq; ad* הירך *femur. Id videtur esse Ocrea.*

זרד Sic citatur in Aruch: In Gemara legitur זרז. Vide mox infrà.

זַרְדָּא *Lorica.* In Gemara ponitur pro Hebræo שריון Schab. fol. 62. 1.

זרדא *Cannabis, Cannabina vestis:* לפרוק זרדי Ad comminuendum cannabinum, linteum ex cannabe, ut filum appareat tenue, Metzia fol. 60. 2. זרדא בר זוזא Cannabinum unius assis, id est, vile, Kethubh. fol. 8. 2. Id alibi scribitur צרדא, ut est in צרד.

זרדתא *Sorbus, arbor frondosa & umbrosa:* טולא זרדתא Umbra sorbi, Pesach. fol. 111. 2. Kiddusch. 73. 2. Italicè סרבולר Sorbolero.

זָרָה *Ventilare, Spargere, Dispergere. In Targum sæpè redditur per* דְּרָא, *commutatis pro more* ז *&* ד. Attamen Exo. 32. 20. legitur in Onkelo, וּזְרָא עַל אַפֵּי מַיָּא Et dispersit super faciem aquarum, in Targum triplici in octavo. *Apud Talmudicos,* הזורה והכורה Ventilans & purificans frumentum, Schab. cap. 7. in Mischna.

זֵר *Limbus, Corona à Cingendo dicta; quomodo verbum Hebraicè exponitur Psal. 133. 3. & 2. Sam. 22. 40. In Targum redditur* כְּלִיל, *ut suo loco dictum. Jonathan quandoque* זֵיר *retinet.* Rabbini de triplici corona sibi data gloriantur, Altaris, Mensæ & Arcæ. Altaris, id est, Sacerdotii, quam obtinuit Aharon: Mensæ, id est, Regni, quam consecutus est David. Reges autem in mensa solent divitias & majestatem suam ostentare. Arcæ, id est, Legis Divinæ, quæ reposita fuit in arca, ut peterent eam omnes. Ex Legis autem cognitione oritur sapientia, & corona sapientiæ major coronâ regni. Nam de ea scriptum: *Per me (sapientiam) reges regnant.* Prov. 8. 15. Verba Hebræa sunt: אמר ר׳ יוחנן שלשה זירין הן של מזבח ושל ארון ושל שלחן של מזבח זכה אהרן ונטלו של שולחן זכה דוד ונטלו של ארון עדיין מונח הוא כל הרוצה ליקח יבוא ויקח שמא תאמר פחות הוא ת״ל בי מלכים ימלוכו׃ ר׳ יוחנן רמי כתיב זר וקרינן זיר זכה נעשית לו זיר לא זכה זרה הימנו Id est, R. Jochanan dixit: Tres coronæ sunt, Altaris, Arcæ, Mensæ. Arcæ coronam meruit Aharon, & accepit eam: Mensæ meruit David & accepit eam: Arcæ adhuc reposita est, ut quisquis voluerit accipere, veniat & accipiat eam. Ne fortè dicas, vilis ea est: scias de ea dici: *Per me reges regnant*, Prov. 8. 15. Porrò docuit R. Jochanan, Scriptum est זר (deficiente י) & legimus זֵיר (plenè scriptum cum י). Quod si dignus quis fuerit, fiet ipsi זֵר Corona: quòd si non mereatur, זָרָה recedet ab eo, Joma fol. 72. 2.

מי זורין Pesach. fol. 107. 1. Glossa, מֵי מִשְׁרַת הַפִּשְׁתָּן Aquæ macerationis lini.

מזרה *Ventilabrum*, Hebr.

מְזָרִים *Dispergentes, scil. venti, id est, acres, fortes, ut est Boreas. Quidam pro* מַזָּלוֹת *accipiunt: alii pro Arcturo:* וּמְזָוַת מְזָרִים קוּרָא Et ex cataractis Arcturi frigus, Jobi 37. 9.

זְרַז *Accingere, Expedire, Munire, Armare: Sternere, Insternere*, id est, *Accingere equum vel asinum, Admonere, Excitare, Incitare, Urgere, Solicitare: & intransitivè, Accinctum esse, Accingere, Expedire se, Festinare, quomodo Hebræo* חוש *respondet interdum. Præterit.* וּזְרִיזַת עַל נִכְלוּת רַגְלִי Et festinavit per fraudem pes meus, Jobi 31. 5. וזריזת דְּרָעָהָא Et accinxit vel armavit brachia sua, Prov. 31. 17. וזרזתני חדוא Et accinxisti me lætitiâ, Psalm. 30. 11. *Imperativ.* זְרַז כְּדוּן הֵיךְ גִּבְרָא חַרְצָךְ Accinge nunc tamquam potens lumbos tuos, Jobi 38. 3. Sic Jobi 40. 2. לְסִיעְי זרוז Ad auxilium meum festina, Hebr. חוּשָׁה, Psal. 40. 14. Sic Psalm. 38. 23. *Pahel*, וְזָרִיז יָת עוּלֵימוֹהִי Et armavit pueros suos, Hebraicè וַיָּרֶק, Et fecit ut evaginarent gladios, Genes. 14. 14. וְזָרִיז יָת חֲמָרֵיהּ Et instravit asinū suum, Genes. 22. 3. Sic Num. 22. 21. וְזָרִיז חַרְצֵיהּ Et accinxit lumbos suos, 1. Reg. 18. 46. זָרִיזִית וְלָא אִתְעַכְּבִית Accinxi me, Festinavi & non distuli, Hebraicè חַשְׁתִּי, Psal. 119. 60. וְזָרֵיזְתָּא לִי חֵילָא Et accinxisti me fortitudine, Psal. 18. 40. *Partic.* מְזָרֵז קמור בגבורתא Accingens se cingulo fortitudinis, Psal. 65. 7. דִּמְזָרֵז לִי קְמוּר בְּחֵילָא Qui accingit me cingulo

cum

cum virtute, Psal.18.33. חֶרֶב מְזָרְזָא Gladius accinctus, 2.Sam.20.8. *Plural.* מְזָרְזֵי חֵילָא Expediti ad militiam, Num.31.5. Sic Jos.6.7. לִסְטַר מְזָרְזַיָּא Ad latus armatorum, Judic.7.11. וּתְזָרֵיז יָתְהוֹן הֶמְיָנִין Et accinges eos baltheis, Exod.29.9. אֲנַב כְּתוּנִי יְזָרְזַנִי Juxta tunicam meam cingit me, Jobi 30.18. וִיזָרֵז יָת אַרְעָא Et muniat terram, Hebr. וְחִמֵּשׁ Et quintet, Gen.41.34. *Ithpehal Præterit.* וְאִזְדָּרַז Et accinxit se, Psal.93.1. *Partic.* דְּמִזְדָּרֵז בֵּינַת תַּרְנְגוֹלִין Qui accinctus est inter gallinas, Prov.30.31. *Imper.* אִזְדָּרְזוּ וְאַתְקִנוּ לָךְ Accinctus esto & præparate, Jer. 46.14. Sic Ezech.38.7. *Futurum Ithpahel,* וַאֲנַחְנָא נִזְדָּרֵז Nos autem armabimur, Num.32.17. *Apud Rabbinos etiam est Monere, Admonere:* מזרזין את האדם קודם מעשה Monent hominem ante opus, & מְזָרְזִין Admonent eum in ipso opere, Raschi Exo.19.24. מזרז למצוה כעושה המצוה *Monens (alii) ad præceptum, est quasi ipse præstans præceptum:* vel: *Accinctus ad præceptum, est quasi faciens præceptum.* Studium bonorum operum perinde Deo gratum, ut opera ipsa: אין מזרזין אלא למזורז Non monent nisi monendum, Maccoth fol.23.1.

זָרִיז זָרִיז *Accinctus, Expeditus, Solicitus, Promptus, Strenuus, Alacris, Festinus. Plurale:* רִיהֲטוּנִין נְפַקוּ זְרִיזִין Cursores exiverunt festini, Esth.3.15. *Fœmin.* זְרִיזָן וְחַכִּימָן Expeditæ & prudentes, Exod. 1.19. in Targ.Jon.

זְרִיז *Cingulum,* Jesa.5.27.

זְרִיז *Triticum contusum, granum unum in quatuor partes,* Pesach.37.1. *In Aruch citatur per Daleth in fine* זריד. *Et sic legitur in Talm.Hieros. Nedar. cap. 6. mox ab init.*

זריזות · זְרִיזוּ *Excitatio, Incitatio, Exhortatio, Monitio, Solicitudo, Alacritas, Strenuitas, Promptitudo:* כל מקום שנאמר צו אינו אלא זירוז מיד ולדורות Id est, Ubicunque (in Scriptura) dicitur צַו *Præcipe,* id nihil aliud est, quàm monitio in præsens & in generationes, vel, eo nihil aliud indicatur, quàm alacritas subita, & quæ duret in generationes: vide Deut.3.28. Num.15.23. Kidduschin fol.29.1. R.David scribit alicubi de voce הבה, quòd sit מלת הזירוז Particula exhortãdi: בִּזְרִיזוּתָא *Cum festinatione, festinanter,* Lev.9.8. in Jon.

זירוזא *Cingulum, Vinculum,* Talm.

זְרָז · זְרָזָא · וַזְרָזָא *Cingulum, Cingula, Cinctus:* זְרָז דְּכִתָּן Cingulum lineum, Jerem.13.1. וּזְבַנִית יָת זְרָזָא Emi cingulum illud, Jerem.13.2. וְזַרְזָא דְמַשְׁכָא Et cingulum coriaceum, 2.Reg.1.8. *Plurale,* וַעֲבַדוּ לְהוֹן זְרָזִין Et fecerunt sibi cingula, id est, Subligacula, perizomata, ex foliis ficuum, Genes.3.7. אֲסִירִין זְרָזִין בְּחַרְצֵיהוֹן Accincti cingulis in lumbis suis, Ezech.23.15. וּנְסִיב יָת זְרָזֵיהוֹן Et abstulit cinctoria ipsorum, Judic.14.19.

Apud Talmudicos, העלה זרזי תאנים על בשרו Adduxit cingula ficuum super carnem suam centũ triginta annis, Eruvim fol.18.2. nempe Adam primus: זרזי האשקולני Cingula (asini) Askalonitica, Kelim cap.23.

זירזא Talm. *Fasciculus:* זירזא דקני Fasciculus calamorum sive baculorum, Schab.fol.8.2. Jevammoth fol.101 2. Glossa, חבילה.

זרזיפין *Guttæ, Aspersiones:* זרזיפי דמיא Aspersiones aquæ, Guttæ, Joma 87.1. id est, טיפים, R.Sal. Psal.72.6.

זַרְזִיר *Lelaps, Canis leporarius,* juxta Rabbinos, Prov.30.31. in Hebræo. *Apud Talmudicos Sturnus,* ein Staar/ *avis nigra: unde dictum proverbiale,* לא לְחִנָּם הולך זַרְזִיר אצל הָעוֹרֵב אֶלָּא מפני שהוא מִינוֹ *Non frustra ambulat sturnus juxta corvum, ideo scil. quia est de specie ejus,* Bava kama fol 92.2. Nempe, similes similibus gaudent. Ut aves concolores amant consortia, sic homines similium studiorum & morum. Legitur & in Bereschit rabbah sect.65. Baal Aruch citat quoque plurale זרזירין ex Chol. fol.63.1. sed in nostris libris nunc legitur pro eo, עורב העמקי. Aliter: In Talmud Hierosolymitano Taanis cap.1. fol.57.1. בנוהג שבעולם זה מבקש לנצח זרזירו וזה מבקש לנצח זרזירו Consuetudo mundi est hæc: iste cupit vincere luctatorem suum (adversarium suum in lucta) & iste cupit vincere luctatorem suum: sed non ita comparatus est Deus, non contendit ut vincat; &c. Glossa, זרזירו id est, המתאבק עמו qui luctatur cum ipso.

זרח

Oriri, Exoriri, Splendere, Lucere, Hebr. *Apud Rabbinos in Hiphil,* הפגים משיזריחו Grossi quando oriuntur, Scheviith cap.4. id est, quando incipiunt excrescere & maturescere: Glossa, יבהיקו וישוב גופן חלק quando splendent, & corpus ipsorum læve fit. Alibi, Quid est quod scriptum est; *Tunc separavit Moses tres urbes trans Jordanem* מִזְרְחָה שָׁמֶשׁ? Deut.4.41. Dixit nempe Deus ad Mosen, הזרח השמש לרוצחין Oriri fac solem occisoribus, Makkoth fol.10.1. hoc est, עשה להם תקנה Fac ipsis præparationem, commoditatem, ut vivant & liberentur è manu vindicis sanguinis. Alii dixerunt, הזרחת השמש oriri fecisti Solem homicidis, id est, התקנת להם præparasti ipsis (locũ,) ut vivere posint, & liberari è manu vindicis sanguinis, ut Baal Aruch exponit. *Hinc alii scripserunt,* זרח *esse Parare, Præparare.*

זְרִיחָה *Ortus, Exortus.*

מִזְרְחִי *Orientalis. Fœmin.* מִזְרְחִית.

זרם

זַרְמִית · זְרָמִית *Inundatio, Diluvies:* לְאַגָּנָא מִזַּרְמִית וּמִמְּטַר Ad protegendum ab inundatione & pluvia, Jesa.4.6. דְּמִסְתַּפְרִין מִן קֳדָם זַרְמִית Qui custodiuntur ab inundatione, Jesa.

Jesa.32.v.2. Hebraicè זֶרֶם. Sic & Jesa. 25. v. 4.

זרן זַרְנִיךְ *Auripigmentum*, Cholin fol.82.2. R.Sal. Exod.16.14.

זרנא *Species ulceris maligni*; Vajikra rabba fol. 185.col.2.

מִזָּרְנָן Vide in מור.

זַרְנוּקָא *Uter coriaceus*: הֲוֵיתִ כְּזַרְנוּקָא דִּתְלֵי בִּקְטָרָא Sicut uter qui pendet in fumo, Psalm.119.83. In Aruch citatur plurale זרנוקין ex Jobi 32.19. sed ibi legitur nunc לגינין Lagenæ. *Apud Talmudicos præterea est Urna, Situla coriacea ad hauriendum aquam*, Bava bathra fol.167.1. & 58.11.

זרע *Seminare, Serere: minus usitatum in Targum*: כַּד זְרַע יִשְׂרָאֵל Quando seminavit Israël, Judic.6.3. לִדְזָרַע רוּחָא Ei qui ventum seminat, Prov. 8.7. לְזָרְעֵי חִטִּין Iis qui seminant triticum, Jerem. 12.13. *Futur.* אֶזְרַע וְאָחֳרָן יֵיכוֹל Seminabo, & alius comedet, Jobi 31.8. *Ithpehal Futur.* כָּל בַּר זְרַע זֵרוּעַ דִּי יִזְדְּרַע Super omnem sementē seminatam quæ seminatur, Levit.11.37. *Apud Rabbinos*, תַּזְרִיעַ *Semen ejicere, de semine humano*: איש מזריע תחלה יולדת נקבה אשה מזרעת תחלה יולדת זכר Si vir primò semē ejiciat, nascitur fœmella: si fœmina primò semen ejiciat, nascitur masculus, Berach.fol.60.1.

זרע זַרְעָא *Semen, Sementis*. זְרִיעָה *Satio*.

זַרְעִיתָא · זַרְעִית *Semen, Posteritas, Familia, Cognatio, Stirps, & sic Hebræo* מִשְׁפָּחָה *in Targum respondet*: מִזַּרְעִית דָּן Ex stirpe Dan, Judic.13.2. זַרְעִיתִי זְעֵירָא Familia mea est parva, minima, Judic.6.15. וּתְרֵין מִזַּרְעִיתָא Et duo ex familia, Jere.3.14. *Plural.* יִתְקָרַב לְזַרְעֲיָתָא Appropinquet per familias, Josuæ 7. 14. תַּרְתֵּין זַרְעֲיָתָא Duæ familiæ, Jere.33.24. *Construct.* זַרְעֲיַת כְּנַעֲנָאֵי Familiæ Cananæorum, Genesis10.18. *Cum Aff.* לְזַרְעֲיָתְהוֹן Juxta familias suas, Genes.10.

זֵרְעוֹנִין *Semina*: זרעונין sunt triplicia: primò, תבואה proventus, ut tritici, hordei, speltæ, &c. secundò, קטנית leguminum, ut sunt fabæ, lentes, &c. 3. זרעוני גינה Semina hortensia, vide Majem. in הלכות כלאים cap.1. Ex seminibus hortensibus quædam sunt, quibus integri agri conseruntur; & hæc vocantur מיני זרעים: quædam areolatim feruntur, & hæc vocantur מיני ירקות.

זְרוֹעַ *Brachium*: בֵּית זְרוֹעַ Domus brachii, *Manica*, Rab.

זרף *Scindere, Incidere, Scissuras facere*: בַּרְזְלָא דְּזָרִיף Ferrum quod incidit. Kimchi in Rad. פצע: זרוף מזרף Scindendo scindit & vulnus facit, Jevam fol.77. Vide & Avoda sara fol 28.2. Citat Aruch etiam ex זב fol.18.col.2. sed ibi nunc aliter legitur.

זַרְפָּא *Tumor, ex contusione aut percussione ortus*: דְּעָבְדֵי לֵיהּ לְזַרְפָּא Quem faciunt ipsi contra tumorem, Schab.fol.67.1.

זרק *Spargere, Aspergere, Conspergere, in Targum ut Hebraicè: Præterit.* זְרַק עַל מַדְבְּחָא Sparsit super altare, Exod. 24.6. וּזְרַק מֹשֶׁה יָת דְּמָא Et sparsit Mose sanguinem, Levit.8.19. *Cum Affix.* וּזְרָקֵיהּ עַל מַדְבְּחָא Et sparsit eum super altare, Lev. 9.12. *Particip.* דְּזָרִיק יָת דַּם Qui spargit sanguinem, Levit. 7.4. *Infinit.* וּלְמִזְרַק עֲלוֹהִי דַּם Et ad spargendum super illud sanguinem, Ezec.43.18. *Imperat.* וּזְרוֹק עַל קַרְתָּא Et sparge super civitatem, Ezech.10.2. *Futurum*, וְתִזְרוֹק עַל מַדְבְּחָא Et sparges super altare, Exod.29.16. וְיִזְרְקִנֵּיהּ מֹשֶׁה לְצֵית שְׁמַיָּא Et sparget illum Mose versus cœlum, Exod.9.8. וְיִזְרְקוּן יָת דְּמָא Et spargent sanguinem, Levit.1.5. *Ithpehal* לָא אִזְדְּרִיקוּ עֲלוֹהִי Non fuerunt sparsæ super eum, Num.19.13.

Apud Talmudicos etiam est Projicere: למקטליה בדבר הנזרק Ad occidendum eum re quæ projicitur, veluti lapide aut sagittâ, Joma 84.1. זרוק מרה בתלמידים *Projice timorem, reverentiam in discipulos*, id est, fac ut te timeant & revereantur, Ketubh. fol.103.2.

זְרִיקָה *Aspersio, Dispersio, Projectio.*

מִזְרָק · מִזְרְקָא *Crater, Phiala, Pelvis, Vas unde aspersiones fiebant*: מִזְרְקָא חַד דִּכְסַף Crater unus argenteus, Num.7.13. *Plural.* מִזְרְקַיָּא Pelves, Exod. 38.3. in Jonath. כְּמִזְרְקַיָּא Sicut pelves, Zach.14.20. *Cum Aff.* וּמִזְרְקוֹהִי Et pelves ejus, Exod.27.3.

מִזְרְקִין *Nervi, Vibræ, aut Venæ*, Talm. Cholin fol.93.2. Pesach. fol.74.2.

זִירְקְתָא *Lorica*: כְּמָא דְאָזֵן בְּזִירְקְתָא Sicut qui armati sunt loricâ, Jesa.33.4. Regia, כְּמָא דְאָזִין בְּזִירִקְתָא.

זרר *Sternutare, Hebr. Inde Nomen* זְרִיר *Sternutatio, pro Hebræo* עֲטִישׁ: *Aff.* זְרִירוֹי תַּנְהַר נְהוֹרָא Sternutatio ejus lucet splendore, Jobi 41.9. in Venetis. *Ab Hebræo* וַיְזוֹרֵר *Et sternutavit*, 2.Regum 4.35.

זרת, זַרְתָא · זֶרְתָּא *Spithama*, Exod.28.15. *Item Digitus minimus, apud Rabbinos. Sic contractum putatur, quasi sit* זרת *pro* זְעֵרַת *à* זְעֵיר, *quod in Targum usurpatur pro* קָטֹן *Parvus, ut suprà dictum*: Item *Pugnus*, id est, אגרוף: *unde*, זַרְתֵּיהּ מְתִיחָא לְקִבְלֵיהּ Pugnus ejus protractus, id est, extensus erat contra ipsum, Ber.rab.sect.53. id est, אגרופו ut explicat Aruch.

זתם זִיתוּם vel זִיתוֹם ζῦθος, *Zythus, Zythum. Genus fuit potus Ægyptiaci ex farina hordeacea: unde, sicut omnis res ex farina fermentata, ejus usus in Paschatis festo Judæis prohibitus.* Hinc legitur in Pesach.cap.3 *in Mischna*: אלו עוברין בפסח כותח הבבלי ושכר מדי וחומץ האדומי וזיתום המצרי וכו׳ Ista sunt prohibita in Paschate, Kuttach Babylonicum, Sicera Medica, Acetum Edomæum, & Zythus Ægyptiacus. *In Gemara*; מדי זיתום

המצרי

המצרי תני רב יוסף תלתא שערי תלתא קורטמי ותלתא מלחא Quid est Zythus Ægyptiacus? Docuit Raf Joseph: Tertia pars est hordeum, tertia pars crocus sylvestris, tertia pars sal. In Schabbas fol.156.1. שבוחשין את השתיה בשבת ושותים זיתום המצרי Qui miscent potum in Sabbatho & bibunt zythum Ægyptiacum. Sic in Berach. folio 38.1. Plinius lib. 22. cap. ult. in fine: *Ex iisdem (frugibus) fiunt & potus, Zythum in Ægypto, cælia & caria in Hispania, cervisia & plura genera in Gallia aliisq; provinciis.* Dioscorides lib. 2. cap. 109. *Ex hordeo potus fit, cui Zytho nomen est.* Theophrastus de causis plantar. lib. 6. cap. 13. ὡς οἱ τὰς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζῦθος. *Qui vina conficiunt ex hordeo & tritico; illud quod in Ægypto fit, vocatur Zythus.* Septuaginta Græci Jesa. 19. 10. Καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζῦθον, λυπηθήσονται. *Et omnes facientes zythum contristabuntur,* Hebr. שֶׂכֶר, quod illi legerunt שֵׁכָר. D. Hieronymus ad hunc locum: *Notandum, quòd pro Lacunis LXX.* ζῦθον *transtulerunt, quod genus est potionis ex frugibus aquaq; confectum: & vulgò in Dalmatiæ Pannoniæq; provinciis gentili barbaroq; sermone appellatur Sabajum. Hoc maximè utuntur Ægyptii.*

ח

חֲבָא *Latere, Abscondi, Occultari. Ithpahel,* כַּד הִיא מִתְחַבְּאָה Cùm latéret illa, vel, absconderet se, Thren. 1. v. 3. Hebræis satis usitatum.

חובה *Latibulum:* עלי גפנים שנכבן לחובה Folia vitium, quæ collegit in latibulum, vel tugurium, Bava kama fol. 101. 2. Succa fol. 40. 1.

חֻבָּא · הוּבָא · חוּבָא *Sinus, quasi Reconditorium dictus, & quòd in eo positum, lateat:* אָעִיל יְדָךְ בְּחוּבָךְ Adduc manum tuam in sinum tuum, Exod. 4. v. 6. 7. in Jon. & T. H. סבול יַתְהוֹן בחוּבָךְ Porta eos in sinu tuo, Num. 11. 12. in T. H. Jonathan sæpe habet עוּבָא. Sic Hebraicè בחבי, Targum בעטפי In sinu meo, Jobi 31. 33. Vide & in seq. radice.

מַחֲבוּא · מַחֲבָא *Absconsio. Apud Talmudicos,* כשתלך המחבא Ex quo abiverit absconsio, hoc est, quando fructus, hinc inde sub foliis latentes, sunt decussi, Peah cap. 7.

חֲבְיוֹנִין *Latibula, Abdita*, Cant. 2. 14. Eccles. 10. v. ult. Vide & in חבה.

חֲבַב *Diligere: Præt. cum Aff.* חַבְּבִנּוּן לְשִׁבְטַיָּא Dilexit tribus istas, Deut. 33. 3. חַבְּבְתִּנּוּן Dilexi eos, Jesa. 1. 2. *Futur.* אֲחַבֵּב דָּחֲלַי Diligam timentes me, Jesa. 13. 12. אֲחַבְּבִנָּךְ Diligam te, Psal. 18. 2. *Ithpahel,* וְנַפְשָׁא דִיהוֹנָתָן אִתְחַבְּבַת בְּנַפְשָׁא דְדָוִד Et anima Jonathanis amore conjuncta fuit animæ Davidis, 1 Sam. 18. 1.

חַבִּיב · חֲבִיב *Amatus, Dilectus, Charus:* לְעַם חֲבִיב In populum dilectum, Hebr. לְעַם סְגֻלָּה, Deut. 7. v. 6. חַבְרָךְ דְּחָבִיב עֲלָךְ Socius tuus, qui charus tibi est, Deut. 13. 6. in T. Jon. *Plur.* בְּנִין חֲבִיבִין Filii dilecti, Jesa. 1. 4. וּתְהוֹן קֳדָמַי חֲבִיבִין Et eritis mihi dilecti, Exod. 19. 5. לְעַם חֲבִיבָא הֵיךְ סְגוּלָא In populos dilectos velut peculium, Deut. 26. 17. in T. Hier. *In Venetis est ferè sine Dagesch,* חֲבִיב vel חָבִיב. *Fæminin.* וְנַפְשֵׁיהּ חֲבִיבָא לֵיהּ כְּנַפְשֵׁיהּ Et anima ejus chara est ipsi, sicut anima sua, Gen. 44. 30. בְּפוּרְיָנָא חֲבִבְתָּא In lecto nostro dilecto, Canticor. 1. 16. *Cum Aff.* חֲבִיבְתִּי Dilecta mea, Cantic. 6. 3. *Apud Rabbinos:* חביבין לכל אדם הזכרים ואוי לאבי הנקבות *Chari sunt cuivis homini mares: væ autem patri famellarum,* Ben Sira. חביבין ישראל שלא הצריכן הכתוב לשליח *Chari sunt Israëlitæ, qui non opus habent legato, scil. ad Deum; sed ipsimet preces suas pro se faciunt,* Joma fol. 52. 1.

חִבּוּב *Amor, Dilectio, Dilectum:* חִבּוּב מְעַי Dilectionem viscerum meorum, Miche. 6. 7. וְחִבּוּב נַפְשְׁכוֹן Et dilectissimum animarum vestrarum, Ezech. 24. 21. *Cum Affix.* יִשְׂרָאֵל לְחִבּוּבֵיהּ Israelem in dilectissimum suum, Hebraic. לִסְגֻלָּתוֹ, Psal. 135. 4.

חֲבִיבָא *Patruus:* חֲבִיבָא דְאַהֲרֹן Patruus Aharonis, Hebr. דוד, Lev. 10. 4. in Jon. *Apud Talm.* קמיה דחביבי Coram patruo meo, Bava bathra folio 41. 2. לא הוה בדיחנא בחביבי Non insultavi contra patruum meum; cùm ex eo hoc quærebam, Cholin fol. 32. 1.

חֲבִיבְתָּא · חֲבִיבָא *Socrus:* דְּמִשְׁמַשׁ עִם חֲבִיבְתֵּיהּ Qui concumbit cum socru sua, Deut. 27. 23. in T. Hier. Melius esset חֲבִיבְתֵּיהּ: Nam Kametz sub ב pluralem numerum indicat. Aruch adducit & חֲבִיבְאָה, pro Hebræo דּוֹדָה Amita, ex Exod. 20. vers. 20. sed jam Targum illud non extat.

חִבָּא *Amor, Dilectio:* מְרִעַת חִבְּתָא אֲנָא Ægra amore sum, Cantic. 2. 5. *Construct.* חִבַּת זוּטַר דִּי בְנָךְ Amor minimi filiorum tuorum, Cantic. 4. v. 9. *Plur. cum Aff.* טָבָן עֲלַי חִבָּתָךְ Meliores sunt mihi amores tui, Ibid. v. 10.

חֲבִיבוּתָא Talmud. *Idem;* אגב חביבותא יתירא Propter amorem abundantem, Erachim 16. colum. 2.

חובא

חובא Talm. מן חובו של אילן . Vide in Rad. אבא, in אבב.

חוברין חובא · חוברי *Avis nomen*, Cholin folio 62. 2.

חָבִית *Dolium: Vas:* פי חבית Orificium dolii, Mikvaoth cap. 2. חבית מלאיין Dolium plenum vino: מאן דעבד חביתא Is qui conficit dolium, Schab. fol. 74. 2. Glossa hîc explicat de vasculo testaceo: חבירת של אפרסמון אל תנח באשפרת אלא תטלטל אותו ממקומו כדי שריחו נודף ויהנו ממנו בני אדם *Vasculum balsami ne relinquas in fimo, sed move illud de loco suo, ut odor fragret, & utilitatem inde accipiant filii hominum.* Citat Joh. Isaac in præfatione in Meturgeman. Simile ferè dictum Christi; *Non ponunt lucernam subter modium, &c.* Pluraliter חָבִיּוֹת Dolia. Ex ea forma probat Elias, ת non esse radicale, quod si esset, maneret in plurali.

חֲבִיּוֹנוֹת *Doliola, Dolia parva*, id est, חביות קטנות, Kelim cap. 2.

חבר Sic quidam hîc adduxerunt, sed in Targum legitur חבר. Vide illic.

חבט *Percutere, Decutere, Excutere, Dejicere:* *Participium*, חָבַט חִטִּין Excutiens triticum, Judic. 6. 11. מִטְרָא חֲבִיטָא Pluvia percutiens, Imber, Hebr. סחף, Prov. 28. 3. אָרֵי בְחוּטְרָא חָבְטִין קִצְחָא Quia virgâ excutiunt melanthium, Jes. 28. v. 27. Regia ex Pihel חֲבַטְתְּ. *Futurum*, אֲרֵי תְחַבּוֹט זֵיתָךְ Cùm decusseris oleam tuam, Deut. 24. v. 20. *Pahel Præter.* וְחַבְּטַת יָתֵיהּ כּוּלֵי לֵילְיָא Et percussit eam totâ nocte, scil. spiritus, Esth. 6. 1. in Venetis. *Apud Rabbinos*, חריות של דקל הוו כלכלין וחובטין על גבי המזבח Ramos dactylorum colligebant, & excutiebant super altari, Schabb. cap. 4. in Misch. חובטו במקלו Percutiebat illum baculo suo, Middoth cap. 1. סיד חבוט Calx percussa, id est, macerata, Schab. fol. 80. 2.

Deinde חָבַט est *Pronus decumbere, Prosternere se in terram. Pihel* חבט *Prostrare, Dejicere, Prosternere:* חבטן לקרקע Prostravit eos in terram, Schemoth rabba sect. 1. *Ex Ithpahel*, כמה נתחבט יהושע לפני הקבה Quemadmodum prostravit se Josua coram Deo, Medrasch Tehil. Psal. 18. Sic in Medr. Till. Psal. 9. Tempore futuro venient gentes mundi, ומתחבטין לפני אלהיהן & prosternent se coram Diis suis, sed non poterunt juvare ipsas. Huc refert Baal Aruch, אסמוהו בופרי לידי מברכתא Percutite eum virgis palmarum, in piscinam prostravit se, Ketubh. fol. 10. Sic vult Baal Aruch מברכתא idē esse quod נברכת Piscina, locus in quo lavatur; & metaphoricè intelligi Uterum vel vulvam muliebrem, quasi dicat, Cædite eum, quia prodit se, quòd jam antea cognoverit mulieres, & consuetudinem cum ipsis habuerit. Glossa Talmudica vult, מברכתא esse nomen proprium loci, in quo multa scorta & prostibula fuerint.

חֲבָט *Percussio, Plaga, Vulnus*, Bava kama fol. 50. 2. Cholin fol. 8. 1.

חובטא *Venter:* unde ex Echa rabbeti citatur in Aruch, נסב חובטא ומעיא יהב קרם לאתתיה Accepit ventrem & intestina, & posuit ea coram uxore ejus.

חֲבָט *Corrigia*, vel, *Laqueolus calcei:* חבט של סנדל Corrigia calcei, Mikvaoth cap. ult.

חִבּוּט *Percussio, Excussio: Apud Talmudicos:* Ramos palmarum afferebant, & excutiebant eos in terra, ad latera altaris, & ille dies vocabatur יום חבוט חריות Dies excussionis ramorum, Succa cap. 4. in Misch. חיבוט הקבר *Percussio quæ fit in sepulchro.* De hac mirum Rabbinorum somniū, de quo Elias in suo Thisbi, cujus verba Latinè adducam: *Scriptum est in Medrasch Rabbi Isaac filii Parnach, Interrogaverunt discipuli ipsum Rabbi Eliezer, quomodo se habet ritus* חבוט הקבר? *Respondit eis: Postquam separatus est homo ab hoc sæculo, venit Angelus mortis, & sedet super sepulchrum ejus, statim intrat anima ejus in corpus ejus, & facit illum stare super pedes suos, &c. Donec dixit R. Jehosua filius Levi: Et in manu ejus est (inquit) catena, cujus media pars est ferrea, & altera ignea, quâ verberat ipsum (hominem.) Et primâ vice dissolvuntur membra ejus: alterâ vice ejus ossa dissipantur, tum veniunt Angeli & colligunt ea. Quod si tertiâ vice ipsum percusserit, redigitur in pulverem & cinerem, & redit in sepulchrum suum, &c. Donec dixit R. Meir: Gravius itaque est judicium Chibbut bakkever judicio gehennæ, quoniam etiam qui planè justi sunt, & filii principum, & abortivi eo judicantur, excepto eo, qui moritur in vespera Sabbathi, & qui moritur in terrâ Israël, &c.* In Precationibus quas appellant Benschen / in quadam quæ incipit יהי רצון ברכות legitur: והצילנו מגזרות רעות ומדלות ומעניות ומכל מיני פורעניות ומדינה של גהנם ומחבוט של קבר hoc est, Et libera nos à decretis malis, & à paupertate, & abjectione, vel contemptu, & ab omnibus speciebus pœnarum, & à judicio gehennæ, & à percussione sepulchri: Vide Synag. nostram Jud. cap. 35.

מַחְבּוֹטָא *Baculus excussorius*, Jesa. 28. 27.

חבל *Pignerari, Pignori, In pignus, pro pignore accipere, Heb.*

Secundò חבל *Ligare, Colligare, Constringere.* Hinc, מטה מיטמאת חבילה Lectus polluitur si sit colligatus, id est, מחוברת, Kelim cap. 18.

Tertiò *in Pahel* חַבֵּל *Corrumpere, Perdere, Destruere, Vastare, Lædere. Præter.* חַבְּלוּנִי Læserunt me, Dan. 6. 22. וְחַבִּילוּ אוֹרְחַתְהוֹן Et corruperunt

vias suas, Jesa.1.4. *Particip.* לָא יִרבֵּי דִּפסִיק וּדְמחַבַּל Non dignus erit excisus & læsus, Deuter. 23.1. Hebr. כְּרוּת שָׁפְכָה *Excisus virilibus, castratus.* בְּיַד מְחַבְּלָךְ In manu perdentis te, Ezech.28.9. *Infini.* לְחַבָּלָא כָּל רַשִׁיעֵי אַרְעָא Ad perdendum omnes improbos terræ, Jesa.13.v.5. *Cum Affix.* לְחַבָּלוּתַהּ Ad perdendum illam, Genes.19.13. *Imperativus,* חַבְּלוּהִי Perdite eam, Dan.4.20. *Futurum,* וִיחַבְּלוּן זִיו אֵימְתָךְ Et perdent splendorem terroris tui, Ezech. 28.7. וּבִבְשַׂרהוֹן לָא יְחַבְּלוּן חִבּוּל Et in carne sua non lædent læsionem, hoc est, non inferent læsionem, Hebr. לֹא יִשְׂרְטוּ שָׂרָטֶת Non incident cæsuram, Lev.21.5. *Ithpahel Præt.* וְאִתְחַבַּלַת אַרְעָא Et corrupta erat terra, Genes. 6.v.1. אִתְחַבַּלְתְּ בְּחוּכְמְתָךְ Perditus es in sapiētia tua, Ezech.28.17. *Participium,* נַפְשִׁי מִתְחַבְּלָא Anima mea corrupta est, Jobi 17.1. Hebr. חֻבָּלָה ex Pyhal, & sic in Regiis. *Infinit.* לְאִתְחַבָּלָא Ut dispergerentur, Cantic. 2.15. *Futurum,* יִתְחַבַּל מִנַּהּ Perdetur ab ea, Proverb. 13.13.

Apud Talmudicos etiam specialiter sumitur חַבַּל *de quavis læsione, quâ quis proximum suum lædit in corpore suo, ut qui Percutit, vulnerat, membro aliquo Mutilat, Urit, &c.* Hinc, החובל בחבירו חייב בו משום חמשה דברים Qui lædit socium suum, tenetur ei satisfacere pro quinq: rebus, pro Damno, Dolore, Neglectione, Cessatione, & Ignominia, Bava kama capite 8. quod totum agit de hujusmodi læsionibus. Sic, שנים שחבלו באחד Si duo simul læserint unum, habentur tamquam unus: הנחבל Læsus. Vide de his damnis vel læsionibus etiam Rambam Parte 4. in הלכות חובל ומזיק. *Sumitur autem sic tantùm de Læsione corporis, ut dictum.* Sic, כל המקלקלין פטורין חוץ מהובל ומבעיר Omnes perdentes vel destruentes (scilic. in Sabbatho) immunes sunt, excepto eo qui lædit vel vulnerat proximum suum, & qui comburit aliquid, Schabbas fol.106.1. Bava kama folio 34.2.

חֲבָל · חִבְּלָא · חַבָּלָא *Corruptio, Perditio, Exitium, Ruina, Læsio:* וַחֲבָל לָא אִיתַי בְּהוֹן Et corruptio nullast in eis, Dan.3.25. לְחַבָּלָא יְחוֹתוּנָךְ Ad perditionem deducent te, Ezech.28.8. לְאַסָּקָא מֵחַבָּלָא חַיַּי Ad educendum ex corruptione vitam meam, [Jo]n.2.7. *Apud Talmudicos:* החובל בחבירו חבלה Qui læsionem infert socio suo.

חֲבַל חֲבוֹל Ἄβαλ, ἄβαλε *Væ, quasi dicas Exitium, ex præcedenti significato:* חֲבַל עֲלַי Væ mihi, [Re]gia חֲבוֹל, Jobi 10.15. Heb. אַלְלַי לִי: חֲבוֹל עַל בְּנַנָא [V]æ super filios nostros, Deuter. 28.15. in Jon. [A]pud Talmudicos ejus usus frequens, חֲבַל עָלָךְ בֶּן עַזַּאי [V]æ tibi Ben Assai, Nedar. folio 74 2. חבל על דאבדין ולא משתכחין *Væ super eos qui pereunt, & non inveniuntur*, Sanhedrin fol.111.1. Væ hominibus, cùm è medio illorum tolluntur viri rari & eximii, quorum similes non amplius inveniuntur.

חַבְלָא Sic adducitur in Aruch, sed in Gemara legitur הַבְלָא *Exhalatio calida, Calor æstuans,* Bava basra fol.18.1.

חִבּוּלְיָא · חֲבוּלְיָא *Fœnus, Usura, sic dicta, quia Perditio & Exitiū est dantis:* לָא תְשַׁוּוּן עֲלוֹהִי חִבּוּלְיָא Non imponetis ipsi usuram, Exod.22.25. Sic pro Hebræo נֶשֶׁךְ usurpatur: בְּחִבּוּלְיָא לָא יְהַב Fœnori nihil exponit, Ezech.18 8. לָא תִסַּב מִנֵּיהּ חִבּוּלְיָא Non accipies ab eo usuram, Levit.25. v.36.

חִבּוּל · חִבּוּלָא · חִבּוּלָא *Corruptio, Perditio, Damnum, Læsio:* וּתְהֵי סְנֵין מֵחִבּוּלָא Et eris purus à corruptione; Jobi 11.15. וחבול עַל מִית Et læsionem propter mortuum non indetis carni vestræ, Hebr. שֶׂרֶט Cæsuram, Levit.19.28 גְּבַר שְׁלִים וְזַכַּי בְּלָא חִבּוּלָא Virum perfectum & justum sine corruptione, Ezech.7.29. מָן חִבּוּלֵיהּ בִּידֵיהּ Instrumentum perditionis in manu suâ, Ezech.9.v.1. אִתְּחַד בִּמְצַד חִבּוּלֵיהוֹן דְּמִצְרָאֵי Captus fuit in reti perditionum Ægyptiorum, Thren.4.20.

חֲבַל *Restis, Funis, Funiculus. Plurale,* וּמְשַׁח תְּרֵין חַבְלִין Et mensus est duos funes, 2.Sam.8.2. וּבְחַבְלֵי רַחֲטוֹהִי נִתְּפְכַר Et funibus peccatorum suorum continetur, Prov.5.22.

חֲבַל · חִבְלָא *Dolor, gravissimus propriè, qui quasi fune constringit, ut Tormina, & parturientium dolores: Græc. ὠδίν. Plurale,* כְּחַבְלִין לִילַדְתָּא Sicut dolores parturientis, Jer.22.23. Mich.4.9. Jesa.21.3. Veneta כְּחִיבְלִין. Sic, עָקָא וְחֶבְלִין Angustia & dolores, Hebr. חֲבָלִים, & sic Veneta in Targum חִבְלִין, Jesa.13.8. LXX. ὠδῖνες.

Apud Talmudicos crebra mentio חבלי המשיח *Dolorum seu ὠδίνων Messiæ.* In Tractatu Talmudico Schabbas fol.118.1. כל המקיים שלש סעודות בשבת ניצול משלש פורעניות מחבלי של משיח ומדינה של גהנם וממלחמת גוג ומגוג · מחבלי של משיח כתיב הכא יום וכתיב התם הנה אנכי שולח לכם את אליהו הנביא לפני בוא יום וגו' Quicunque observat tria prandia in Sabbatho, liberatur à tribus pœnis, A' Doloribus Messiæ, à Judicio gehennæ, & à Bello Gog & Magog; A' Doloribus Messiæ, quia scriptum est hîc, Dies, & scriptum est illic, *Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini, &c.* In Sanhedrin fol.98.2. מה יעשה אדם וינצל מחבלי של משיח יעסוק בתורה ובגמילות חסדים וכו' Quid faciet homo, ut liberetur à doloribus Messiæ? Operam dabit Legi & beneficentiæ, &c. Sic alibi. Intelliguntur autem per *Dolores Messiæ*, afflictiones, calamitates, & persequutiones futuræ tempore Messiæ, ut Abarbenel exponit in Danielem f.68.2. dum ait; Audiverunt etiam (scil.

(scil. Christiani à Judæis) quòd gravissimæ sint futuræ calamitates tempore Messiæ, quæ vocantur חבלי המשיח ὠδῖνες Messiæ, adeò ut beatum prædicarint eum, qui illas non visurus est, nec illis temporibus victurus. Ad has traditiones aliquo modo oculum conjecisse videtur Christus, dum afflictiones & calamitates, tam primi, quàm secundi sui adventus, vocat ὠδῖνας, Matth. 24.8. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων *Hæc autem omnia sunt principia dolorum.* Syrus, רישא אנון חבלא.

חַבְּלָא *Vastator, Corruptor:* וּנְפַק מַלְאַךְ חַבְּלָא מִנֵּיהּ Et cessavit Angelus vastator ab eo, Exo. 4 26.27. in Jon.

מְחַבְּלָא *Idem:* ונפק מחבלא Et egressus est vastator, 1.Sam. 13.17. וּמִמְחַבְּלָא שֵׁיזֵבִנוּן Et à vastatore liberabo eos, Hos. 13.14. ולא יהב רשותא לְמַלְאַךְ מְחַבֵּל לְחַבָּלָא בַּן Et non dedit pôtestatem Angelo vastatori perdendi vel lædendi nos, Cantic. 2.9. לילֵיא חֲרִין נְטִיר מִמַּלְאֲכָא מְחַבְּלָא Nox hæc custodita est ab Angelo perdente, Genes. 12.42. in Jon. *Fœminin.* מְחַבְּלָא *Mulier parturiens, Puerpera, à* חבלין *doloribus partus sic dicta*, Ber. rab. sect. 60. Medr. Kohel. cap. 2.2. vide.

מְחַבְּלָא *Idem*, Prov. 28.24. & 18.9.

חַבְלָנִית *Perdens, Corrumpens:* סנהדרין חבלנית *Sanhedrin perditorium*, quod spatio 70. annorum unum interficit, Maccoth cap. 1. in fine. אשה חבלנית *Mulier perdens, Corruptrix.* Sic Judæi appellant mulierem, quæ tres maritos supervixit. Eam quartò ducere prohibitum, quia præsumitur etiam illum concubitu suo perditura, Ein Mannsverderberin. Quomodo ergo vocarent illam, quæ viginti tres sepelivit, cujus meminit D. Hieron. in Epistola ad Gerontiam? Sic fuit olim hîc Basileæ, quæ undecim sepelivit maritos, de qua legitur hoc epitaphium:

Quę jacet hoc mulier parvi sub fragmine môtis,
 Non certè fausto sydere nata fuit.
Quæ sit causa rogas? nam tres & octo maritos
 Legitimi socios cæpit habere thori.
Quos ea (quâ culpâ nescitur) perdidit omnes,
 Et fuit in quovis nubere mense malum.
Dj meliora mihi; cùm quondam tempore justo
 In thalamos ibit sponsa petita meos.
Huic totidem versus, fuerat quot nupta maritis,
 Fecimus: undecimus sed benè talis erit:

APTA VIRO NULLI FOEMINA
DIGNA MORI.

חֲבִילָה *Fasciculus, Massa colligata, ut Balla mercatorum, Sarcina iter facientium, & similia: Apud Talmudicos,* המוליך חֲבִילָה ממקום למקום Qui abducit fasciculos (mercium scilic.) ex uno loco in alium, Mezia fol. 72.2. כשבאת חבילה לידו Quando venerit vel fuerit fasciculus (mercium, vestium vel similium rerum) in manu ipsius, Ibid. fol. 78.1. אין עושין מצות חבילות חבילות *Non servant præcepta fasciculatim*, id est, multa simul. Quia qui omnia simul vult agere, nihil rectè agit, Pesach. fol. 102.2. Berach. fol. 49.1. מרבה בחבילות Multiplicans fasciculos; nempe, ut in Aruch explicatur, חבילי עצים Fasciculos lignorum, ad fovendum ignem, Wällen/ Bava kama fol. 10.1. חבילי זמורות Fasciculi ramorum, sive palmitum: שנים שבאו ממדינת הים ואשה עמהם וחבילה עמהם Si duo veniant ex urbe maritima, & secum habeant mulierem & fasciculum (mercimoniorum vel supellectilis) Kiddusch. fol. 65.2. *Item Funiculi, Ligamina, Ligamenta.*

חבן וְלֶחֶם חֲבִינְנוּת לָא אָכְלָה חֲבִינְנוּתָא *Pigritia:* Et panem pigritiæ non comedit, Prov. 31. v.27. Hebr. עצלות. Vide etiam חבן.

חבס *Conterere, Contundere, Confringere nimio pondere, Opprimere. Niphal,* הגלגולת שנחבסה Cranium quod contusum est, Cholin fol. 52.1.

חבסא *Confractio; Contritio: vel Oppressio ex nimio onere*; Metzia fol. 116.2.

חבץ *Premere, Comprimere, Exprimere: synecdochicè, Premere lac ad eliciendum butyrum: Pahel,* החולב המחבץ והמגבן Mulgens, butyrum faciens, & caseum faciens, Bava metzia folio 89.1. Schabbas fol. 95.1.

חובצא *Butyrum: vel, Caseus:* זבין לי ביעין וחובצין Eme mihi ova & butyrum: חובצא דעיזא Caseus caprinus, Echa rab. fol. 60. col. 3.

חביצה חֲבִיצָה *Coctionis, cibi, vel pulmenti genus fuit, cui panis interebatur.* Quærunt Talmudici, quomodo super eo benedicendum sive orandum sit, antequam panis intritus sit, aut si mica tantùm, instar olivæ, in illud inciderit, Menach. fol. 75.2. Berach. fol. 37.2. Beresch. rabba sect. 48. Tibbul jom cap. 2. *Alibi dicitur, Farinam subactam cum oleo sive pinguedine aut butyro & melle, dici* חביץ sive חבץ.

חִבְצָא · חִיבְצָא vel חיבצא *Collectio, Congeries, Massa collecta, cumulus:* חיבצא דתמרי Cumulus dactylorum compressorum vel contusorum, Kethubh. fol. 80.1. In Metzia fol. 99.2. dicitur קיבוץ. Idem quod חיבוצא.

חבק *Amplecti, Amplexari, Complecti, ut Hebraicè. Pahel,* חַבֵּק *Idem. Participium,* הוי מְחַבְּקָא ברא Eris amplexās filium, 2.Reg. 4.16. אַל תְּחַבֵּק עוּבָא דְאַחֲרִיתָא Ne amplectaris sinum alienæ, Prov. 5.20. *Imperativ.* חַבְּקִיהָ Amplexare eam, Prov. 4.8.

חִבּוּק *Amplexus, Amplexatio, Complexus*, Proverb. 6.10. in Hebræo.

חָבָק *Idem:* עד מקום החבק Usq; ad locum complexus, id est, femoris, unde nervi exeunt, femur & crura complectentes, Nidda fol.58.1.

חֲבָק *Cingula equi, ventrem cingens, Roßgurt:* כדי לעשותו חבק לחמור Ut fiat ex eo cingulum asini, Kelim fol.31.1. Quidam *Tegumentum, Operimentum* exponunt, quod post sublatum ephippium equo vel asino imponitur, ne citiùs, quàm par est, refrigescat: aut quod ori supersternitur, ne à pluvia madescat: על הקילקלי ואת החבק Antilenam & cingulam, Schabbas fol.64.1. *Videtur & muliebris Ornamenti genus fuisse, collo, instar cinguli, circumligatum: Collare:* הבנות יוצאות בחוטין שבאזניהם אבל לא בחבקין שבצואריהם Filiæ egrediuntur (in Sabbatho) cum filis, quæ sunt in auribus ipsarum, sed non cum collaribus quæ sunt in collis ipsarum, Schabb. fol.57.1.

חָבַר חִבֵּר *Conjungere, Sociare, Associare, Consociare, Componere, Concinnare: Præterit.* חִבְּרוּ עָלַי שִׁקְרָא Concinnarunt adversus me falsa, Psal.119.69. *Infinit. cum Aff.* אִתְבְּיַנְתְּ לְחַבָּרוּתִי Intellexisti, Attendisti ad associandum me in congregationem tuam, Psalm.139. 2. *Participium,* מְחַבְּרִין וְאָסְרִין חִוְיָן Consociant & ligant serpentes, ne scil. lædant, Deuter.18.11. in Jon. Hebr. וְחֹבֵר חָבֶר. *Ithpahel,* אִתְחַבַּרוּ לְטַעֲוָתָא Consociarunt se idolis, Hos.4.17. אִתְחַבָּרוּ אִנּוּן וְכָהֲנֵיהוֹן Consociarunt se ipsi & sacerdotes eorum, Hos.6.9. *Futurum,* הַאֶפְשַׁר דְּיִתְחַבַּר עִמָּךְ An possibile est, ut associetur tibi? Psal.94.20. *Apud Rabbinos ex Pyhal,* תלושין אסורין מחוברין מותרין Evulsæ arbores sive succisæ, licitæ sunt, Conjunctæ (scil. terræ), quæ adhuc in terra stant, prohibitæ.

Rabbini etiam frequenter usurpant de Conscriptione & compositione librorum: הוא חיבר הרבה ספרים Ipse composuit libros plurimos. מְחַבֵּר *Author, Compositor:* אָמַר הַמְחַבֵּר Dicit author: חִבּוּר *Compositio, Opus, Scriptum.*

חֲבַר · חַבְרָא, *ab Hebræo* חָבֵר *Socius, Sodalis, Collega:* חַבְרָא הוּא לְגַבְרָא מְחַבְּלָנָא Socius est viri perdentis, Proverb.28.24. חַד יְקִים יָת חַבְרֵיהּ Unus erigit socium suum, Eccles.4.10. *Plurale,* תְּלָתִין חַבְרִין Triginta socios, Hebr. מֵרֵעִים Judic.14.11. in Venetis. *Apud Talmudicos ut commune proverbium citatur:* אי חברא כחברי דאיוב או מיתותא *Aut amici ut amici Jobi, aut mors,* hoc est, ut in glossa explicatur, *Si non sint homini amici, satius est ei ut moriatur,* Bathra 16.2. אחד מניף לכל חברין Unus agitat (scil. oblationem) pro omnibus collegis, sociis, Menach. fol.93.2. Sic, בַּעֲלֵי חוברין Idem, Temurah fol.2.1. *Deinde Doctoribus Hebræorum priscis dicebatur* חָבֵר *Magister, sive Rabbi recens creatus, titulo quidem & dignitate Magisterii auctus, sed nondum ad publicum docendi officium vel aptus, aut ordinariè vocatus. Non tamen simpliciter dictus fuit* חָבֵר, *sed relativè semper,* חָבֵר *illius, à quo promotus erat:* ut, ר׳ שמעון בן ננס חבירו של רבי ישמעאל Rab. Schimeon filius Nanas, collega R. Ismaëlis. *Collega*, quoad Rabbinatus sive Magisterii dignitatem consecutam, non quoad dignitatis cum officio conjunctæ amplitudinem, quâ Promotor promotum totâ vitâ superavit. Altiorem enim locum semper Promotor occupavit; Promotus sive חָבֵר in inferioribus subselliis cum aliis discipulis sedebat, præsente scil. Promotore. Vide Scalig. Elench. Trihæres. cap.10. & infrà in Radice סמך. *Generaliter etiam* חָבֵר *est* תַּלְמִיד חָכָם *Sapiens: Plurale,* חֲבֵרִים *Sapientes, Magistri:* מה אהרן חבר אף בניו חברים Quid fuit Aharon? Doctor sive Sapiens, & filii ejus Sapientes fuerunt, Sanhed. fol.90.2. Hinc in libro Cosri Sapiens ille, qui Regi Persarum Cosroi interroganti respondet, vocatur חבר; ubi Glossator in principio addit; החכם הישראלי חבר יִקָּרֵא בלשון רז״ל Sapiens Israëlita vocatur חבר in sermone Magistrorum nostrorum. *Tertiò in Talmud sæpè vocantur Sacerdotes Persarum* חֲבָרִים, *& in singulari* חָבָר, *vel Persæ in genere:* ut; In Jevammoth fol.63.2. ad locum Psalm.14. אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ *Dicit stultus vel flagitiosus in corde suo:* R. Jochanan dixit, אלו חברים Isti sunt Chaverim. Gloss. חברים id est, Persæ impii, qui non agnoscunt gloriam Israëlitarum. Ibid. חברים אתו לבבל *Chaverim* venerunt in Babyloniam, id est, Persæ, scil. temporibus Cyri, ut est in Tosephos, in Schabbas. In Schab. f.11.1. אל תחת חבר Ne (scil. habites) sub חבר. Glossa; אומה מבני פרסיים Populus est ex filiis Persarum. Vide hîc Tosephos prolixè. In Kidduschin fol.72.1. Dixit R. Immi ad R. Levi, Ostende mihi Persas; dixit, Similes sunt exercitibus domus Davidis; הראני חברין Ostende mihi חברין; dixit, Similes sunt Angelis vastatoribus; Ostēde mihi Ismaëlitas; dixit; Similes sunt hircis, &c. Glossa; *Chaverim* sunt populus vicinus Persis, sed longè crudeliores & rapaciores quàm Persæ. אתא ההוא חברא ושקלה לשרגא מקמייהו Venit quidam *Chabbra*, & auferebat lucernam coram ipsis, Gittin f.17.1. Glossa, חברא id est, פרסאי Persa; Nam Persæ habent peculiarē quempiam diem festum, quo nullum lumen accendunt, prǽterquam in Templis suis. Vide hîc rursum Tosephos, & Schab. fol.45.1. ubi glossa iterum dicit, fuisse populum quendam ex Persia. Baal Aruch scribit; Persæ vocabant כּוּמָרִים id est, Sacrificulos, vel Sacerdotes חברים, & fuerunt isti חברים pessimi, graviterque affligentes Israelem. *Fœminin.* חַבְרְתָא *Socia, Proxima:* אִתְּתָא מִן חַבְרְתַּהּ Mulier quæq; à socia

à ſocia ſive proxima ſua, Exod. 11. 2. אֲרוּם לֵית מַלְכוּתָא מִקְרְבָא אַחֲבְרְתָּהּ Quia non appropinquat regnum ad ſocium ſuum, id eſt, ad alterum regnum: nunquam duo regna, duo reges conjunguntur, conjunctim regnant in una terra, Pſal. 110. v. 1. in Venet. *Plurale*, הִיא וְחַבְרָתְהָא Ipſa & ſociæ ejus, אֲנָא וְחַבְרָתִי Ego & ſociæ meæ, Judic. 11. v. 37.

חֲבַר *Societas, Sodalitium, Collegium:* חבר עִיר Societas, congregatio civitatis, Roſch haſchana fol. 34. 2. Opponitur ei יחיד Unicus, ſingularis, Berach. cap. 4. in Miſna.

חִבּוּר *Compoſitio:* חבור הספר Compoſitio libri, Liber conſcriptus vel editus, quomodo & מְחַבֵּר Compoſitor, Author libri dicitur, ut & antè poſitum in Pahel.

חֲבוּרָה *Plaga, Vibex, Tumor livens. Plurale,* חֲבוּרִין *Vulnera, Inciſiones, Cæſuræ*, Deuter. 14. 1. in T. Hieroſ. Hebraicè חַבּוּרָה Exod. 21. 25.

חֲבְרוּתָא *Societas: Apud Rabbinos,* או חַבְרוּתָא או מִיתוּתָא *Aut ſocietas aut mors*, in Taanis cap. 3. fol. 23. 1. ſub finem paginæ. Solem è mundo tollunt, qui amicitiam, dixit Cicero. Sic Hebræi dicunt, mortis cauſam eos eſſe, qui ſocietatem amicorum tollunt. Simile vide ſuprà in חֲבַר.

חֲבוּרָא *Idem:* וחבורי חבורא בישין Sociantes ſocietates malas, Deuter. 18. 11. in T. Hier. Hebr. חבר חָבֶר Aſſocians ſocietatem, quod periphraſis eſt Incantatoris, qui ſic dicitur à ſocietate malorum ſpirituum, quos ſibi Incantando aſſociat. Vide Lexic. Hebr.

חבורה *Sodalitium aliquot perſonarum ad epulum aliquod, Contubernium:* ut, האוכל מן הפסח אינו אוכל אלא בחבורה אחת Quicunque comedit Peſach, non comedat illud niſi in ſodalitio aliquo, contubernio, ubi plures fuerint congregati, Majem. in Korban Peſach cap. 9. Joſephus lib. 3. Orig. Judaic. cap. 10. vocat φρατρίας. A' Marco Evangeliſta cap. 6. vocantur συμπόσια, & πρασιαί. חבורת מצוה Contubernium præcepti, Peſachim fol. 113. 2. Gloſſa, כגון משתה של ברית מילה בת כהן לכהן quale eſt convivium Circumciſionis, & cùm filia ſacerdotis ſacerdoti deſpondetur.

מַחְבֶּרֶת *Compoſitio:* מחברת אחת Compoſitio una, Aben Eſra Prov. 25. 1. *Item Additio, ſpecies arithmetica, cui opponitur* מִגְרַעַת *Subtractio.*

הִתְחַבְּרוּת *Conſociatio, Societas*, Dan. 11. 23. Pro ה etiam א ex forma Chaldaica uſurpatur.

חֲבַרְבּוּרוֹת *Maculæ liventes*, Jerem. 13. v. 23. Hebraic.

חֲבַרְבַּר *Maculatum:* בְּרַם חֲשׁוֹךְ מְחַבַּרְבַּר עֲלַי Verum tenebræ, vel obtenebratio maculoſa fit ſuper me, Alii, Obſcurat me, Pſal. 139. 11.

חֲבַרְבַּר *Cæcitas. Plurale*, חֲבַרְבְּרִין Cæcitates, Geneſ. 19. 11. in T. Hieroſ. In Jonathane ſcribitur per ו.

חֲבַרְבְּרָא · חֲבַרְבַּר *Species ſerpentina heterogenea,* מן חכינא וחרדון *ex ſerpente & bufone procreata.* In Ber. rab. ſect. 82. הביא חכינא וזיוג לה חרדון ויצאת מהם חברבר Accepit (Deus) ſerpentem, & copulavit cum eo bufonem, vel, lacertum, & prodiit ex illis חברבר, beſtia noxia. Nam nunquam auditum eſt, quempiam à cane rabioſo, ab hac beſtia חברבר, & à mula alba morſum, ſanatum fuiſſe. Idem legitur in Jalkut fol. 42. col. 2. & in Talmud Hieroſolym. Berach. fol. 12. 2. paululum tamen aliis verbis; מימיו לא יאמר לך אדם שעקצו חברבר וחיה; נשכו כלב שוטה וחיה שבעטתו פרדה וחיה Nunquam dicet tibi homo, quòd eum חברבר pupugerit, canis rabioſus momorderit, mula denique calcibus petierit, & convaluerit. Amplius in Talmud Hieroſol. Berach. cap. 5. fol. 9. col. 1. ר' חנינה היה עומד ומתפלל ובא חברבר והכישו ולא הפסיק את תפלתו והלכו ומצאו אותו חברבר מת מוטל על פי חורו · אמרו אי לו לאדם שנכשו חברבר ואי לו לחברבר שנכש את ר' חנינא בן דוסא: מה עסקיה דהדין חברבריא · כד הוות נכית לבר נשא אין בר נשא קדים למיא חברברא מיית · ואין חברברא קדים למיא בר נשא מיית R. Chanina bar Duſa ſtabat & orabat. Venit *Chavarvar* & momordit eum, nec tamen ceſſavit ab oratione ſua. Cùm irent & viderent, invenerunt illum chavarvar mortuum ad oſtium ſpecus ſuæ. Dixerunt, Væ illi homini quem momorderit *chavarvar:* ſed væ illi *chavarvar*, qui momordit R. Chaninam. Quænam eſt ratio ſeu conditio hujus *chavarvar?* Quando mordet hominem, & homo prior venit ad aquam, *chavarvar* moritur: ſi verò *chavarvar* primò ad aquam venerit, moritur homo. Eadem hiſtoria, ſed breviùs, legitur in Talmud Babylonico Berachoth fol. 33. 1. ubi pro חברבר eſt עָרוֹד: unde videntur eſſe ſynonima. Nam quod de aqua hîc ſcribitur, utili contra morſum hujus ſerpentis, idem legitur de ערוד in Schemoth rabba ſect. 1. fol. 119. 2.

חֲבַשׁ *Ligare, Alligare, Obligare*, Heb.

חֲבוּשְׁיָא *Carcer:* בְּבֵית חֲבוּשְׁיָא In domo carceris, ligationis, Geneſ. 40. 20. in T. Hieroſ. Aruch, חֲבוּשְׁיָא.

חֲבוּשָׁא *Malum cotoneum*, Kethubh. fol. 60. 2. *Plurale*, באפרסקין וחבושין Perſicis & cotoneis, Beza fol. 26. 1. Schab. fol. 45.

תַּחְבּוֹשֶׁת *Emplaſtrum, ab obligando. Propriè quod ex pinguibus, oleo, balſamo, butyro, pinguedine ſive adipe fit: aliâs idem dicitur* אִסְפְּלָנִית. *Quod ex farina conficitur, vocatur* מְלוּגְמָא *μάλαγμα.*

חֲבַת חֲבִית *Sartago. Unde plur.* חֲבִתִּים,

1\. Paral. 9. 31. *Apud Talm.* הסולת והחביתים והיין Simila, & ſartagines, & vinum, Joma fol. 25. 1. in Miſna. Hîc per החביתים intelligitur Decima Ephæ, quam ſacerdotes quotidie offerre jubentur Levit. 6. 13. quia de illa ibid. v. 14. ſcribitur, על מחבת In ſartagine cum oleo parator, &c. Sic uſurpatur etiam in Menach. cap. 11. in Miſna.

* חגא Vide in חגג.

חגב חֲגָבָא *Locuſta, aut Locuſtæ ſpecies, Cicada juxta quoſdam, aut Bruchus*, Levitic. 11. 12. *Plur.* חֲגָבִין *Locuſtæ.*

חָגַג *Feriari, Feſtum celebrare vel agere: Tripudiare, quòd hoc diebus feſtis agere ſolerent. Participium*, חָגְגִין Tripudiantes, 1. Sam. 30. v. 16. *Infinit.* לְמֵחַג לִירוּשְׁלֶם Ad feſtum celebrandum in Hieruſalem, Pſal. 42. 5. *Imperat.* חוּגִי יְהוּדָה חַגָּךְ Celebra Jehudah feſtivitatem tuam, Nah. 1. 15. *Futurum*, וּתְחַגּוּן יָתֵיהּ חַגָּא Et celebrabitis eum feſtivum, Exod. 12. 14.

חַג חַגָּא *Feſtum, Feſtivitas, ut paulò antè. Quòd addiderunt, etiam ſignificare Agnum aſſatum, id pravè factum.* Nam verba Targum ſunt, דְאָכְלִין יַת נִכְסַת חַגָּא טְוֵי נוּרָא Qui comedebant victimam feſti, aſſatam igni, Canticor. 2. 9. *Plurale*, וּבְחַגַּיָּא וּבְמוֹעֲדַיָּא Et in feſtivitatibus, & in ſolennitatibus, Ezech. 46. 11. *At Judæi pro innata ſua contra Chriſtianos malitia, non ſic feſta ipſorum vocant, ſed* חָגָּא, *quod Hebraicè Pavorem, Trepidationem ſignificat Jeſa. 19. 17. aut juxta R. Salom.* שֶׁבֶר *Contritionem, Rupturam, quò & affine nomen* חַגְוָה *Fiſſura, Ruptura, reducit. Inde Elias in ſuo Tisbi ſcribit: Feſta & ſolennitates idololatrarum* (עובדי עבודה זרה *Chriſtianos vocant,) nos vocamus* חָגָּא, *quod idem eſt quod* שֶׁבֶר *Contritio. Eodem ſenſu diem feſtivum ipſorum vocamus* אֵיד *Perditionem, Interitum. Vide* איד. Apud Talmudicos etiam legitur חגתא רטייעי Feſtum mercatorum Arabum, quò annuatim conveniebant omnes mercatores, & in certi cujuſdam Idoli honorem epula celebrabant; R. Sal. vocat Gallicè קונפרריא, quod puto eſſe *Confrairie*, ע״ז fol. 11. 2.

לִיפְתָּן *Obſonium, Edulium quodvis, quod pani Adjungitur, ſive ex rapis, ſive aliis ciborum generibus.* Hinc R. Salomon, Geneſ. 45. 23. exponit מָזוֹן per לִיפְתָּן: Vide in Cholin fol. 71. col. 1. Succa fol. 6. 1.

fol.6.1 מיסב ואובלה ליפתן Asſidet & comedit edulium, nempe cum pane, Negaim cap.13.

לְקָה לְקָא *Vapulare, Percuti, Cædi, caſtigationis aut pœnæ causâ. Præterit.* לְקָא הַיךְ עִשְׂבָא Percusſum eſt ſicut fœnum cor meum, Pſal.102. v.5. ולקו סרְבֵי Et percusſi ſunt præfecti, Exod.5. v.14. דְחִטַּיָא וּבְנַתְיָא לָא לקו Triticum & ſpelta non fuerunt percusſa, Exod.9.32. עַל מָה לְקֵינָא עוֹר Quorſum cædimur amplius, Jeſa.1.5. Sic Zach. 13.6. *Particip. præſ.* לָא לָקֵי בְרָא בחוֹבֵי אַבָא Non vapulabit filius propter peccata patris, Ezech.18. v.19. לָקֵי בְתַרְתִּין רִגְלוֹהִי Percusſus ambobus pedibus ſuis, 2.Sam.4.4. i. e. *claudicans:* לָקֵי בְחוֹטמֵיה Percusſus naribus, id eſt, *Simus*, Levit.21.18. in Jon. *Plurale*, וְהָא עַבְדָךְ לָקַן Et ecce ſervi tui percutiuntur, Exod.5.16. אֲבָהָתָא חַטּוּ וּבְנַיָא לָקַן Patres peccarunt, & liberi vapulant, Ezech.18.2. *Infin.* לְמִלְקֵי הִיא מִחַיְיבָא Vapulare digna, Levit.19.20. in Jon. אִין יִתְחַיֵּיב לְמִלְקֵי Si dignus ſit ad vapulandum, Deut.25.2. in Jon. *Futur.* דִלְמָא תִלְקֵי בְחוֹבֵי קַרְתָא Ne fortè percutiaris propter peccata urbis, Geneſ.19 15. Sic v.17. וילקי בצרעתא Vapulabit crabronibus, Pſalm.101.5. לָא תִלְקוּן בחוֹבַה Ne percutiamini ob peccatum ejus, Jerem. 51. v.6. *Aphel Præter.* וְאַלְקֵי יָתְהוֹן בִמְחוֹרִין Et percusſit eos mariſcis, 1.Sam.5.6. אַלְקֵיתִיךְ Percusſi te, Jeſa.60. v.10. צַדִיקַיָא אַלְקוֹ Juſtos cædunt, Pſal 49.15. אִם בַר חַיָיב לְאַלְקָאָה חַיָבָא Si reus fuerit ad percutiendum peccator, Deut.25.2. *Cum Aff.* דִלְמָא יוֹסִף לְאַלְקָיוּתֵיה Ne pergat verberare eum, Deut.25.3. *Futur.* וְאַלְקֵי יָתְכוֹן גַם אֲנָא Et percutiam vos etiam ego, Levit.26.24. אַרְבְעִין יַלְקִינֵיה וְחָסֵיר חַד יַלְקִינֵיה לָא יְשַׁלֵם דִלְמָא יוֹסִיף לְמִלְקְיֵה עַל תְלָתִין וְתַשַׁע אִלֵין מַלְקוֹת יַתִּיר Quadraginta (ictus) percutiet, deficiente unâ, non perficiet (quadraginta) ne addat percutere eum ultra triginta novem percusſione nimiâ, &c. Deut. 25.3. in Jon. וְיַלְקוּן יָתֵיה Et cædent eum, Deut.22.18.

Rabbini uſurpant in Kal de *Obſcuratione ſolis vel lunæ ſeu Defectu & Eclipſi illorum, quòd tunc videantur luminaria percuti:* יהיה הגוף לוקה כלו Erit corpus ejus percusſum totum, i.e. eclipticum, deficiens, obtenebratum: בשהמאורין לוקין סימן רע הוא לעולם *Quando luminaria percutiuntur*, id eſt, *ecclipſin patiuntur, ſignum malum eſt mundo*, R.Sal. Gen.1.14. De Ecclipſi Solis & Lunæ, quid portendant, quibusq́; de cauſis accidant, vide quædam in Succa fol. 29.1. Si ecclipſis ſolis fiat in Oriente, ſignum malum eſt orientalibus: ſi in Occidente, malum portendit occidentalibus populis, ſi in medio cœli, ſignum malum eſt toti mundo, ſi tota facies ejus ſimilis fiat ſanguini, gladius venit in mundum; ſi ſacco; ſagittæ famis veniunt in mundum: ſi utrique; & gladius

& fames venient: ſi percutiatur in ingresſu ſuo, (hoc eſt, occaſu ſuo) vindicta tardius eſt ventura: ſi in egresſu ſuo, brevi veniet, &c.

לְקוּי *Lenis, Mollis, Tener, Tenuis, quaſi Percusſum dicas, ſicuti quædam res ex percusſione molliores fiunt. Hinc apud Talmudicos,* כל שאין לו זקן ושערו לקוי ובשרו מחליק Quicunq; non habet barbam & capillus ejus eſt tenuis, caroque ejus lævis, ſcil. ſignum eſt, eum eunuchum eſſe, Jevammoth fol. 80.2. Gloſſa לקוי, id eſt, רַךְ Tener, Tenuis. Et paulò poſt: כל שקולו לקוי ואין ניכר בין איש לאשה Cuicunque vox tenuis eſt, neque agnoſcitur utrum vir vel mulier ſit; ſcil. indicium eſt, eum eunuchum eſſe. Et pag. præced. כל שממעי אמו לקוי Quicunque à viſceribus matris ſuæ tener eſt, id eſt, teneram & exilem vocem habet. Item, בשער צהוב דק לקוי קצר Cum capillo flavo, tenui, molli, brevi, Negaim cap.10. in princ.

לָקֵי Ch. *Idem: Plurale,* שוּבְלַיָא נָצַן לָקְיָן Spicæ graciles, tenues, Hebr. דַקּוֹת Gen.41.23.

לְקוּת · לְקוּי *Percusſio: metaphoricè, Ecclipſis, Defectus ſolis vel lunæ, quæ eſt ejus veluti quædam Percusſio:* ואני מתחיל בליקות הלבנה Egoq́ue incipiam ab Ecclipſi Lunæ: להיות הליקות נמצא בלבנה בכל חודש Ut exiſteret ecclipſis Lunæ in unoquoque menſe: וזה הענין הגורם ללקות הלבנה ואין הליקות קורה אותה כי אם באמצעית החודש Hæc eſt res, quæ cauſam præbet defectus Lunæ, & non accidit defectus iſte, niſi in medio menſis. De his ſolidè & copioſè in ſphæra R. Abrahami, Hiſpani. Alteram formam לקוי in hoc authore non inveni.

אַלְקָאָה *Percusſio. Nomen ex infinito Aphel formatū.* In proverbiis Ben Syræ, דהבא צריך לקמצאה ועלימא לאלקאה *Aurum opus habet tuſione, & puer percusſione ſive verberibus.* Vide Adagia Druſii.

מלקות *Percusſio, Plaga, Flagellatio. Familiare eſt apud Rabbinos de pœna judiciali quadraginta plagarum, de quibus Deut.25.2.* Vide Abbreviaturas noſtras Hebraicas in præfatione, item Synagogam noſtram Judaicam cap. 20. & Aruch in מרד. *In Targum,* ואלקניה במלקות גברין Et flagellabo eum flagellatione virorum, 2.Sam. 7. v.17. Deut.25.3. Jon.

לָקַח *Accipere, Hebraicè. Id fit etiam emptione: nam qui emit accipit.* Hinc, לוקחי חטים Tamquam acceptores tritici, id eſt, emptores, 2.Sam.4.6. *Sic Chaldæus,* כְזַבְנַיָא חִטִּין Sicut emptores tritici.

קִיחָה *Acceptio:* קיחה נקרא קנין Acceptio vocatur acquiſitio, Kidduſch. in princ.

לִיקוּחַ *Idem. Plur.* ליקוחין Acceptiones. Unde, *Acceptio uxoris eſt Deſponſatio.*

מקח *Idem*, 2.Par.19.7. *Apud Rabbinos correlatum* מכמר *Venditio. Vulgus Judæorum effert* מִקָּח: inde, מקחי מקח טעות Emptio mea emptio erronea, fraudulenta est, ac proinde invalida ac nulla.

לקט *Colligere, ut Hebr. Præterit.* ולקט יוסף יָת כָּל כַּסְפָּא Et collegit Joseph omne argentum, Genes. 47.14. לקטו לַחְמָא Collegerunt panem, Exod. 16.22. *Particip.* מְלַקֵּט אָעָךְ A' colligente ligna tua, Deut. 29.11. *Plural.* ויהון לָקְטֵי אָעִין Eruntque colligentes ligna, Jos. 9.21. *Infinitivus,* נְפַקוּ לְמִלְקַט Egressi sunt ad colligendum, Exod. 16.27. *Imperat.* לְקוּטוּ אבנין Colligite lapides, Genes. 31.46. *Futur.* שִׁיתָּא יוֹמִין תִּלְקְטוּנֵיהּ Sex diebus colligetis illud, Exod. 16.26. *Pahel Participium,* כִּמְלַקֵּט שׁבלין Quasi colligens spicas, Jesa. 17.v.5. *Plur.* הֲווֹ מְלַקְּטִין לַחְמָא Erant colligentes panem, Judic. 1.7. מלקטין אָעַיָא Colligentes ligna, Jer. 7.18. *Infinitiv.* ולקטא דחצדך לא תלקט Et collectionem messis tuæ non colliges, Levit. 19.9. Vide Majemon. in Statutis מתנות עניים cap. 1. Quando metebant & manipulos faciebant, spicas decidentes non licebat eis tollere, sed pauperibus relinquere tenebantur: Sic quando vindemiabant, acinos deciduos non tollebant, sed peregrinis, pupillis & viduis relinquebant, qui ea colligebant. Et hoc est quod Rabbini ex Levit. 19.9. vocant לֶקֶט. Vide eundem cap. 4. ab initio.

הלקיט · הלקט *Cibum in os intrudere animalibus, apud Talmudicos. Partic.* ומהלקטין להרנגולין Et intrudunt cibum in os gallis, Schab. fol. 155.2. in Mischna. In Gemara deinde explicatur quid sit מהלקטין, & quid מלקטין. Quidam dicunt מהלקטין significare, Cibum manu in os ipsis infigere: מלקטין autem, cibum ipsis in terram objicere ad comedendum. Alii dicunt, מהלקטין esse Cibum cousq; ipsis in guttur infigere, ut non amplius possint rejicere: מלקטין autem, cibum ita ingerere, ut possit ab illis rejici. *Aliter,* מהלקטין את המילה ואם לא הילקט ענוש כרת Colligunt circumcisionem, & si non collegerit, reus est excidii, Schab. fol. 133.2. id est, Colligunt, tollunt fila seu fibras præputii remanentes, & circumcisionem retardantes; si nempe præputium non fuerit perfectè abscissum, sed quædam reliquiæ remanserint, tum colligunt eas etiam in in Sabbatho, & quasi במלקט forcipe tollunt, & præcidunt. Alias explicationes vide in Aruch in litera He. Ista autem videtur genuina & recta.

לקט *Collectum:* עוֹבַד שׁוֹשַׁנְתָּא לָקִיט Opus liliaceum collectum, 1.Reg. 7.19.

לָקֵט · לְקַט · לְקָטָא *Collectio, Spicilegium, ut antea ex Levit. ubi vide. Cum Affixo,* וִיעַדֵּי יָת זְלוּקְפֵיהּ בִּלְקָטֵיהּ Et removebit vesiculam ejus cum collectione sua, id est, cibo, vel sordibus in ea collectis, Levit 1.16. in T. Jonath.

ליקוט *Collectum, Res collecta:* ליקוטים *Collectanea, explicationes, notæ hinc inde ex diversis authoribus collectæ,* Rab.

לְקִיטָה *Collectio.*

לוקטא *Parum, Pauxillum:* לא יהבת לי לוקטא לוקטא Numquid daturus es (venditurus) mihi parum parum, Glossa מעט מעט, Echa rabbeta cap. 1.

הִלְקוּט *Saginatio talis, ut suprà in verbo explicatur.*

הַלְקֵטִי הִילְקֵט *Vicus angustus,* hoc est, שביל קטן, *juxta R. Salom.* vel, juxta Baal Aruch, תל המתלקט והוא בקיר חוצץ בין שני בתים *Agger sive Tumulus congestus, qui sit instar parietis distinguentis vel discriminantis inter duas domos. Hinc alii explicarunt Parietem mediastinum:* הלקטי קטנה היתה בין שני בתים: Si vicus parvus fuerit inter duas domos, Schab. fol 157.1. *In textu scribitur* הלקטי, *in glossa* הילקט, *unde apparet Chirek ab initio. Alii scribunt* הֲלַקֵט, *cui præcedens scriptio refragatur.* Huc referunt ex Nasir fol. 8. col. 1. הריני נזיר במנין הלקטי קיץ Ecce ego voveo me Nasiræum futurum secundum numerum semitarum fructuum æstivorum. In Tosephos scribitur; Quando exsiccant ficus, disponunt eas per innumeras areas ut exsiccari possint, & transitus per eos pateat. *In Aruch explicatur quoq; per* ילקוט *Pera, Saccus.*

הַלְקָטִיּוֹת Vide in קיט.

לוקטמין *Larvæ:* his die Sabbatho egredi Judæis prohibitum, Schab. fol. 66. col. 1. Quidam *Grallas* exposuerunt. In quibusdam Mischajoth legitur pro hac voce אנקטמין, de quo in אנק.

מַלְקְטָא · מַלְקֵט *Forceps · Emunctorium. Plural.* וְיָת מַלְקְטַיָּא Et forcipes, Numer. 4.9. *Cum Aff.* מַלְקְטָהָא Forcipes ejus, Exod. 25.38. *Apud Rabbinos etiam est Forfex:* לקטו במלקט Colligunt forfice, Makkos cap. 3. ubi glossa exponit במלקחיים. *Fœmin.* ועשאן למלקטות Et fecerit ex eis forfices, Kelim cap. 13.

מַלְקוּט *Vas coriaceum, quod bovi trituranti appenditur ad recipiendum excrementum, ne triticum excussum eo corrumpatur:* מלקוט של בקר Sacculus bovis, Kelim cap. 16. Quidam volunt esse Operimentum, quod oculis ejus apponitur, ut in tritura maneat, & gradum vertat.

לקטקא *Lectica:* ולא יטלו לו בכסא ולא בלקטקא Et non ferent eum in throno, nec in lectica, Jalkut Exod. fol. 84. col. 3.

לקן לְקְנָא *Lagena,* λάγηνος: *in Targum:* מְלֵא לְקְנָא דְמַיָּא Plenitudo lagenæ aquæ, Judic. 6.38. In Aruch scribitur etiam לקינא. R. David

in libro Radicum, in radice כפל exponit *Utrem pelliceum.* In Beres. rabba sect. 13. יהבין ליה מלא לקינייאתא Dabent ipsi plenam lagenam.

Deinde לקן *est nomen certæ cujusdam monetæ, in* Talm. Hierosol. Maaser scheni cap. 4. Glossa, לקן, id est, מטבע שנקרא כן. Sic etiam videtur sumi in Bava Metzia Hieros. cap. 4. ab initio.

לקס לוקוס λύκος *Lupus, Hebr.* זְאֵב. *In Gemara,* לוקוס לוקוס עד מתי אתה מכלה ממונן של ישראל *O Lupe, lupe, quamdiu tu consumis facultates Israëlitarum?* Verba sunt Bilgæ filiæ Miriam, quæ Legem Judæam relinquens, nupserat militi cuidam Græco, à quo Græcari didicerat. Sic autem vocavit Altare, in quo Israëlitæ offerebant pecunias suas, Succa in fine.

לָקַק *Lambere, lingere. Particip. Hiphil fœmin.* מפני שהיא מלקרת Eò quòd ipsa lambit linguâ suâ, Talm. Parah cap. 9. Idem cum לחך. *Et gemmatis literis,* מים שליקלק בהן הכלב Aquæ ex quibus lambit canis, prohibitæ sunt iis abluere se, scil. in sabbatho, T.H. Schab. cap. 8. in princ.

לקש לֶקֶשׁ vel לְקִישׁ *Serotinum: Pluvia serotina,* בְּעִדָּן לְקִישׁ Tempore serotino, Zach. 10.1. בְּכִיר וּלְקִישׁ Primogeniam & serotinam pluviam, Deuter. 11.14. Jerem. 5 24. וּלְקִשָׁא בִּירַח נִיסָן Et pluviam serotinam in mense Martio, Joel. 2. v. 23. כְּלַקְשָׁא דְמַרְוֵי אַרְעָא Sicut pluvia serotina, quæ irrigat terram, Hoseæ 6.3. *Plural.* וּכְרְסִיסֵי לְקוּשִׁין דְמַרְווֹין צִמְחוֹנֵי אַרְעָא בְּיַרְחָא נִיסָן Et sicut imbres serotini, qui irrigant germinantia terræ in mense Martio, Deuter. 32.2. in Jonath. Item, *Serotinus fructus, Serotinæ pecudes:* ut, וַהֲווֹן לְקִישַׁיָּא לְלָבָן Et erant serotinæ oves Labani, Gen. 31.42. *Fœmin.* אֲרוּם לְקִישָׁן הִינִּין Nam serotina fuerunt, Hebr. אֲפִילֹת, Exod. 9.32. in Jon.

לְקִישׁוּת *Serotinatio:* וּבִלְקִישׁוּת עָנָא Et in serotinatione ovium, id est, dum coirent pro serotino partu, quod fiebat secundâ admissurâ, Gen. 30. v. 42.

מַלְקוֹשׁ · מַלְקוּשָׁא *Pluvia serotina,* Jerem. 3.3. Job. 29.23. Deut. 32.2. in T. Hieros.

לרט לורטיא *Genus vasis.* In Echa rab cap. 1. v. 9. Dixit quedam mulier ad suam amicam; עשי לי חמין נטלה לורטיא של מלך ועשה לו חמין Fac mihi aquas calidas; accepit cucumam regis, & fecit ipsi calidas (aquas.) *Baal Aruch legit* ברנט, *& notat, in alio exemplari esse* טורטוק. *Explicat autem* קומקומא. *Possit hoc* לורטיא *esse à Græco* λουτὴρ *Labrum, pelvis, per transpositionem literarum. In Jalkut legitur* לברנטין.

לשך לִשְׁכָּה · לִשְׁכְּתָא *Cubiculum, Conclave, Cella:* לִשְׁכַּת רַבְרְבַיָּא Cubiculum principum, Jerem. 35.4. *Plural.* וְהָא לִשְׁכָן וּרְצִפְתָא Et ecce cellæ & pavimentum, Ezech. 40.17. De variis conclavibus & cellis Templi Hierosolymitani, videatur in Tractatu Talmudico Middoth.

* לשל לִשְׁלֹשֶׁת Vide infrà in לשש.

לשן לְשׁוֹן *Hebr.* לְשָׁן · לִישָׁן · לִשָּׁנָא *Lingua: metonymicè Sermo. Aliquando* לְשָׁן לִשָּׁנָא *scribitur:* כָּל עַם אֻמָּה וְלִשָּׁן Omnis populus, natio vel lingua, Dan. 3. v. 29 וַעֲמִיק לִישָׁן אֲנָא Et profundus, gravis linguâ ego sum, Exod. 4.10. לִשָּׁנָא נְכִילְתָא Lingua dolosa, Psalm. 120.3. וְלִשָּׁנָא דְדַהֲבָא Et linguam auri, id est, lingulam, massam instar linguæ, Jos. 7.21. עָנֵי יַעֲקֹב בְּלִשָּׁן קוּדְשָׁא Respondit Jacob linguâ sanctâ, Genes. 31.11. in Targ. Hieros. אֲרוּם פּוּמִי בְּלִישָׁן בֵּית קוּדְשָׁא מְמַלֵּל עִמְּכוֹן Quòd os meum linguâ domus sanctuarii loquatur vobiscum, Genes. 45.12. in Jon. Sic, וְיַעֲקֹב קְרָא לֵיהּ בְּלִישָׁן בֵּית קוּדְשָׁא גַּלְעֵד Et Jacob vocavit eum linguâ sanctâ *Galed,* Gen. 31.47. in Jonath. Vide & Genes. 32.2. in Jon. & 35.18. in Targ. Hierosol. & Genes. 42.23. in T. J. & H. Deuter. 25.7.8. in Jon. *Observentur hîc loca, in quibus* Linguæ tertiæ *fit mẽtio, formulâ Chaldæis usitatâ:* דְמִשְׁתָּעֵי לִישָׁן תְּלִיתָאי עַל חַבְרֵיהּ Qui loquitur lingua tertia contra proximum suum, Psal. 101.5. Sic Eccles. 10.11. Psalm. 140. v. 12. דִיחַוֵּי לִישָׁן תְּלִיתַי בְּחַבְרֵיהּ Qui effutit linguam tertiam contra proximum suum, Job. 36. vers. 33. אָמְרִין עֲלוֹי לִישָׁן תְּלִיתָאי דְקָשֵׁי הֵי כְּגִירִין Locuti sunt contra eum linguâ tertiâ, quæ gravis erat ipsis instar sagittarum, Genes. 49.23. in T. Jon. & Hieros. אִשְׁתָּעִית סִיהֲרָא עֲלוֹי שִׁמְשָׁא לִישָׁן תְּלִיתָאי Loquebatur luna contra Solem linguam tertiam, Genes. 1.16. in Jon. לָא תְּהוֹן אָזְלִין בָּתַר לִישָׁן תְּלִיתָאי Ne sitis ambulantes post linguã tertiam, Hebr. לא תֵלֵךְ רָכִיל, Levit. 19.16. in T. Jon. & H. בְּדִיל דְלָא יִשְׁתָּעֵי עֲלָךְ סִטְנָא לִישָׁן תְּלִיתָאי Ne loquatur contra te Satan linguam tertiam, Levit. 9.2. in Jon. לִיט דִימְחֵי חַבְרֵיהּ בְּלִישָׁן תְּלִיתָאי בְּטוּמְרָא Maledictus sit qui percutit socium suum linguâ tertiâ in occulto, Deut. 27.24. in Jon. In libro Talmudico Erachin fol. 15. col. 2. במערבא אמרי לשון תליתאי קטיל תלתא למספרו ולמקבלו ולאומרין עליו *In occidente* (id est, Palæstina) *dicunt, Lingua tertia occidit tres: occidit ipsum loquentem, accipientem, & eum de quo dicitur.* Hinc in libro Musar cap. 13. ubi agit author de לשון הרע Calumniis & sycophãtia, specie 5. קראו הרכילות לשון שלישי מפני שהוא הורג שלושה וכו׳ *Vocant delationem* לשון שלישי Linguam tertiam, *quòd tres occidat, deferentem, recipientem, & eum de quo dicitur.* V. G. Doeg Idumæus ejectus fuit propter sycophantiam de sacerdotibus: sacerdotes ipsi necati, & Saul, qui criminationem Doegi receperat, graviter punitus. Notavit hunc locum Drusius in Quæstionibus suis lib. 1. cap. 4. Eadem hæc vide in Medrasch Tehillim Psal. 12. in Debharim rabba

sectione

Ectione שופטים: Vajikra rabba sect.26.ubi alio insuper exemplo prophano illustratur cujusdam Fœminæ, quæ linguâ malâ, suum Socerum, Maritum, & Semetipsam occidit. Sic in libro Ecclesiastici cap.28.v.15. Γλῶσσα τρίτη *Lingua tertia multos commovit, & dispersit eos de gente in gentem. Cum Aff.* וְתוֹשְׁבַּחְתִּיד תַּחַת לִישָׁנִי Et laus ejus sub lingua mea, Psal.66.17. וְלִישָׁנִי תְּרַנֵּן צִדְקָתָךְ Et lingua mea cantabit justitiam tuam, Psal.35.v.28. מִלְּמֶחְטֵי בְּלִישָׁנִי Ne peccem linguâ meâ, Psal.39.v.2. וְלִישָׁנָנָא תּוּשְׁבַּחְתָּא Et lingua nostra cantico, Psal.126.2. בְּלִישָׁנָנָא נִתְגַּבַּר Linguâ nostrâ prævalebimus, Psal. 12.5. טוּר לִישָׁנָךְ מִבִּישׁ Custodi linguam tuam à malo, Psal.34.14. לִישָׁנְכוֹן נִכְלִין מְחַשֵּׁב Lingua vestra dolos meditatur, Jesa.59.3. וּרְמִיוּתָא תְּחוֹת לִישָׁנֵיהּ Et fraus est sub lingua ejus, Psal.10.v.7. עַל לִישָׁנַהּ Super lingua ejus, Proverb.31.26. דִּי שַׁנִּינוּ הֵיךְ סַיְפָא לִישָׁנְהוֹן Qui acuunt veluti gladium linguas suas, Psal.64.4. *Plural.* דַּהֲוָה חַכִּים לְמַלָּלָא בְּשַׁבְעִין לִישָׁנִין Qui erat peritus loqui septuaginta linguis, Esth.2.v.22. de Mardochæo. Confer Talm. Megilla fol.13.2. Sic Deuter.27.8. in Jon. *Et scribetis super lapides omnia verba Legis hujus scripturâ sculptâ & explicatâ, lectâ in linguâ unâ, sed explicatâ linguis septuaginta.* In totidem enim linguas statuunt Hebræi linguarum divisionem factam esse, sicut alibi videbimus. *Emph.* אֻמַּיָּא וְלִישָׁנַיָּא Nationes & linguæ, Dan.3.4. *Const.* מִכֹּל לִישָׁנֵי עַמְמַיָּא Ex omnibus linguis populorum, Zach.8.23. לְלִישָׁנֵיהוֹן Secundum linguas suas, Genesi.10.20. *Apud Rabbinos Grammaticos,* לָשׁוֹן est *Locutio, Loquendi modus, Vocabulum, Vox, Significatum, Significatio vocabuli:* ut, לָשׁוֹן זָכָר *Vocabulum maris,* id est, *masculinum, sive, Vocabulum generis masculini:* לָשׁוֹן נְקֵבָה *Dictio fœminæ,* id est, *generis fœminini:* Sic, לָשׁוֹן יָחִיד *Vocabulum unici,* i.e. *numeri singularis:* לָשׁוֹן רַבִּים *Vocabulum plurium,* id est, *numeri pluralis:* לָשׁוֹן הוֹוֶה *Vocabulum existentis,* i.e. *Tempus præsens:* לָשׁוֹן עָתִיד *Tempus futurum;* לָשׁוֹן עָבָר *Tempus præteritum:* לָשׁוֹן כלל *Vox generalis:* לשון המקרא *Vocabulum biblicum, locutio biblica:* לשון משנה *Vocabulũ Talmudicum:* בזה הלשון In hac significatione, vel locutione, aut loquendi modo. *Utuntur & hoc nomine, quando vocis alicujus significationem indicare volunt. Significationem autem ipsam communiter per Nomen efferunt, quæ forma loquendi passim in Methurgeman Eliæ obvia:* ut, איטימוס vel איטומוס, quod legitur in Targum, Jobi 15.v.22. & alibi sæpius, הוא לשון זימון וְהַכָנָה est significati, vel habet significatum *Præparationis & Instructionis,* id est, significat *Promptum, Instructum, Expeditum, Paratum.* Est enim Græcum ἕτοιμος. Sic R.Salomon Gen.1.v.28. ad vocem וּרְדוּ Et dominamini: יש בלשון הזה לשון רידוי ולשון ירידה זכה רודה בחיות לא זכה נעשה ירוד לפניהם והחיה מושלת בו Sunt in locutione hac significati *Dominationis,* & significati *Descensionis.* Si dignum se exhibuerit homo, dominatur bestiis, si non dignus fuerit, fit subditus, & bestia dominatur ipsi: i.e. Vocabulum וּרְדוּ interdum significat *Dominari,* à רָדָה, interdum *Descendere,* à יָרַד. *Indeclinabiles voces explicãt per particulas:* ut, כל טרם שבמקרא לשון עד לא הוא ואינו לשון קודם ואינו נפעל Omne טֶרֶם significat, *cùm nondum esset,* & non significat anteexistentiam, neque ex eo fit verbum, ut dicere possis הטרים, sicut à קודם dicitur הקדים. *Interdũ significationem non exprimunt certo nomine aut vocabulo, sed integrum locum adducunt, unde vel idem vocabulum, vel ejus derivatum aut conjugatum aliquod usurpatur, ex quo significatio patet. Ad citationem autem loci dicunt vel simpliciter* מן Ex, *scil. loco vel locutione, vel* מלשון Ex locutione, vel לשון Significati, sc. *ejus, quod in hoc sequenti loco.* Exempla passim in Commentariis obvia. *Quandoq. hoc in sensu etiam utuntur formâ Chaldaicâ* לִשָּׁנָא. *In plurali dicunt* לשונות.

Deinde metaphoricè לשון *Lingua, pro re qualibet figuram linguæ habente:* ut, לשונות של ארגמן *Linguæ purpuræ,* id est, particulæ lanæ tinctæ & carminatæ ad netum, linguam referentes, Schab. fol.48.col.1. Bava metzia cap.2. in princ. Sic, לשון של זהורית *Lingua coccinea,* id est, particula lanæ coccino tincta, Joma cap.4. in Misna. לִישָׁנָא דְדַהֲבָא *Lingua auri,* id est, lingula, massa instar linguæ, Josuæ 7.21. Sic לשון אש *Lingua ignis,* id est, *Flamma ignis,* Hebr. Jesa.5.21. Ad cujus imitationem in Aruch, in אורים legitur: *Quando aurifabri obstruunt fornacem testis, tum sunt inter illas fissuræ atq. foramina,* ולשון האש & *lingua ignis,* id est, flamma, egreditur per illa. Quò referendum videtur Act.2. *Apparuerunt illis dispertitæ* γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, &c.

הִלְשִׁין Hebr. *Linguâ detraxit,* vel, *Detulit, Prodidit:* unde, לַא תַּלְשֵׁן עֶבֶד אֶל Prov.30.10.

מַלְשִׁינָא *Detractor,* Psal.120.3. In precibus Judæorum quotidianis legitur, וְלַמַּלְשִׁינִים אַל תְּהִי תִקְוָה Et delatoribus vel proditoribus ne sit ulla spes, scil. vitæ æternæ. Sic precantur contra Judæos apostatas, qui ad Christianam fidem deficientes, Judaicam perfidiã Christianis produnt.

מַלְשִׁינוּתָא *Sycophantia, Delatio, Detractio, Proditio, Calumnia:* עָבִיד כְּלֵי מַלְשִׁינוּתָא Perficiens verba delationis, Psal.52.4. מַלְשִׁינוּתָא דְסִפְוָתְהוֹן יַחְפֵּנוּן Delatio vel detractatio labiorũ ejus operiat eos, Psal.140.10. *Elias in Methurgeman exponit* Germ. Verrätherey/ *Proditio.*

לֶשֶׁם *Urbis nomen quam subegerunt filii Dan,* Vide Megilla fol.6.1.

לשש *Unde* לִשְׁלֵשׁ, *& nomen fœminin.* לִשְׁלֶשֶׁת *Stercus, Sordes, Inquinamentum:* היתה עליו לשלשת מקנחה בסמרטוט Si fuerit super eo stercus, abstergit illud linteo, Schab. fol. 142. 2. Sebhach. fol. 94. 1. Aruch exponit *Stercus gallinarum.*

לתא *Sydus, Fortuna:* משום לתאי דידי פקע Propter fortunam meam rupta est, Glossa, מזלי, Metzia fol. 20. 2. Sic fol. 106. 1. משום לתך דידך הוא דאשתדפו כל כרותיך Propter fortunam tuam est, quòd uredine tacti sint omnis agri tui, Glossa לתך, id est, מזלך. Et mox, משום לתאי דידי הוה משתייר לי פורתא Propter forutnam meam relictum mihi est parum. *Hoc exemplum adducit Aruch in ordine* לתך: *unde Guido & alii posuerunt,* לתך Occasio; *quamvis in Aruch nulla expositio addatur.*

לֶתֶךְ *Dimidium, Dimidia pars Homer, Hos. 3. 2. Hebr. Sic Talm.* לתך קטנית Dimidius modius leguminum. Sunt quindecim seꝗ, quinque Ephoth. Vide & in præced. voce.

לָתַת *Madefacere, Macerare, Emollire madefaciendo, Germ.* Weichen. *Munsterus,* Beitzen/Einbeitzen: אין לותתין סעורין בפסח Nō macerant hordeum in paschate, Talm. Pesach. fol. 40. col. 1. מותר ללתות Licitum est macerare, אסור ללתות Vetitum est macerare, אם ילתות Si maceraverit, ibidem.

לְתִיתָה *Maceratio, Madefactio.*

מ

מָא מָה *Quæ, Quod, vel Quid? Talmudicè* מַאי: מָא דָא עֲבַדְתּוּן Quid'nam fecistis? Jud. 2. 2. מָא דָא vel מָה Quid hoc rei est? מָא הֲנָיָא Quæ utilitas? מַאי טַעַם Quæ ratio? מָה דִין vel מִדִין *Quare?* עַל מָה Propter quid? מאי האי Quid hoc rei? Was soll das seyn? באופן מה Modo aliquo: לפירוש מה Juxta explicationem aliquam. אַמָּא *Cur, Quare?* וְאַמַּאי הֲוּו קָרִין לָהּ הֲדַסָּה Et quare vocarunt eam Hadassam? Esth. 2. 7. מאי קרא Quæ est scriptura hujus rei? quo scripturæ dicto hoc probatur? מאי תקנתיה Quæ aptatio, quæ medela ejus? בְּמַאי קָא מִיפַּלְגֵי Propter quid altercantur? בְּמָה *In quantum, Quatenus, In eo, De eo,* בְּמָה *In quo?* בְּמָא כְּמָה *Sicut, Quemadmodum: Quàm,* כְּמָה תְּקִיפִין אָתוֹהִי כְּמָה רַבְרְבִין Signa ejus quàm multa? Dan. 2. 33. *Quamdiu,* כַּמָּה אַתְּ תֶּחֱזֶה Quamdiu aspicies? Psalm. 35. 17. *Cum Aff.* די כמיהון Sicut illi, Psal. 37. 1. in Psalt. Neb. כַּמָּה Quot, vide suprà in litera Caph. לְמָא · לָמָּה *Ad quid? Quorsum? Quare?* Gen. 26. 27. Vide etiam suprà in litera ל: לְמָא דְנָן vel לְמָא דִין *Idem.* לְמָא תַּבְתּוּן Quare reditis? Judic. 5. v. 16. מַהוּ Quid illud est? מאי בינייהו איכא בינייהו Quid interest inter illos? hoc est, quid differentiæ est inter eos? מאי הוי עלה Quid tandem est super eo, scil. statuendum? מַאי קְרָאָה Quid vocat ea? quare sic dicit & explicat illud? de rebus, quæ fundamentum suum non habent in Lege, sed in sententia hujus vel illius Doctoris. מאי קמ״ל תנינא Quid audire facit nos, quid docet nos hic secundus? מהו דתימא Quod autem dicis, dicere vel objicere possis. מַאי לָאו Est'ne ergo id nihil? Ist es dann nicht? Est'ne is sensus, itáne intelligendum? Ist es dann nicht also zuverstehen?

מָהוּת *Quantitas:* vocabulum Logicum.

מְאֹד *Valdè, Vehementer.*

מאודי *Vehemens, Durabile, Validum:* ut, ענינים המקרים אינם תמידים ולא מאודיים Res accidentales non sunt perpetuæ, neq; durabiles aut validæ, More lib. 2. cap. 20.

מֵאָה *Centum:* תְּמַנֵי מְאָה שְׁנִין Octingenti anni, Genes. 5. 4. בַּר מְאָה שְׁנִין Filius centum annorum, Genes. 11. 10. מְאָה כַּכְּרִין Centum talenta, Exo. 38. 25. מְאָה וְתַמְנָן יוֹמִין Centum & octoginta dies, Esth. 1. 4. בִּמְאָה חוּרְפָן Centum agnis, nummis, Genes. 33. 19. וְנִדְבַּר עַסְרָא גֻבְרִין לִמְאָה Et accipiemus decem viros à centum, Judic. 20. 10. *Duale,* דִּכְרִין מָאתָן Arietes ducentos, Esr. 6. v. 17. עִזֵּי מָאתָן Capras ducentas, Genes. 32. 14. vide & Ezech. 48. 17. *Plurale,* עָבְרִין לְמָאוָן וּלְאַלְפִין Transiverunt per centena & millena, per centurias & chiliadas, 1. Sam. 29. 2. *Emph.* רַבָּנֵי מָאוָתָא Magistri centenorum sive centuriarum, 2. Reg. 11. 9. 19. *Et aliter,* נָפְקוּ לְמָאתָן וּלְאַלְפִין Egrediebantur per centenos & millenos, 2. Sam. 18. 4. *Apud Talmudicos,* מאה ברכות חייב לומר האדם בכל יום *Centum benedictiones tenetur homo quotidie dicere, sicut scriptum est:* Nunc Israël מה י״י אלהיך שואל מעמך *quid* postulat Dominus tuus à te? Deut. 10. 12. Ne legas מָה *Quid?* sed מֵאָה Centum.

מאח מָאחָא *Butyrum:* נְעִימַת פּוּמֵיהּ אֵיךְ מָאחָא Suave est os ejus sicut butyrum, Esth. 1. 2. in Targ. sec. *Videtur esse per transpositionem literarum pro* חֶמְאָא.

מְאַךְ *Attenuari, Ad tenuitatem & paupertatem redigi. Convenit cum* מוך, *& ponitur sæpe pro* שְׁפַל *&* שְׁחַח. *Præterit.* וּמְאַךְ יִשְׂרָאֵל לַחֲדָא Et attenuatus erat Israël valdè, Judic. 6. 6. וְיוֹמָא מְאַךְ לַחֲדָא Et dies attenuabatur valdè, id est, רָד Descendebat, inclinabat, Judic. 19. 11. Item *Deprimere, Subi-*

...e, St..nere, *Humiliare*, cum מָכַךְ conve-... בְּחֲשׁוֹכָא מְאכַת בֵּית שׁוּ... In tenebris stravi lo... strati mei, Jobi 17.13. *Particip.* וּבֵית שָׁאוּל אָזְלִין... Et qui de domo Saulis erant, ibant & ...uabantur, Hebr. וְדַלִּים 2.Sam.3.1. *Futurum*, יִמְאַךְ בִּית... Attenuabatur honor Jacobi, Jesa. ... Sic Hoseæ 5.5. וְיִמְאַךְ אִנְשָׁא Et attenuabitur ...o, Jesa.5.15. *Aphel*, וְאַמְאִיכַת כְּאַרְעָא יְקָרָךְ Et ...li tamquam humum gloriam tuam, ... אֲרוּם אַמְאַכְתָּנָא Quia humiliasti nos, ...20. *Partic.* מְמָאִךְ רְגוּשׁ יַמַּיָּא Compescens ...m marium, Psal.65 8. *Imperat.* אַמְאַךְ יַתְהוֹן ...milia eos, Psal.54.7. אַמְאִיכִי Humilia te, Jesa. ... *Futur.* וְתוֹקַף תַּקִּיפִין אַמְאִיךְ Et potentiam po... deprimam, Jesa.13.11. תַּמְאִיךְ דְּמִתְגַּבְּרִין עֲלֵיהוֹן ...qui invalescunt super eos, attenuabis, humi...abis, Hebr. תַּשְׁפִּיל 2.Sam.22.28. *Ithp.* וְאִתְמְכִיאוּ ...humiliantur, Jobi 24.24. *Ex Pahel*, אִתְרְגוּשַׁת תַּקִּיפִין תְּמָאִךְ Strepitum potentium humiliabis, Jesa.25.5.

מאם מָאִים *Fortasis*, *Fortè*, *Si fortasis*: ut, מָאִים לָא תֵיתֵי Fortasis non ibit, Gen. 24.39. מָאִים אִיכוּל Fortasis potero, Numer.22.6. Sic, מָאִים יְרַחֵים Fortasis miserebitur, Jonæ 1. v 6. מָאִים אִתְאַסָּא בְהוֹן Fortasis sanabor per illa, Cantic.2 5. *Ex* מָה *quid*, & אִם *Si*: q.d. Quid si? *dubitativè, ut antè.* Item *Si*, *vel*, *Utinam*, Jobi 6.2. Hebr. לוּ.

מאן מָן *Vas*, *Instrumentum*, *Vestimentum*, *Hebr.* כְּלִי. *Vide infrà in* מָן.

מָאן *Quis. Vide infrà in* מָן.

מָאַן *Abnuere*, *Renuere*, *Denegare*. *Dicitur apud Talm. in specie, de ea quæ in annis minorennitatis suæ alicui desponsata, postea, cùm ad annos maturitatis venit, Renuit ipsi nubere.* Vide Schylch. Ar. par. 4. num.155.

מֵיאוּן *Denegatio*: מְקוּדֶּשֶׁת לְמֵיאוּן *Desponsata ad denegationem*, filia minorennis, quæ desponsata alicui, & postea ei cohabitare renuens, tenetur publicè id abnuere, coram duob. testibus. Vide Majem. in הלכות אישות cap.4. Nā non omnes id tenebātur facere. שְׁטָרֵי מֵיאוּנִין *Literæ denegationis, renuentiæ*, quod renuit nubere, Metzia fol.20.1.

מְמָאֶנֶת *Renuens*, *Abnuens cum marito sibi desponsato habitare*: Vide Majem. antè citato loco:

מָאנִי *Mane*, *nomen proprium viri in Persia*, *qui hæreticæ doctrinæ author fuit*, *cujus discipuli & sectatores Manichæi postea dicti fuerunt. Græcis vocatus fuit* μανης: *inde ab Historicis Manes appellatus.* Vide Suidam. Epiphanius author est, *primò Cubricum fuisse dictum, postea sibi ipsi nomen Manis imposuisse, non ex Græca, sed ex Babylonica lingua, in qua* מָאן *Vas*, *Organum*; *quòd se Organum & vas selectum putaret ad doctrinæ divinæ propagationem. Sed eventus declaravit, à* μανία *Insania & furore potius fuisse sic dictum. Viduæ cujusdam servus fuit, à qua incredibilem auri argentiq́ vim hæreditario jure accepit.* Eusebius Ecclesiasticæ Hist.lib.7.cap 27.scribit: *Quo tempore Manes quidam, secundum nomen suum insaniens, & instinctu dæmonis agitatus, invisam & execrabilem omnibus hæresin docet. Hic autem Manes gente Perses, vitâ & moribus Barbarus fuit, tam acer ingenio, ut insanire videretur*, &c. *Ex hoc ergo Manichæorum hæresis usq́ in hodiernum diem diffunditur, eo tempore exorta, quo* FELIX I. *in urbe Roma præerat.* Hæc ille. Hoc eodem tempore Imperator Romanus fuit PROBUS, circa annum Christi 277. Rabbi Abraham in Kabbala fol 9. col.2. וּבִימָיו יָצָא מָאנִי לָעוֹלָם וְהָיָה טוֹעֵן שֶׁהָאֱלֹהוּת שְׁנַיִם יֵשׁ בָּעוֹלָם אֶחָד מְחַיֶּה וְעוֹשֶׂה כָּל הַטּוֹבוֹת וְאֶחָד מֵמִית וְעוֹשֶׂה כָּל הָרָעוֹת וּבָרָא לְאַמְגוּשִׁים תּוֹרָה מִלִּבּוֹ וְהָיָה לְגוֹי גָּדוֹל וַהֲרָגוֹ שְׁבוּר מַלְכָּא בְּחָכְמָתוֹ Id est, *In diebus ejus* (scil. *Schavur regis Persiæ*) *prodiit Mane in mundum*, *arguens duos esse Deos*, *quorum unus vitam det*, *omniaq́ bona faciat*, *alter mori faciat*, *omniaq́ mala importet*, *& sic mentitus est Magis quibusdam suam doctrinam* (id est, *mendaciter docuit & persuasit*) *evasitq́ in gentem magnam* (id est, *discipulos plurimos habuit*,) *quem tandem Schavur rex* (*Persidis*) *occidit per sapientiam suam.* Hæc ibi. Istius regis שְׁבוּר Schavur frequentissima apud Talmudicos fit mentio. Historicis vulgò dicitur Sapor. Causa mortis fuit, non tam perniciosa ejus doctrina, quâ multos seduxit, sed & cùm, Medicam scientiam sibi quoque arrogans, regis istius filium periculosè ægrotantem, curare instituisset, filius sub ista cura animam exhalavit. Hinc rex commotus, ex longa fuga ipsum recuperans, tandem excoriari jussit. Epiphanius: *Hunc ubi cognovisset Rex Persarum Manis refugium, missis eò suis, captum illum, in prædicto castello, ignominiosè in Persidem pertraxit, & cutem ipsius harundine excoriari jussit, & sic de ipso pœnas sumpsit. Unde & excoriatum arundine, utrem ipsius paleis expletum, etiam hodiè in Perside habent. Atq́ sic vitam finivit.* Hæc ibi. Vide Epiphanium contra Manichæos, hæresi 66. prolixè: Schikhardum in Historia Persica fol.111. Elias in Tisbi, in Rad. מן scribit: *Invenitur in libris Græcorum, fuisse hominem quendam, nomine* מָאנִי *Mane*, *qui vixit sine Lege* (Dei,) *à quo omnes qui eum in doctrina secuti fuere*, מִינִים Minim *appellati fuerunt.* Hæc ille. Hoc improbat Drusius in Notis in Levit. cap.30. quem vide. D. Augustinus Tomo 6. in Catalogo Hæreseon: *Manichæi à quodam Persa extiterunt, qui vocabatur* Manin, *quamvis & ipsum, cum ejus insana doctrina, cœpisset nomen prædicari: nam ante hac Urbicus vocabatur. Sed in Græcia discipuli ejus, vitantes*

nomen

nomen insaniæ, quasi doctiores, & eo ipso mendaciores, geminatâ literâ N, *Manichæum quasi Manna fundentem, pro Manichæo,* id est, *insano appellaverunt. Iste duo principia inter se diversa atque adversa, &c.*

מְאַס *Spernere, Respuere, Rejicere, Fastidire, Nauseare. Præterit.* מְאֲסִית עֻתְרִי Sprevi divitias meas, Jobi 42.6: לָא מְאֲסִית יָתְהוֹן Non rejeci illos, Levit. 26.44. in T. H. ubi Jon. אִמְאֲסִנוּן Spernam eos, מְאַסוּ spreverunt v.43.

מְאִיסוּתָא *Nausea, Fastidium:* משום מאיסותא Propter nauseam, Talm.

Secundò מְאַס *Liquefacere, Madefacere, idem nempe quod* מְסַם, *sicut paulò antè* מְאַךְ *idem cum* מכך, *alterâ geminatæ in* א *commutatâ. Præterit.* מְאִיסוּ הַלְבָּשׁוּשַׁי Computruerunt, fœtuerunt vulnera mea, Psal. 38.6. Melius fortè legeres במיאו. *Particip.* הֵיךְ זְחִיל תִּבְלְלָא דְמָאִים אוֹרְחֵיהּ Sicut reptile limacis, quod liquefacit viam suam, Psal. 58.9. Possit hoc etiam esse à מסס, quia hæc forma participii ex Syrismo est, quem posteriores paraphrastæ amarunt. *Rab.* ממאיס מטתו בתשמיש Madefacit lectum suum coitu venereo.

מיאום *Fœtor, Putor, Corruptio fœtens:* כלי מיאום Vas fœtens.

מאספוטמיא *Mesopotamia, Syria interamnis, Aram naharajim,* Beresch. rab. sect. 30. in princ.

מְאַר *Deficere, Diminui.*

מְאֵירְתָא · מְאֵרְתָּא *Defectus, Diminutio, Penuria.* Sic R. Salomon exponit hanc vocem in Hebræo Deut. 28.20. Aben Esra Mal. 3.9. quomodo & apud Rabbinos quandoque accipitur. *Aliâs propriè deducitur ab* אָרַר *Maledicere, &* מְאֵרָה *Maledictio,* id est, *privatio & detractio benedictionis sive boni, unde defectus & penuria.*

מְאַר Vide infrà in מר.

מבנ מְבַנָּאי *Nomen proprium.* Vide in שכם.

* מבוי Vide in Radice בוא.

* מבל · מובל · מובלתא Vide in יבל.

מכן מְבִינָא · מְבִינְּתָא *Everriculum, Scopæ:* כְּמָא דְמְהַמְמִין בִּמְבִינְּתָא Sicut scopant scopis, Jesa. 14.23. In Beresch. rab. sect. 79. שמע איתתא אומרת אשאיל לי מבניך ואמרה שאילי לי מטאטך Audivit mulierem quandam dicentem, id est, dicere volentem, Commodato mihi מְבְנֵיךְ, & dixit, Commodato mihi מטאטך.

* מבר מַבְּרָא Vide in Radice עבר.

מכרת Hinc citant מובת. Sed in Talmud legitur מוּבָאת Adducta, id est, מכוונת Directa, Disposita, Rectificata, in qua neq; minus neq; redundans, Negaim cap. 6.

מגב מגוב *Quibusdam est Chirotheca: aliis, Instrumentum rusticum ad purgandum frumentum, veluti Pala, quâ ventilatur,* Kelim cap. 13.

סְנְבָאי *Nomen proprium viri, de quo proverbi[um] abiit, quod vide in* שכם.

מֵגֵג *Junci species:* כפתוה בחבל של מגג Constrinxerunt eam fune junceo, Parah cap. 3. אין מודדין בחבל של מגג Non mensurant fune junceo. שלשה חבלים הם של מגג ושל נצר ושל פשתן Triplices funes sunt, ex junco, ex vimine, ex lin[o], Erubhin fol. 58.1. Dicitur alicubi esse כמיני החלפין species salicis.

מנגי Sic citatur in Aruch. In Gemara legi[tur] מנני. Vide מגן.

מֶגֶר *Pretiosum, Res pretiosa; sic vocatur quicqui[d] in re quapiam eximium & præstans est, & refertur sæpius ad fructus. Plural.* רטעינן מגדיא Quæ oneratæ sunt optimis fructibus, Jobi 9.26. ומטוב מִגְדִין Et de optimo rerum pretiosissimarum, vel fructuum pretiosissimorum, Deuter. 33.14. in Jonath.

מִגְדְּנִין *Idem:* וּמִגְדְּנִין יְהַב לְאָחוּהָא Et pretiosos fructus dedit fratri ejus, Gen. 24.53. [עֲ]בְדָא מִגְדְּנִין Et edidit præstantes fructus, Deut. 33.14.

מִגְדִין *Nomen portæ cujusdam cælestis,* Guido ex Zohar col. 375.

מנידונית *Macedonica fœmina.* Jalkut Num. fol. 255.1.

מָגוֹר Vide גור.

* מְגוֹ Vide in גו.

* מגו מיגוין Vide in גוא.

מַגָּל מַגְּלָא *Falx messoria:* וּמַגְּלָא לָא תְרִים Et falcem non elevabis, Hebr. חֶרְמֵשׁ Deut. 23. vers. 26. *Plural.* ומורנְיָתְהוֹן לְמַגְּלִין Et lanceas suas in falces, Jesa. 2.4. *Cum Aff.* וּמַגְּלֵיכוֹן לְמוֹרְנִין Et falces vestras in lanceas, Joel. 3.10. Heb. וּמַזְמְרוֹתֵיכֶם. *Talm.* מגל יד ומגל קציר Falx manualis (putatoria & vinitoria) & Falx messoria, Kelim cap. 13.

מוגלא Vide in גלא.

מַגְלוֹן *Nomen proprium loci,* קנה במגלונאה. In Gemara legitur מלוגנאה, Pesach. 48.1.

מַגָּן *Gratis, Frustra, Sine causa, Immeritò:* ותפלחנני מַגָּן Et servieris mihi gratis, Genes. 29.15 יִפּוֹק לְבַר חוֹרִין מַגָּן Exibit liber gratis, Hebr. חִנָּם, Exo. 21.2. הַאִפְשַׁר דִּי לְמַגָּן איוב דָּחֵל מִן קֳדָם יְיָ Fierine potest, ut frustrà Job timeat Dominum? Jobi 1. v.9. לָא תֵימֵי בִשְׁמָא דַיְיָ אֱלָהָךְ לְמַגָּנָא Non jurabis in nomine Domini Dei tui frustrà, Exod. 20. v.7. מַגָּן אִזְדַּבְּנְתּוּן Gratis venditi estis, Jesa. 52.3. *Tal[m.]* אסיא קריבא דמגן במגן *Medicus propinquus est qua[si] medicus gratis curans,* q.d. אסיא קריבא אסיא דמגן.

בית המגניא *Nomen loci,* Kilaim cap. 6.

מְגִנִּין *Machinationes:* [...]ר היפך מגנין שלך על צריך Qui convertit machinationes tuas (id est, contra te directas) contra hostes tuos, Beresch. ra[b.] sect. 43. Sic explicatur ibi illud [...]ר מגן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ *Qui tradidit hostes tuos in manum tuam,* Gen. 14.2[0].

כרד לידה לרבי שיבריא בר *Aliter apud Talmudicos*, תליסר כגני מעסיה והות כסים טבא Misit ei cerevisiam tredecim machinationum, id est, infusionum, & gustavit eam, fuitque suavis valdè, Pesach. fol. 107.1. Id est, Cerevisiam tredecies ex uno dolio in aliud super recentes herbas & fructus effusam. Baal Aruch legit cum duplici Gimel מגני. Vide illum, & glossatores Talmudicos.

מגניטס *Magnes, Magnetes lapis trahens ferrum. Corruptum ex Græco* μάγνης, μαγνήτης, μαγνῆτις. *Sic ab agro, sive urbe, sive loco in Asia, qui dicitur* Magnesia. *Inde Achilles Statius istum lapidem vocat* μαγνῆτιν λίθον. Hinc, אבן המגניטס תמשוך הברזל Lapis Magnesius trahit ferrum, Ikkarim Orat. 4. cap. 35. ab initio.

מָגֻנְצָא *Moguntia.*

מנס מְנִיסְתָא · מְנִיסָא · מְנִיס *Scutella, Paropsis: Acetabulum, Lanx, Thuribulum:* מְנִיסְתָא דִכְסַף Scutella argentea, Num. 7.13. *Plural.* וְיִתְּנוּן עֲלוֹהִי יָת מְנִיסַיָּא Et ponent super eam scutellas, Num. 4. v. 7. *Constr.* מְנִיסֵי כַסְפָּא Scutellæ argenteæ, Numer. 7.84. *Aff.* וְתַעְבֵּיד מְנִיסוֹהִי Et facies scutellas ejus, Exod. 25.29. *Respondet Hebræo* קְעָרָה, *& est Græcum* μαγίς. Plin. lib. 33. cap. 11. *Lances antiqui* μαγίδας *appellavére. Aliâs Græcis est Mactra. Apud Talmudicos,* נתנו במנים והקטירו על גבי המזבח Imposuerunt lanci & suffitum fecerunt super altari, Pesach. cap. 5. in fine. רינא דמניסתא Vide in נסס.

מְנִיסָא vel מְנִיסָא *Cibus: Ferculum:* בזין דהוה למיתי מנוסיא Cùm cibus afferretur: מניסא עליל נפקין ולא מטעמין Quare efferuntur cibi, & non sunt gustati? Vajikra rab. sect. 28. Videtur esse à נגס. Alibi, אעליה ועביד ליה מנים Introduxit eũ, & apparavit ei prandium, Echa rab. cap. 1. v. 1. ad רבתי בגוים.

מְגִיסְטֵי Μέγιστ@, Μέγιστοι *Magnates:* מגיסטי מלחמה Magnates belli, Proceres belli, docentes bellica, Ber. rab. sect. 26. Item *Almagestus, liber Astronomicus Ptolemai*, Citatur in More lib. 2. cap. 24.

מָגִסְטֵר *Magister:* מגסטר פלטין Magister palatii, Aulæ præfectus, Vajikra rabba sect. 28. in fine.

מנף מְנָפִים *Tibialia ferrea*, Schab. fol. 60.1. Alii legunt מנעלין.

מגר *Detrudere, Deturbare, Dejicere, Depellere, Impellere, Præcipitare: Exscindere. Præteritum,* וּמַגַּר יָת רְתִיכַיָּא Et dejecit, excidit currus, 1. Reg. 20.21. Regia, וְתַגַּפַּר Et perdidit. Priorem lectionem sequitur R. David. מַגְּרַת יָתִי טַנְנָתִי Dejecit me zelus meus, Psalm. 119.139. Hebr. צִמְּתַתְנִי Excidit me. *Imperativ.* מַגַּרוּהָא וּמַגְּרוּהָא Dejicite eam, & dejecerunt eam, 2. Reg 9.33. pro Hebr.

שִׁמְטוּהָ Deturbate eam. *Futur.* יָתֵיהּ אַמְגַּר Eum exscindam, Psal. 101.5. אַמְגַּר כָּל רַשִׁיעֵי אַרְעָא Exscindam omnes improbos terræ, ibid. v. 8. וְגִירָךְ מִיַּד יְמִינָךְ אַמְגַּר Et sagittas tuas è manu dextera tua dejiciam, Ezech. 39.3. תְּמַגַּר כָּל בַּעֲלֵי דְבָבִי Exscindit omnes hostes meos, Psal. 143.12. כְּרַכֵּי עַמְמַיָּא יְמַגַּר Civitates populorũ dejiciet, destruet, Jesa. 25.12. Sic Esræ 6.12. & sic Hebr. וִימַגַּר רוֹכְבֵיהוֹן לַאֲחוֹרָא Et præcipitabit, dejiciet sessores illorum retrorsum, Genes. 49.17. וּמִשִּׁמּוּשָׁךְ יְמַגְּרִנָּךְ Et de officio tuo dejiciet te, Jesa. 22.19. *Ithpah. Præter.* אתמגרו Excisi sunt, Jobi 6.17. Hebr. נִצְמָתוּ.

מְגוּרָה Vide in גור.

מְגֵרָה Vide in נרר.

מָגִירוּס μάγειρ@ *Magirus, Coquus:* הוליכה את בנה אצל המגירוס Adduxit filium suũ ad coquum: היו לו שני מגרסין Fuerunt ipsi duo coqui, Vajikra rabba sect. 7. מגרסך אנא ולית את מטעים לי תבשילך Coquus tuus ego sum, & non gustandum mihi præbes cibum tuum, Vajikra rab. sect. 28.

מְגִירִין Μαγειρεῖον, *Culina.* In Talm. Hierosol. Beza cap. ult. in fine, קבלין גבי מגירין דידך Assume ea in culinam tuam. Glossa exponit בית מגורה *Granarium, Horreum. Sed omnino videtur esse Græcum* μαγειρεῖον.

מגש אַמְגוּשָׁא · אַמְגוּשׁ · מְגוּשׁ *Magus*, Μάγ@, i. e. מכשף *Incantator, Præstigiator, qui Deum abnegavit, eum jugiter contumeliis & blasphemiis afficit, & ad magiam atq; idololatriam homines alios allicit. In Targum Jon.* Exit (Pharao) ad faciendas divinationes super aquis, הֵי כְאַמְגוּשָׁא Sicut magus, Exod. 7. v. 15. & 8.16. *Apud Talmudicos,* רטין מגושא *Raten* idem est quod Magus, Sota fol. 22.1. Glossa, מגוש מכשף האוחז את העינים וגונב את הלבבות Magus est incantator præstringens oculos & furans corda: ההוא אמגושא חייט שכיבי Iste magus effodiens mortuos, scil. ad detrahẽdum spolia, Bava basra fol. 58. col. 1. הלומד דבר אחד מן המגוש חייב מיתה Quicunq; discit verbum unum à Mago, reus est mortis, Schab. f. 75.1. פרעה שהיה בימי משה אמגושי הוה Pharao qui fuit in diebus Mosis, magus fuit, sicut dicitur, *Ecce egreditur ad aquam*, Exod. 7.15. Moed katon fol. 18.1. *Huc respexit Jonathan paraphrastes in locis suprà citatis. Plural.* מגושין, *emphat.* מְגוּשַׁיָּא. *Fœmin.* אַמְגוּשְׁתָּא *Præstigiatrix. Addunt alii,* מגושה *Nutus,* מְגַשׁ *Innuere.* Id quærendum.

מדב מִדְבּוֹרְתָא *Fax, Candela.* Sic citat Baal Aruch ex Moed katon fol. 12.2. In nostris libris legitur per כ, כיון דבליליא בעי גברי יתירי ובעי מדוכרי דנורא Quia noctu opus habet viris multis & facibus vel candelis multis.

מדד Hebr. *Metiri, Mensurare, Dimetiri. Rabbini perfectè sæpè utuntur, ut cùm dicunt:* לא

ימדוד המודד לאחד בימות החמה ולאחר בימות הגשמים באותו החבל Non menſurabit menſurator uni in diebus ſolis (id eſt, æſtus & caloris, quando Sol ſplendore ſuo calorem & ſiccitatem excitat,) & alteri diebus pluviarum eodem fune. Nam diebus ſerenis funis exiccatur & contrahitur, diebus autem pluvioſis fit humidus & faciliùs extenditur, Bava metzia fol.61.2. במדה שמודד אדם מודדין לו *Quâ menſurâ menſurat homo, remetiuntur ei*, Sotah cap.1. in Miſchna. Schab.fol.100.1.

מְדִידָה, מְדִידוּת *& per apocopam* מְדִידוּ *Dimenſio, Menſuratio*: מדידות קַרקע Menſuratio agri.

מִדָּה *Menſura, Dimenſio*; apud Rabbinos etiam *Mos, Conſuetudo, Conditio, Virtus, Proprietas, Affectio menſurata, Conditio*: מִדָּה כְּנֶגֶד מִדָּה *Menſura pro menſura, par pari. Proverbiale dictum, paſsim obvium*: vide Gen.11.7. in R.Salom. מידה מוספרת Menſura referta, & accumulata: מדה שוה Menſura æqualis. מִדַּת הַדִּין *Proprietas judicii, Deus judex*; in Targum & apud Rabbinos, cujus oppoſitum מדת הרחמים Proprietas miſericordiæ, miſericors Deus: עֲנַת מִדַּת דִינָא Reſpondit proprietas judicii, Deus judex, Eccleſ.10.v.8. Thren.1.1. בְּמִדַּת דִינָא דֶאֱלָהָא אֲשַׁבַּח בְּמֵימְרֵיהּ In proprietate judicii Dei laudabo verbum ejus, Hebr. באלהים, Pſal.56.5.11. בְּהָדָא מִדָּה Cum hac conditione, Levit.16.3. in T.Jon. *Porro celebre apud Rabbinos eſt*: העוסקים במקרא מידה ואינה מידה · במשנה מדה ונוטלין עליה שכר · בגמרא אין לך מדה גדולה מזו id eſt, *Qui operam dant in lectione Biblica* (ſcil. *tantùm*) *proprietas eſt, quæ proprietatis nomen non meretur: in Miſchna, proprietas eſt, pro qua accipitur merces: in Gemara, proprietas eſt, quâ nulla major*, Bava metzia fol.33.1. Sic ſtudium Biblicum ſtudio Talmudico longè vilius & inferius eſſe ſtatuũt, propterea quòd difficile ſit, nec verus Scripturæ ſenſus abſque explicationibus Talmudicis haberi poſsit. Plurale, מדות *Mores, Virtutes, Qualitates, Proprietates*: מדות טובות Mores boni: ספר המדות *Liber morum, ſive ethicus*, quomodo vocatur *Ethica Ariſtotelis*, quam in ſermonem Hebræum convertit Don Meir, Regis Caſtiliæ Medicus, Anno Chriſti 1405. מדות אלהים Proprietates Dei: העומד על מדותיו Qui inſiſtit proprietatibus ſuis, id eſt, affectibus, paſsionibus ſuis, *Pertinax*: hinc; שלשה הקב״ה אוהבן מי שאינו כועס ומי שאינו משתכר ומי שאינו מעמיד על מדותיו *Tres Deus amat; eum qui non iraſcitur, qui non inebriat ſe & qui non inſiſtit proprietatibus ſuis*, hoc eſt, qui non eſt pertinax, nimiumque indulget ſententiæ ſuæ, aut vindictæ cupidus, malum malo reddere cupiens: ולא עמדתי על מדותי Neque indulſi affectibus meis, Megilla fol.28.1.

Deinde מִדָּה *eſt Tributum, quod à facultatibus ſuis quiſq; regi vel magiſtratui dat, quaſi Demenſum dictum*, Eſræ 4.20. & 6.8. *& Dages in Nun reſoluto*, מִנְדָּה, Eſræ 4.13. & ſic 7.24.

מְדִיתָא *Idem quod* מִדָּה *Menſura*. In dialecto Hieroſolymitana frequens.

מִדּוֹתִי *Moralis, Ethicus*: הפעולות על שלשה מינים הם טבעיות · מדותיות · ולמודיות Actiones trium generum ſunt, naturales, aut morales, aut diſciplinales: מעלות מדותיות Qualitates, Virtutes morales.

מַד · מַדָּא *Veſtis, Veſtitus, Veſtimentum*: מאן דלביש מדא ילבש מדא Qui ſolitus eſt induere veſtem, induat veſtem: שלח מדך ואנא אלבישה Mitte veſtem tuam, & ego induam eam, Berach.fol. 28.1. Sic Hebraicè.

מָדַי *Madai, nomen proprium filii Japheti, Gen.10. 2. qui pater fuit Medorum, unde & regio illorum* מָדַי *dicta*: וִיהִיבַת לְמָדָי Et dabatur Mediæ, Dan.5.28.

מָדִי *Medus*: דָּרְיָוֶשׁ הַמָּדִי Darius Medus, Dan.11. v.1. *& Chaldaicè* מָדָיָא *Dan.6.1. quod legitur* מָדָאָה *ſecundum communem formam gentilium & numeralium in forma emphatica*: נָשִׁים מָדִיּוֹת Mulieres Medæ: מדוכה מָדִית Mortarium Medum.

מִדִי *Quicquam, Aliquid*, Syrè מִדֶּם, *quod contractum ex Chaldæo* מִדְעַם, *de quo mox*.

מדל, מְדָלָא *Subſtantia, Opes*. In Talm.Hieroſ. אתפקד גביה מידלא דיתמין Depoſita fuit apud eum ſubſtantia pupillorum; Gloſſa, ממון, Schekalim cap.4.ſect.4. in Gemara: אפקד גביה מדליה Depoſuit apud eum opes ſuas, Echa rab. cap.1.v.1.fol.59.col.3. Gl. עָשְׁרוֹ. Et mox, הב ליה מה דלי Da ipſi ſubſtantiam meam; pro מִדְלִי, ut mox, הב לי מדלא דאפקד אבא גבך Da mihi ſubſtantiã, quam apud te depoſuit pater meus. Sic ſæpius ibidem. Baal Aruch citat etiam locum ex Targum, Prov.6.31. כּוּלֵיהּ מִידְלָא דְבֵיתֵיהּ Univerſam ſubſtantiam domus ſuæ. Libri editi pro eo in Targum habent מָמְלָא: Manuſcripti מוֹלָא, ut notavit Raphelengius ad Prov. 6. in Notis diverſæ lectionis ad Regia.

מְדַל Vide in דלל, in Aphel.

מִדֶּם *Quicquam, Aliquid, ex dialecto Syra, aliàs* מִדְעַם: כָּל מִדֶּם דְּמָרִיר חָלֵי לֵהּ Omne amarum dulce ipſi eſt, Prov.27.7.

מדן מוֹדְנָא *Statera, Bilanx*: *Targ.* קָיְמָא בְּכַף מוֹדְנָא Stabat in lance unius, & agnus בְּכַף מוֹדְנָא חֲרָא in lance ſtateræ altera, וְהָוַת כַּרְעָא כַּף מוֹדְנָא מַטַּלְיָא Et fuit depreſſa lanx ſtateræ ab agno, Exod.1.15. in Jon. *Litera* ו *eſt pro* א. *Inſolens autem eſt forma ſingularis. Heb. dicitur* מֹאזְנַיִם, *unde fit per commutationem* ז *in* ר, *ut ſæpè*: מאזנין דקשוט Bilances juſtæ, Eccleſ.2.8. Sic מאזְנָן דקשוט Bilances juſtæ, Levit.19.36. in Jon.

עדן מדאני : מדינים Vide in דין.

מדין Vide ſupra in מָא & in דִין.

מדיע מוֹדִיעִית *Modaith, urbis nomen, quæ quindecim milliaribus diſtabat ab urbe Hieroſolyma,* Peſach. fol. 39.

מַדּוּעַ *Quare, Quamobrem?*

מְדוּם *Quidquam, Aliquid. Reſpondet Hebræo* [illegible] : ut, לֹא יִדְבַּק בְּיָדְךָ מְאוּם Non adhærebit manui tuæ quicquam, Deut. 13.18. לְחוֹד לְגוּבְרַיָּא הָאִלֵּין לָא תַעְבְּדוּן [illegible] Tantummodò viris iſtis ne faciatis quicquam, Gen. 19.8. שׁוּם מְדַעַם Quicquam omnino, Eſth. 6.3. כָּל מְדַעַם Omne aliquid, Total, omnis res, quicquid, quodcunque, Hebr. [illegible] Num. 31.23. לָא תְבָעֵת צְרִיךְ לְכָל מְדַעַם Non deſiderabat uſum cujuſquam rei, niſi, &c. Eſth. 2. 15. Elias notat in Methurgeman ſuo, in Targum Hieroſol. Geneſ. 22. legi מִנְדַּעַם, ſed id noſtra exemplaria hodie non habent. Syriacè dicitur מִדֶּם, & ſic Prov. 27. v. 7. unde per Apocopam מִדִּי Talmudicè, quod & in Targum legitur, כְּמָה דְּלָא מִתְאֲכִיל מִדִּי Sicut non comeditur quicquam, Jobi 6.6.

* מְדִי Vide in נדי.

מדר המדר *Declive facere.* Hinc citat Aruch ex Bava baſra fol. 22.2. במדריר את כותלו De eo qui declivem facit parietem ſuum, ex ſignificatione Nominis מוֹדְרוֹן vel מִדְרוֹן, quod vide in דר. Sed in noſtris exemplaribus legitur כּוֹתֵר.

מְדַר *Gleba terræ.* Citat Aruch ex Thorath Kohanim; אפילו מדר ואפילו חרסית Etiam glebam, etiamque argillam. *Hoc ſenſu legitur* מְדָרָא *in N. T. Syr. Matth. 13.5.* In Aruch traditur, Arabicè ſic vocari *Glebam terræ.*

מְדוּרָא מְדוּרְתָּא Vide in דור.

מוֹדְרָא Vide in דרך. Fortè tamen Mem radicale eſt.

* מְהָ Vide ſupra in מָא.

מהא אתמהא *Obſtupeſcere:* חוי ואתעצב אל לבו Obſtupeſcens erat, & doluit in animo ſuo, Bereſch. rab. ſect. 18. אתמהא כיון ששמע Obſtupuit, quando audivit, Jalkut fol. 11. col. 3. *Videtur ad non referendum.*

מהב Inde מְהִיבָא *Donum*, Prov. 6.35. in Regiis. Lege מוֹהֲבָא.

מהה *Veteraſcere, Conſumi vetuſtate:* קופה המהוהה Arca veterata, Kelim cap. 24. שנמהה מממנה חוט אחד In qua veteratum eſt filum unum, Kelim cap. 28. כסלית המהוהה Pallium veteratum, Nidda fol. 4.1. ut citatur in Aruch, ſed in textu Talmudico legitur מְהוּמְהָ, & exponitur ut præcedentia בלויה. *Quæ Aruch in Humeſlandi ſignificato hic adducit, ea in noſtris libris Talmudicis hodiè leguntur cum Cheth in medio.*

מהט *Emungere.* שמוהטין בה את הפתילות Quo emungunt ellychnia, Schab. fol. 90.1. Sic legitur in Aruch: in Gemara autem noſtra, שמחטטין Quo fodiunt; In Beza fol. 32.2. מוחטין את הפתילות per Cheth.

מהל *Circumcidit, apud Talm.* יומא דעיבא ויומא דשותא לא מהלינן ולא ממוברינן ביה Die nubiloſo, & die venti auſtralis nō circumcidimus, neq; ſecamus venam, Jevam. fol. 72.1. ונמהליה Et circumcidet eum, Jevam. fol. 71.1.

מוֹהֵל *Circumciſor, abſcindens præputium infantis.*

מָהוּל *Circumciſus:* קטן שנולד כשהוא מהול Parvulus qui natus eſt circumciſus, qui glandem membri habet nudam, ac ſi eſſet circumciſus, λειπόδερμος. Vide R. Salom. Pſal. 16.1. ubi ſcribit ex Medraſch, Davidem talem fuiſſe. Sic de Moſe in Vajikra rabba ſect. 4. Septem creati ſunt circumciſi, Jelammedenu fol. 4. col. 4. המשוך והנולד כשהוא מהול Attractus, & natus circumciſus &c. non comedunt de oblatione voluntaria, Jevammoth Hieroſ. cap. 8. Et mox; *Circumcidendo circumcidetur*, Gen. 17.13. מכאן לנולד כשהוא מהול שצריך להטיף ממנו דם ברית Hinc probatur, quòd, qui natus eſt circumciſus, neceſſe eſt ab ipſo extrahere ſanguinem fœderis circumciſionis, מפני שערלה כבושה היא quia præputium ſubactum eſt.

מְהִילָא *Circumciſio:* לא בר מהולא הוא Non eſt filius circumciſionis, non debet circumcidi, Jevam. fol. 71.1.

מְהוּלְתָּא *Circumciſio:* בִּדְמָא דִמְהוּלְתָא הָדֵין Per ſanguinem circumciſionis hujus, Exod. 4.25. Ezech. 16.6. וּדְמָא דִגְזֵרַת מְהוּלְתָא Et ſanguinem abſciſsionis præputii, Cantic. 2.9. ubi alterutrum videtur redundare. Nam & נוּרְתָא & גזרה eſt Circumciſio, aut מהולתא eſt præputium, quia præſcindi vel abſcindi ſolet.

Secundò apud Talmudicos מְהוּלְתָא eſt *Subcerniculum, Vannus, Cribrum pollinarium:* קמחא אגבא דמהולתא Farina ſuper vel in cribro, Betza fol 29. col. 2. *Sententia Proverbialis*, מְהוּלְתָּךְ חֲרָשָׁה אֲקִישׁ עֲלָהּ *Quando cribrum tuum vel vannus tuus ſilens eſt, percute illum*, Bereſch. rab. ſect. 81. *Silet*, id eſt, agitatione nullum edit ſonitum. *Percute*, dato ſignum, nec unquam ceſſet. In legum neglectu monenda juventus: in otio monendi ad laborem homines. *In Plural.* מְהוּלְיָא Talm. Hieroſ. Moed katon cap. 2.

II. מהל *Miſcere, Diluere vinum aquâ:* אמהול ליה במים Miſcebo illud aquâ, Jeſa. 1. v. 22. in Jalkut.

מוֹהַל *Liquor, Humor, Sapft.* Vide in מהל.

מהר *Feſtinare, Accelerare, Feſtinum, Præcipitem eſſe.* Niphal נִמְהַר *Feſtinus, Præ-*

ceps: quod ad animum relatum, includit temeritatem & stultitiam.

מְהִירוּת R. Acceleratio, Festinantia, Præcipitantia: רץ בִּמְהִירוּת Currit cum festinatione, id est, festinanter. Hinc חושי Jobi 20.2. Aben Esra explicat per מהירותי.

מָהִיר Promptus, Expeditus, Exercitatus: מהיר בירעתא Expeditus in scientia.

מוֹהַר Dos. plural. מוֹהָרִין וּמַתָּנָן Dotes & dona, Gen.34.12. כְּמֹהַר הַבְּתוּלֹת Juxta dotes virginum, Exod.22.16.

מוֹהֲרָקָא Sedile, Sedes: vel pluraliter, Sedilia, Eruvin f.62.1. Item, Obsignatio, Literæ obsignatæ: מוהרקיהו דהני בטפסא דמלכא מנח Obligatio (i.e. contractus, literæ obligationis) ipsorum in arca regis deposita est, Metzia fol.73.col.2. Nedar. fol.46.1.

מוהרין · מוהרנקי Festorum uomina apud Persas ע״ז fol.11.2.

מוג Liquefieri, Solvi, Dissolvi, Hebr. & in Hithpahel, התמוגג, unde & Chaldaicè, Præterit. אִתְמוֹגְגוּ יָתְבֵי אַרְעָא Liquefacti sunt habitatores terræ, Psal.46.11. Futur. נַפְשְׁהוֹן בְּבִישָׁא תִּתְמוֹגַג Anima ipsorum in malo colliquescet, Psal.107. 26. Apud Talm. ממגין את מחתך Dissolvunt plagas tuas, id est, curant, Ber rab.sect.40.

מוץ מוּץ מוֹצָא Gluma, Stipula, Hebr. מוץ, per commutationem literarum ejusdem organi. Sic tantum scribitur in Jobo & Psalmis: ut, יְהוֹן הֵיךְ מוֹצָא Erunt sicut stipula, Psal.35.5. אֱלָהֵן כְּמוֹצָא Sed sicut gluma, Psal.1.4. וּכְמוֹצָא דִּישַׁלְטְלִנֵּהּ עַלְעוֹלָא Et sicut gluma quam dispellet turbo, Jobi 21.18. Apud Rabbinos, מוצא Pugillus: כמוצא דמשכי Cum pugillo ceparum, Kiddufchin fol.52.2.

מוח Cerebrum, Medulla: מפרסת רגליה ועד מוחיה A fissura pedis usq; ad cerebrum, id est, verticem ejus, 2.Sam.14.25. Sic Deuter.28.v.35. מוח קר ולח Cerebrum frigidum & humidum, Psalm.102.5. in Kimchio. כמדומה לי שאין לו מוח בקדקדו Mihi videtur, illũ non habere cerebrum in capite, Jevam.fol.9.1.

מוט Moveri, Nutare, Vacillare, Declinare. Futurum, וּתְמוּט יְדֵיהּ עִמָּךְ Et nutaverit manus ejus tecum, Levit.25.35. Ithpahel, אִתְמוֹטְטָא רַגְלַי Moti sunt pedes mei, Psal.73.2. & 94.18. ארום בר אִתְמוֹטְטַת Quia commota est, Psalm.60.v.4. כְּמִתְמוֹטְטִין טוּרַיָא Quando commoventur montes, Psalm.46.v.3. Infinitivus, לָא יִתֵּן לְאִתְמוֹטְטָא רַגְלָךְ Non permittet commoveri pedes tuos, Psal. 121.v.3. Futurum, דְּלָא תִתְמוֹטֵט Ut non vacillet, Psalm.96.10. Hiphil, המיט Nutare facere, commovere.

מוט מוטה Vectis, Palanga: לא יביאנה במוט Non adducet palangâ, Beza cap.3.

מוך Tenuem, Attenuatum esse facultatibus, apud Hebr. Præt. מָכוּ רָמַיָּא Attenuati, Attriti, incurvati sunt montes, Heb. שחו, Hab.3.6. Apud Rabbinos generalius sumitur pro Tenue, Molle, Lene esse: Tritum, Attritum esse: מכא ליה ארעא מתותיה Mollescebat ipsi terra sub eo, Sanhed.95.1. Item Duplicare, Sternere, Substernere: ut, גאורתא הוו מייכי ליה שיתין נמטי Vesperi duplicabant, vel, substernebant ipsi sexaginta stragulas villosas, Metzia fol.84.col.2. ומך להו במתרקי Et duplicavit, dupla imposuit ipsis tegumenta lanea, vel tapeta, Taan.fol.21.2. נפתח בבי מטרא בר חמרא מוך שקך וגני Cum aperitur (mane) janua pluviæ, ô asine, duplica saccum tuum & decumbe in eo, Berach. fol. 59.col.1. Profertur illic tamquam proverbiale: Glossa; Quando aperis mane januam tuam, & vides pluviam descendentem, dico tibi asine qui is de loco in locum ad adducendum & coemendum frumentum, duplica saccum tuum sub te (id est, duplicatum substernere illum tibi,) & dormi super eo, neque hinc inde discurrâs, quia vile fiet triticum propter pluviam. Vide & in Taan. fol.6.2.

מָכָא מָךְ וזא Tritum, Attritum: וזא מכא Asis tritus, cujus signatura attrita, Bava kama fol 37.

מוך Tenue, Molle, Lene. Plural. מוכין Mollia, ut sunt lintea, gossapina, lana, lectus, muscus, rasuræ lintei quæ vulneribus imponuntur, & similia: בשמשת במוך Mulier quæ utitur linteo molli, vel gossypio, Nidda fol.3.1. Glossa; Mulier replet locum illum rebus mollibus, ad hauriendum semen, ne conciplat: במוך שבסגדלה · ובמוך שבאזנה · ובמוך שהתקינה לנרתה Cum molli (lana) quæ est in calceo ejus (ne scil. pedem lædat) cum molli quod est in aure ejus (ad exsorbendum humorem aurium) & cum molli, quod præparat pro separatione sua (tempore menstruorum,) egreditur scil. mulier in sabbatho, Schab. cap.6. in Mischna: מוך שעל גבי מכה Muscus qui est super plaga, מוך יבש Muscus aridus, Schab. fol.134.col.2. ולא במוכין Neque cum mollibus, Schab. cap.4. in Mischna. Glossa, כל דבר רך קרוי מוכין Omnis res mollis vocatur מוכין. Aliter, מים מוכין Aquæ lenes, tepidæ, Mikvaoth cap.1. Glossa, מלוחין או חמים, salsæ aut calidæ. Sic Majemon, מוכים hoc est, aquæ salsæ, aut amaræ, aut calidæ, aut alterius alicujus ingrati & mali saporis cum aliqua caliditate. In Para cap.7. explicatur המוקין Aquæ noxiæ, nocentes, quales sunt aquæ salsæ & tepidæ.

נכוך Vide in litera נ.

מול Circumcidere, Præcidere præputium, Hebr. Ithpahel Chald. Præterit. ואתגזליל Et succiditur, Hebr. וימל, Jobi 14.2. Particip. לְדָלְיָא מתמלל

מתמולל Veſperi ſucciditur & exareſcit, Pſal.90.6. ומן לְעֵיל יִתְמוֹלַל [illegible] Et ſuperius ſucciditur ramus ejus, Jobi 18 16.

מִילָה *Circumciſio, Præciſio præputii:* חֲתִימַת מִילָה עַל [illegible] Sigillum circumciſionis erat ſuper carne eorum, Cantic.3.8. ברית מילה Fœdus, [illegible]entum circumciſionis: אשה לא בת מילה Mulier non eſt filia circumciſionis, non eſt [illegible] ad faciendum circumciſionem, Avoda [illegible].27.1. Sic legitur in Schulchan Aruch [illegible]deah, num.261 אין האשה חייבת למול את [illegible] *Mulieri non eſt permiſſum circumcidere filium* [illegible] *Apud Talmudicos* reperitur quoque pro [illegible] *Venæ, Venæ ſectione:* ut, אבא אומנא כי עבר מילתא Abba Umana quando faciebat venæ ſe[ct]ionem, id eſt, quando venam ſecabat, Taan. [illegible] 2. Schab.fol.129.1. עָבִיד לִידָה תבשילא רטחלי [illegible] ביומא דעבד [illegible] Apparavit ei decoctum ſplenis, in die quo fecit venæ inciſionem, Cholin [illegible].111.1.

מול *Propter, Pro:* למול החיים Pro vel propter vitam, in R.Levi, Prov.10.16.

מוּלְיָא · מוּלְיְתָא *Mula:* ומוּלְיָתָא תְלִיתָאָה Et mu[lam] tertiam ad trahendum & perſequendum [a]ddidit ſingulis curribus, Exod.14.19. in Jonath. [illegible] *pluraliter,* מוּלָאוֹת *Muli, ſive Mulæ,* in T.Hieroſolymitano: אוֹרְחֵיהוֹן דְמוּלְיָתָא הֲוָה נָגְרִין לְגַלְגַלְיָא Mos mularum erat, ut traherent rotas, at verſim rotæ & currus trahebant mulas & projiciebant in mare, Exod.14.v.25. pravè illic legitur מוּלוּתָא, quod corrigendum. *Apud Talmudicos,* מולאות יוצאות באפסריהן Mulę exeunt cum capiſtris ſuis in ſabbatho, Schab. fol.52.1. In Talm. Hieroſol. Berach. cap.8. fol.12.2. אין בעיתון מיזבן מוליון תהון זבנין אילין ראודניהון רקיקן שאמו סוסה ואביו חמור Si vultis emere mulas, emite illas, quæ aures habent tenues, quarum mater eſt equa, & pater aſinus, &c. Vide ibi plura.

מילא מיל Vide infrà in מיל.

מום

מוּמָא *Vitium, Macula, Nævus:* דִיהֵי בֵיהּ מוּמָא In quo fuerit macula, Levit.21.17. מוּמָא הוּא לֵיהּ Vitium hoc ipſi eſt, Proverb.9.7. לָא הֲוָה בֵיהּ מוּמָא Non fuit in ipſo vitium, 2.Sam. 14.25. *Plural.* מוּמִין. *Apud Talmudicos,* מום שבך אל תאמר לחבירך *Vitium quod eſt in te, ne exprobres proximo tuo,* Metzia fol.59.2. Nam, *Turpe eſt doctori cùm culpa redarguit ipſum.* Et carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere vitium. אין אדם רואה מומין לעצמו *Nemo videt ſua propria vitia,* Bechor.fol.38.2.

מומי Vide in יַמָא.

מוץ

Sugere: ינוקא דלא מייץ Infans qui non poteſt ſugere, Schab.134.1. מִיצָא Vide in מצן.

מוֹץ *Gluma, Stipula:* כְּמוֹץ טוּרַיָא Sicut gluma montium, Jeſa.17.13. כְּמוֹצָא תְשַׁוֵי Sicut ſtipulam ponet, Jeſa.41.15. כְּמוֹצָא דְנָסְבָה רוּחַ Sicut ſtipula quam tollit ventus, Hoſ.13.3. דָמַן לְכְמוֹצָא Similes ſunt ſtipulæ, Soph.2.2. וּכְמוֹץ Et ſicut gluma, Jeſa.29.5. Vide & ſuprà מוז.

מוק

Tabeſcere, Contabeſcere: ריאה שנימוקה Pulmo tabeſcens, Cholin 47.2.

Secundò, מוק *Deridere. Irridere. Pahel Particip.* מְמַיֵק בְּדִינֵיהּ Deridet judicium ejus, Prov.19.28. *Ex Aphel,* וְאִם תְּהֵוֵי מְמִיק Et ſi fueris irriſor, Proverb.9.12. *Fæmin.* מְמִיקָא עֲלָךְ Deridet te, 2.Reg.19. 21. & Jeſa.37.22.

מְמַיְקָן, vel מְמִיקְנָא · מְמִיקָנָא · מְמִיקָן *Deriſor, in Proverbiis ſæpè:* ממיקנא הוא חמרא Deriſor eſt vinum, Prov.20 1. לָא תְכוּס לִמְמַקְנָא Ne reprehendas irriſorem, Prov.9.8. *Plural.* ובסיעת ממיקני Et in cœtu deriſorum, Pſalm.1.1. מִתְקְנִין לִמְמִיקְנֵי דִינֵי וּמַחְתָא Præparata ſunt deriſori judicia & plagæ, Prov 19.29. זֵידָנִין מְמִיקְנִין לִי Superbi irrident me, Pſal.119.51. וּמְמִיקְנַיָא מְעַסְן עֲלַי כַּבֵּיהוֹן Et irriſores frendunt c[on]tra me dentibus ſuis, Pſal.35.16.

מַמְקְנוּתָא *Deriſio:* וּמְמִיקְנֵי מַמְקְנוּתָא רְגוּ לְהוֹן Et deriſores deriſionem appetunt ſibi, Prov.1. v.22. מַמְקְנוּתָא וְחוּרְפִיתָא לְחַזְרָנוּתָנָא Irriſionem & opprobrium vicinis noſtris Pſal.44.14.

מוּקָא *Soccus, Crepida. In Targum,* מוּקֵי פָּרְסָאִין Socci Perſici, Eſth.8.15. *Apud Talmudicos,* במוקין קאתי In ſoccis vel crepidis venit, Gittin fol.68.2: בסנדל ובמוק Cum calceis & cũ crepidis, Jebham. fol.102.col.2. diſtinguitur illic ab אנפיליא ſoccis: דנפק בחמשא זוגי מוקי לשוקא Qui egreditur cũ quinque paribus ſoccorum vel crepidarum, Ibidem. Aruch inquit, Arabicè אלמוק, Italicè *Pianella,* & lignum habet infrà.

מור

המיר *Mutare, Permutare, Commutare,* Hebraicè.

תְּמוּרָה *Commutatio, Permutatio,* & inde, *Pro, Loco, Vice, apud Rabbinos:* ובא הרי״ש בפתח הגדול תמורת הקטן Et venit litera ר cum Pathach magno loco parvi, R.David 1.Reg.1.15.

מוּמָר *Mutatus, à religione ſcil. & fide ſua, Apoſtata. In Targum,* מִנְכוֹן וְלָא מִן מוּמְרַיָא פָּלְחֵי אֱלִילַיָא Ex vobis, & non ex apoſtatis colentibus idola, Levit.1.2. in Jon. Sic Deuter.28.68. in Jonath. *Apud Talmudicos,* איזהו מומר Quisnam eſt Apoſtata? Qui comedit morticina, diſcerpta, reptilia, & qui bibit vinũ gentilium. R.Jehuda dicit, etiam qui induit heterogenea. Mar dicit, qui comedit adipem, hic eſt מומר, &c. Horajoth fol.11.1. Minus videtur eſſe מומר quàm מְשׁוּמָּד. Nam qui in uno tantùm vel altero puncto ab ipſis diſcedit, vocatur *Mumar,* & toleratur aliquo modo, exceptâ Idololatriâ.

מִירָא דְכְיָא : *Myrrha* מִירָא · מוּרְיָא · מוּרָא · מוֹר Myrrha pura, Exod.30.23. Sic Psal.45.9. מוּרָא שׁוּבְלָא מוּרְיָא וכורקמא Myrrhæ & aloes, Prov.7.17. Spica myrrhæ, quæ aliâs, Spica nardi, Hebr. שׁחלת, Exod.30.34. in Targ. Hieros. Quidam ex Talmudicis explicant *Muscum*, vide Mikvaoth cap.9. מור ראש לכל הבשמים Myrrha præstantissimum est omnium aromatum, Medrasch Esth.cap.2.v.5. in fine.

מוּרִין *Nigrum*. Videtur esse μαῦρος, Ber. rab. sect.7.

מוש *Palpare, Contrectare, idem quod Hebraicè* מָשַׁשׁ. *Præteritum*, וּמַשֵׁיהּ Et contrectavit eum, Genes.27.22. habet formam à Quiescentibus tertiâ rad. ה. Simile ipsi לוט & לטא. *Futur.* וַאֲמוּשִׁנָךְ Et contrectem te, v.21. מָאִים יְמוּשִׁנַנִי Fortè contrectabit me, Genes.27.12. *Aphel Imperat.* אֲמִישְׁנִי יָת עַמּוּדַיָא Palpare fac me columnas, Jud. 16.v.26.

מְמוּשׁ *Contrectatio*, Gen.27.22. T.H. ubi Jonathan מַמָּשׁ & מִימָּשׁ.

מות מִית *Mori. Præterit.* וַאֲחוּהִי מִית Et frater ejus mortuus est, Gen.44.20. הֲמִית רַבְיָא וַאֲמַרוּ מִית An mortuus est puer? & dixerunt, mortuus est, 2.Sam.12.19. מִיתַת עֲלַי רָחֵל Mortua est mihi Rachel, Genes.48.7. לְוַי דְמִתִית אֲנָא חלופך Utinam mortuus essem ego pro te, 2.Sam.19.1. דִי בְּיַבֶּשְׁתָּא מִיתוּ Qui in arida, mortui sunt, Genes.7.22. דְהָא כְבַר מִיתוּ Qui jam mortui sunt, Eccles.4.2. לְוַי דְמִיתְנָא Utinam mortui essemus, Numer.14.2. *Particip. præsens*, אֲרֵי מָאֵת אַתְּ Nam morieris tu, Jesa.38.1. *Plural.* כּוּלָנָא מָיְתִין Omnes nos morimur, Exod.12.33. וּמָיְתִין בְּקַשְׁתָּא Et moriuntur arcu, Jerem.46.9. *Infinit.* הָא אֲנָא אָזֵיל לִמְמָת Ecce ego vado ad moriendum, Gen. 25.v.32. לִמְמָת בְּמַדְבְּרָא Ut moriamur in deserto, Exod.14.11. חַיָּב לִמְמָת Reus est mori, Jerem.2 3. הַכְמוֹת רַשִׁיעִין יְמוּת אַבְנֵר An sicut moriuntur impii, morietur Abner? 2.Sam.3.33. *Imperativus*, וּמוּת בְּטוּרָא Et morere in monte, Deuter 32.49. בָּרִיךְ מֵימְרָא דַיְיָ וּמוּת Benedic verbo Dei & morere, Jobi 2.v.9. *Futurum*, עַד לָא אמות Antequam moriar, Gen.27.4. מְמָת תְּמוּת Moriendo morieris, Genes.2.17. דִלְמָא יְמוּת אַף הוּא Ne fortè moriatur etiam ipse, Gen.38.11. תְּמוּת נַפְשִׁי מוֹתָא דְקַשִׁיטוֹהִי Moriatur anima mea morte rectorum ejus, Numer.23.10. וּכְעַן לְמָה נְמוּת Et nunc quare moriemur, Deut.5.25. וְתַמָּן תְּמוּתוּן Et illic moriemini, Jerem.42.16. מְמָת תְּמוּתוּן Moriendo moriemini, Genes.3.4. וְלָא יְמוּתוּן Et non morientur, Exod. 30.20. דְלָא חֲזֵי לְהֵן דִימוּתוּן Quas non decet, ut moriantur, Ezech.13.19. *In Aphel sive Hiphil rarius usurpatur: unde illa:* לָא אֲמִית יָתֵיהּ יְהֹוָה Non occiderat, mori fecerat eum Dominus, Genes.5.24. וַאֲמִית אַף יָתֵיהּ Et interfecit etiam ipsum, Genes. 38.10. וַאֲמִיתֵיהּ Et interfecit eum Dominus, Gen. 38.v.7. & sic sæpiùs, quando de Deo dicitur. *Participium*, מְמִית בַּתְרוֹהִי Occidens post ipsum, 1.Sam.14.13. Regia habent ex Pahel מְמַתַּת. *Infinitivus*, לְאַמָתָא נַפְשָׁן Ad occidendum animas, Ezech.13.19. *Futur.* וִימִיתִכוֹן יְיָ אֱלֹהִים Et interficiet vos Dominus, Jesa.65.v.15. *Apud Rabbinos*, מה יעביד איניש ויחיה אמרו לו ימית עצמו מה יעביד איניש וימות יחיה את עצמו *Quid faciet homo ut vivat? occidet, mortificabit seipsum. Quid faciet ut moriatur? Vivificabit seipsum*, Tamid fol.32.1.

מִית · מֵת *Mortuus*: מִתְאַבְּלָא עַל מִיתָא Quæ luget mortuum, 2.Sam.14.2. עַל מִית Propter mortuum, Deut.14.1. עַל בִּשְׂרָא מִיתָא הָדֵין Super carnem mortuam hanc, Num.12 12 אִתַּת מִיתָא Uxor demortui, Deut.25.5. דְיִקְרַב בְּמִיתָא Qui accesserit, tetigerit mortuum, Numer.19.11. וְלָא יְהָבִית מִנֵּיהּ לְמִית Et non dedi ex eo mortuo, Deut.26.14. *Cum Aff.* וְאֶקְבַּר מִיתִי מִן קֳדָמָי Et sepeliam mortuum meum à conspectu meo, Gen.23.4. וְיָת מִיתָךְ קְבַר Et mortuum tuum sepelito, Genes.23.13. מֵעַל אַפֵּי מִיתֵיהּ A'facie mortui sui, Gen.23.3. *Plural.* פִּגְרִין מִיתִין Cadavera mortua, 2.Reg.19.35. *Emph.* נִכְסֵי מִיתַיָא Sacrificia mortuorum, Psalm.106.v.28. וְקָם בֵּין מִיתַיָא Et stetit inter mortuos, Num.17.13. הַאֶפְשַׁר דִי לְמִיתַיָא תַּעֲבֵד פְּרִישָׁן An fieri potest, ut mortuis facias miracula? Psal.88 11. *Fœmin.* מִיתָא Mortua, Genes.35.18. *Apud Rabbinos*, מת מצוה *Mortuus præcepti, qui mortuus est, nec habet qui sepeliant, ex præcepto tamen divino sepulturam dignam & debitam meretur; veluti peregrinus, alienus, occisus in agro vel sylva, neminem habent ex suis, qui sepulturam præstet, tum ei pietatis causâ, & vi præcepti, vel quilibet pius, vel magistratus sepulturam legitimam debet præstare.* Vide Erubhin fol 17.col.2. *Deinde* מת sumitur synecdochicè pro *Membro virili languido & q. emortuo*: Unde, מכניס מת Qui congreditur cum mortuo, scil. membro, h.e. languido, Sanh. f.55.1. גיד בלא קושי נקרא מת scribit Baal Aruch. De eo qui ita congreditur, disputant, an reus sit necne? Sic in Jevammoth fol.55.2. ubi glossa, באבר מת בלא קישוי ואין ראוי להזריע. Sic in Schevuoth fol.18.1. נועץ עשר צפורני בקרקע עד שימות Infiget decem ungues suos in terram, donec emoriatur (scil. membrum, donec languidum fiat ac potentia congrediendi pereat.) Similis est locutio ad Rom. cap. 4.19. Οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, &c. Ovid. *Nostra tamen jacuere, velut præmortua, membra.*

מוֹתָא · מוֹת *Mors, Pestis mortifera*: מוֹתָא וְחַיֵּי בִּידָא דְלִישָׁנָא Mors & vita in manu linguæ. Prov. 18.21. חַיָּבֵי מוֹתָא Rei mortis, Psal.13.4. וְאִתְפְּרַע מִנֵּיהּ בְּמוֹתָא Et vindictam sumam ab eo peste, Hebr. בדבר

[illegible], Ezech.38.22. וְיִמִיתִכוֹן יְיָ אֱלֹהִים מוֹתָא תִנְיָנָא Et occidet vos Dominus Deus morte secundâ, Jesa.65 6.15. יְמוּתוּן מוֹתָא תִנְיָנָא Morientur morte secundâ, Jerem.51.39.57. Jesa.22.14. Psal.49.11. in Regius. *Mors secunda* est mors בעולם הבא in futuro seculo, scribit Kimchi: מַלְאֲכָא דְמוֹתָא *Angelus mortis*. Hujus aliquoties fit mentio in Targum, vide suprà in לאך. In Avoda sarah fol.20. [illegible]. מלאך המות כולו מלא עינים Angelus mortis totus plenus est oculis. Tempore decessus ægroti stat ad cervicale ejus, cum gladio districto in manu sua, in qua gutta fellis vel veneni dependet. Quamprimùm ægrotus ipsum videt, trepidat & aperit os suum, & tum inspergit guttam illam in os. Ab illa moritur, ab illa fit fœtidus, ab illa flavescit ejus facies. In Jelamnedenu, sectione קח את המטה scribitur, Eum creatum esse secundo die, quia dicitur, וחשך על פני תהום *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, Gen. 1.v.2. Hic nempe est Angelus mortis, qui tenebrosos reddit oculos creaturarum.

מִיתָה *Idem*: Item *Supplicium mortis, capitale*: אין מיתה בלא חטא *Non est mors absq; peccato*, juxta illud, *Stipendium peccati mors est*, ad Rom.6.23. Legitur in More fol.141. col.2. Schab. cap.5. fol. 55. מיתתן של צדיקים מכפרת Mors justorum expiat peccata, Moed katon fol.28.1. מת פתאום זו היא מיתה חטופה hoc est, Si quis repentè moriatur est mors subitanea, repentina, der gäche Todt: חלה יום אחד ומת זו היא מיתה דחופה Si quis per diem unũ ægrotet, & moriatur, vocatur mors celera: si per duos dies, & moriatur זו היא מיתה דחויה est mors impulsa: per tres dies, est נְעָרָה Increpatio: per quatuor, vocatur נזיפה Reprehensio: per quinque, est מיתת כל האדם Mors omnium hominum, communis: מת בחמשים שנה זו היא מיתת כרת Si quis moriatur intra 50. annos, vocatur Mors excisionis: intra 52. annos, est Mors Samuelis Ramatensis: anno sexagesimo, est מיתה בידי שמים Mors per manus cœli, cœlitus, divinitùs obveniens, anno septuagesimo, vocatur שיבה Canities: anno octoagesimo, vocatur גבורות Psalm.90.&c. Ibidem in Moed katon. De מיתה בידי שמים vide Bartenorã & Rambam in Sanhed. cap.9. sect. ult. Porrò habuerunt olim Hebræi ארבע מיתות quatuor genera suppliciorum capitaliũ, de quibus vide Sanhed. cap.7. Mentio illorum quoque in Targ. Ruth. cap.1.v.18. מיתת בית דין Mors quæ à domo judicii infligitur: מיתות קלות Mortes leviores, מיתות חמורות Mortes graviores.

מְמַת *Idem. Infinitivus per se est, sed usurpatur etiam nominaliter*: תְמוּת מְמַת בִּמְעֵנֵי חַרְבָּא Morieris morte confossorum gladio, Ezech.28.8. מְמַת רַשִׁיעִין תְמוּת Morte improborum morieris, ibid. vers.10.

מְמוּתָא *Idem*: וּבְעִירְהוֹן לְמוֹתָא מְסַר Et jumenta ipsorum internecioni dedit, Psal.78.50.

מִיתוּתָא *Idem*, יַקִּיר קֳדָם יְיָ מִיתוּתָא דְמִתְקַטְלָהָא לַחֲסִידוֹהִי Pretiosa est coram Domino mors quæ infertur sanctis ejus, Psal.116.15. דִמְסִירִין לְמִיתוּתָא Qui tradũtur morti, Psal.102.21. עַל מִיתוּתָא דְגַבְרָא Super morte viri, Psal.9.1. כְּמִיתוּתָא Juxta mortem, Num.16.29. in Jon. וְנַפְשֵׁיהּ לְמִיתוּתָא Et anima ejus ad mortem, Jobi 33.22. *Et per Apocopam*, מֵיתוּ Deut.32.1. in Targ. Hierosol. *Hinc Rabbini dicunt*, או חברותא או מיתותא *Aut societas* (vel amicitia) *aut mors*.

מוֹתָנָא *Internecio, Plaga mortifera, Pestis*: וּתְקֵפַת בְּהוֹן מוֹתָנָא Et invaluit in eos mors, id est, pestis lethalis, Psalm.106.30. וְאִתְכְּלִיַת מוֹתָנָא Et cohibita est mors, ibid. vers. seq. וְיִקְטֹל עַמְמַיָא בְמוֹתָנָא Et occidet populos internecione, Psal.74.4. וַהֲוָת מוֹתָנָא בִכְנִשְׁתָּא דַיְיָ Et fuit plaga illa in cætu Domini, Hebr. הַמַּגֵּפָה, Num.31.16. Sic, וְיִתְכְּלֵי מוֹתָנָא מֵעַל עַמָּא Et cohibebitur plaga à populo, 2.Sam. 24.21. *Plural.* מְחַת מוֹתְנָתָא Plagas lethales, Lev. 26.6.16. in Jon.

Apud Talmudicos, שב שני הוה מותנא ואיניש בלא שניה לא שכיב *Septem annis grassetur licet pestis, nullus tamen absq; annis suis* (completis) *moritur*, Sanhed. fol. 29.1. Sic dicitur alibi: מי איכא דאזיל בלא ומניה *Nunquid abit aliquis non in tempore suo?* Chagiga fol.4.2.

מְזַג *Miscuit, Temperavit vinum, affusâ aquâ. Inde simpliciter pro Infundere ponitur. Respondet Hebræo* מָסַךְ. *Præterit.* וְשִׁקְיוּתִי בִּבְכִיתָא מְזָגֵית Et potum meum fletu meo miscui, Psalm.102.10. וְאִשְׁתּוּ חַמְרָא דִמְזָגֵית Et bibite vinum quod infudi, Prov.9.5. וּמְזָגַת חַמְרָא Et infudit vinum, Prov.9. v.2. *Partic.* וּמְזוֹגָא דַהֲוָה מְזִיג לְהוֹן Et pincerna qui infundebat illis, Esth.1.8. in 2.Targ. *Plur.* וְחַמְרָא דְמָזְגִין לִדְצָהְיִין Et vinum quod infundunt sitientibus, Eccles.10.v.19. *Participium ex Pahel*, וּמְמַזְגִין לְדַחְלָתְהוֹן אַגְנִין Et infunditis idolis ipsorũ phialas, Jesa.65.11. *Apud Rabbinos*, הוי מוזג ושותה Infunde & bibe: עומד למזוג את הכוס Stat ad infundendum poculum: מוזגין לו כוס שני Infundunt ipsi poculum secũdum: יין מזוג Vinum mixtum & temperatum. מזוג לי Infunde mihi. *In Niphal* נִמְזַג *Mixtus, Temperatus*: מְמוּזָג *Idem*: אויר ממוזג Aër temperatus: מָזוּג *Idem*: אחד חי אחד מזוג Sive vivum (id est, purum) sive mixtum vinum, Pesach.fol.108.

מְזַג Hebr. מְזָגָא Chald. *Mixtio, Infusio, Vinum infusum*, Cantic.7.2. in Hebræo: וּמְעַקְבָא בֵּית מְזָגָא Et investigant domum infusionis, id est, *Oenopolium*, ubi infunditur vinum, Prov.23.30. Item

Poculum

Poculum infusum, Talm. ונקיט תרי מזגי דחמרא בידיה וכוריק מהאי להאי Et accepit duo pocula vini in manû suam, & evacuavit ex uno in aliud, Basra fol. 73. 2. Apud Rabbinos etiam est *Temperamentum corporis, mixtum ex quatuor qualitatibus, frigido, humido, calido, & sicco:* מזג האדם Temperamentum hominis: רוע מזג Malitia temperamenti.

מזגא חמרא *Nomen proprium avis,* Cholin fol. 62. in fine. Sic fol.63. בת מזגא חמרא.

מְזִגְּה *Mixtio, Infusio. Constr.* מְלֵי מְזִגַּת מְרָרְתָא Plenum mixtione amaritudinis, id est, plenè infusum vino amaro, Psalm.75.9. כדי מזיגת הכוס Ad mixtionem poculi, ut eo poculum impleat & diluat mixtâ aqua, apud Rabbinos.

מְזָגִי *Mixtum:* תבונה מזגית Dispositio mixta, h.e. temperamenti hominis, q. temperamentalem dicas, More cap.34.

הַמְּזִגָּה *Mixtio:* המזגת היסודות Mixtio Elementorum.

מְזוֹגָא *Pincerna:* Esth.1 8. in T. sec. *Plurale,* רַב מְזוֹגַיָּא Præfectus pincernarum, Genes.40. in historia Josephi.

מְמַזֵּג *Mixtus,* vel, מְמַזַּג *Mixtura: unde* עוֹבַד מְמַזַּג Opere mixtionis, id est, apothecario, quo artificiosè res misceri & temperari solent, Exod.30. 35. in Jonathane.

מזה מזי *Crinis, Capillus, Coma:* וּתְסַפַּר יַת מַזְיָא דְרֵישָׁהּ Et tondebit comam capitis sui, Hebr. שֵׂעָר, Deut. 21.12. in Jon. *Apud Talmudicos frequens est:* ומתרתיה מזיה Et plicabat crines, Sanhed. fol.110.1. דגזיז ליה למזייכו Quòd tondet crines vestros, Ibid. עד דהוה קא כהפך במזיה Dum crines plicaret: דשקיל מזיה ולא משי ידיה מפחיד תלתא יומי Qui aufert, id est, tondet capillos suos, & non lavat manus suas, pavet per tres dies, & nescit quare paveat, Pesach.fol.112.col.1. הני רווקי דארמאי דמזיא Isti sacci colatorii Gentilium qui sunt ex pilis, Avoda sara fol.75.1. עינא יהב במזייכו Oculum conjicit in capillos vestros, Sanh. fol. 110. קא מנקיט ליה תבנא מן מזיה Colligebat ipsi fœnum de capillis ejus, Nedar.fol.50.1. Dormierant enim per noctem in fœno.

מזז נִתְמַזְמֵז *Diffluere, Vacillare, Tremulum esse, Contremiscere. Opponitur ipsi* נתמסמס *Coagulatum esse, quod non est solidum, sed tactum dissilit & dissolvitur veluti fluidum, ut sunt mollia & tenuia,* Cholin fol.45.2. בהמה שנתמזמזה מוחיה טרפה Bestia cujus cerebrum exstillat sive diffluit, polluta est, ibid. *In Targ.* אֶפְשַׁר דְגִבָּרַיָּא דְמִתְמַזְמְזִין יִתְבָּרְיָן Est'ne possibile, ut gigantes, qui tremuli sunt, regenerentur? Jobi 26.5. עֵשָׂו בְּכָא עַל צַעֲרָא דְשִׁנּוֹי דְאִתְמַזְמְזוּ Esau flebat ob dolorem dentium qui vacillabant, Gen.33.4. in Jon.

* מוּכְתָּא מוך Vide in זוך.

* מוֹל מַוֹל Vide in נזל.

מזר *Nere, Fila ducere: Apud Talmudicos:* Qui Zelotypus est erga uxorem suam, & ipsa (Zelo ejus cognito) clandestinè conversetur cum aliquo, idque maritus ejus vel ab ave prætervolante intellexerit, licitum est, secundum R. Eliesarem, marito statim ejicere eam & dotem ejus ipsi dare: R. Jehosua autem ait, עד שיטאו ויתנו בה מוזרות בלבנה *Donec de ea loquantur nentes ad splendorem lunæ;* hoc est, donec impudicitia ejus publicè sit cognita, atque in ore omnium versetur, adeò ut etiam in tonstrinis, & netricum conventiculis nocturnis de ea loquantur, Sota fol.6.2. in Gem. & fol.31. in Misna. Videtur esse *proverbialis locutio.*

מוֹזֵר Vide in זור.

מוזרא מזר *Pera, Saccus in quo commeatus per viam portatur.* Sic adducit hoc loco Baal Aruch, Guido, & alii, ex Kelim cap.20. Sed malè. Legendum מְזְוָרָא, à זָוַר. Vide ibi. מזרה Vide in זרה.

מִיזְרָן *Tapetum* vel *Tapete, quo lecti sternuntur:* מיזרן מן המטה Tapetum egrediens de lecto, Kelim cap.19. Alii aliter explicant. *Arabicè quoque* מיזר *est Tapetum.*

מַמְזֵר *Spurius, Nothus:* לָא יִדְכֵּי מַמְזֵירָא Non habebitur dignus spurius, ut ingrediatur domum Domini, Deut.23.2.

Nota hîc, *Judæos aliquando blasphemè vocare Christum* ממזר. Videat, qui habet, ספר תולדות ישו. Sic quidam Judæus magnæ authoritatis & doctrinæ, rogatus ut Halacham aliquam ex Lectione Legali, quam Parascham vocant, quæ eo die in templo lecta erat, diceret, respondit: Parascha hujus diei incipit, אם בחוקותי. Dictio prima אם per abbreviaturæ modum ita explicatur: אוֹמוֹת מְשׁאילים אַיֵּה מַלכּכם אָנוּ מְשִׁיבים אֱלהינוּ מַלכֵּנוּ אֱלֹהיהם מְמזֵר. ô Christe Rex & Salvator vindica tuam gloriam à populo tam perfido & impio. Ostende te verum esse Deum: istos autem spurios Abrahami filios ab hæreditate exclude. *Fæmin.* מַמְזֶרֶת *Spuria.* Porrò quis'nam in Lege vocetur מַמְזֵר vide apud Majemon. in Hilchoth. Issure biah cap.15. *Triplices sunt spurii:* ממזר ודאי *Spurius certus:* ממזר ספק *Spurius dubius:* וממזר מדברי סופרים *& Spuriis ex sententia Rabbinorum.*

מַזָּרוֹת *Planetæ, Signa cœlestia,* Jobi 38.32. In Beresch. rabba sect.10. Quid est מַזָּרוֹת? Sidus cœleste est, sic dictum, שממזר את הפירות quòd putrescere facit fructus; ex locutione ביצה מוזרת Ovum putridum.

* מחוג מחג Vide in חוג.

מחא **מחא** *Percutere, Ferire, Cædere, Verberare, Plagis afficere, Pulsare, Plaudere, Complodere. Præteritum,* וּמְחָא בַּרְדָא Et percussit grando, Exod.9.v.25. דִּמְחָא עַמְמִין סַגִּיאִין Qui percussit populos plurimos, Psal.135.10. *Cum Aff.* וְאִם בְּמָן דְּבַרְזְלָא מְחָה דִּמְחֵיתָא בֵּיה יָת נַהֲרָא Et si instrumẽto ferreo percusserit eum, Numer.35.16. Qui percussisti flumen, Exod.17.5. וּמָא דֵין לָא מְחֵיתָהּ תַּמָּן Et quare non percussisti eum illic? 2.Sam.18.11. אֲרֵי מְחֵיתַנִי Nam percussisti me, Numer.22.28. וּמְחוֹ יָת יוֹאָשׁ Et percusserunt Joasum, 2.Reg.12.21. מְחוֹהִי Percusserunt eum, Ibid. v.22. מְחוֹנִי וְלָא אִתְכְּאֵבִית Percusserunt me, & non dolui, Prov.23.35. לָא מְחוֹנוּן Non percusserunt eos, Jos. 9.18. וּמְחֵינָא יָתֵיהּ Et percussimus eum, Deut.2.34. וּמְחֵינוּן Et percussimus eos, Deut.29.6. *Particip. præsens,* הָא אֲנָא מָחֵי Ecce ego percutio, Exod.7. v.17. לְמָחֵי מִצְרַיִם Percutienti Ægyptum, Psalm. 136.10. וִיהֵי זַכָּאָה מָחְיָא Et erit innocens percussor, Exod.21.19. *Cum Aff.* מִיַּד מָחוֹהִי E manu percutientis ipsum, Deuter.25.11. יוֹשִׁיט לְמָחֵי לֵיהּ לִיסְתָא Porriget percutienti ipsum maxillam, Thren. 3.30. *Plural.* גְּוִי יְהָבִית לְמָחַן Corpus meum exposui percutientibus, Jesa.50.6. *Infinit.* מִמְחָא תִּמְחֵי יָת יָתְבֵי קַרְתָּא הַהִיא Percutiendo percuties habitatores civitatis istius, Deuter.13.15. וְלָא אוֹסִיף עוֹד לְמִמְחֵי Et non pergam amplius percutere, Gen. 8.v.21. בָּתַר דְּתָב מִלְּמִמְחֵי Postquam reversus esset à percutiendo, Genes.14.17. מִלְּמִמְחֵי אֲרַם A percutiendo Aram, 2.Sam.8.13. לְמִמְחֵיהוֹן מַחְתָּא רַבְּתָא Ad percutiendum eos plagâ maximâ, Jos. 10.20. וְאוֹסִיף לְמִמְחַהּ Et perrexit percutere eam, Num.22.25. *Imperat.* מְחִי כְעַן יָת עַמָּא הָדֵין Percute nunc populum istum, 2.Reg.6.18. *Cum Aff.* מְחֵינִי כְעַן Percute me nunc, 2. Reg. 20.35. מְחוֹהִי בִּרְתִכָּא Percutite eum in curru, 2.Reg.9.27. *Futurum,* אֶמְחֵי כָּל סוּסַוָת עַמְמַיָּא Percutiam omnes equos populorũ, Zach.12.4. אֶמְחֵנּוּן בְּמוֹתָא Percutiam eos peste, Num.14.12. תִּמְחֵי יָת אֱנָשׁ אֲרָם Percuties virum Aram, 2.Reg.13.19. אֲרֵי יִמְחֵי גְּבַר יָת עַבְדֵּיהּ Si percusserit quispiam servum suum, Exod.21.20. יִמְחִנָּךְ Percutiet te Dominus, Deuter.28.22. וְנִמְחֵי יָת יָתְבֵי גִבְעוֹן Percutiemus habitatores Gibeon, Josuæ.10.4. וְיִמְחוֹנַנִי Et percutient me, Genes.34.30. *Ithpehal Futurum,* וְיִתְמְחֵי וִימוּת Ut percutiatur & moriatur, 2.Sam.11.15.

Secundò, *Delere, Tergere, Abstergere, Extergere, Expungere. Præterit.* וּמְחָא יָת כָּל יְקוּמָא Et delevit omnem substantiam, Genes.7.23. שׁוּמְהוֹן מְחֵיתָא Nomen eorum delevisti, Psal.9.6. מְחֵיתִי כְּעֵיבָא חוֹבָךְ Delevi quasi nubem iniquitatẽ tuam, Jesa.44.22. *Infinit.* כִּי בְּמִמְחָא אֶמְחֵי יָת דּוּכְרָנָא דַּעֲמָלֵק Delendo delebo omnem memoriam Amalek, Exod.17.14. לְמִמְחֵי יָת שְׁמָא דְיִשְׂרָאֵל Ad delendum nomen Israëlis, 2.Reg.14.27. *Imperativ.* וְכָל עַוָיָתִי מְחֵי Et omnes iniquitates meas dele, Psalm.51.11. מְחֵנִי כְעַן מִסִּפְרָךְ Dele me nunc ex libro tuo, Exod. 32.32. *Futurum,* אֶמְחֵי יָת אֱנָשָׁא Delebo hominem, Genes.6.7. וְאֶמְחֵי יָת שְׁמְהוֹן Et delebo nomen ipsorum, Deut.9.14. אֶמְחֵנֵּיהּ מִסִּפְרִי Delebo ipsum ex libro meo, Exod.32.33. תִּמְחֵי דּוּכְרָנָא דַּעֲמָלֵק Delebis memoriam Amalek, Deut.25.19. וְיִמְחֵי דִּמְעֲתָא Et delebit lachrymas, Jesa.25.8. *Ithpehal Præteritum,* וְאִתְמְחִיאוּ מִן אַרְעָא Et deleti sunt de terra, Genes.7.23. *Particip.* כְּמָא דְמִתְמַחְיָא צְלוֹחִיתָא Sicut abstergitur scutella, 2.Reg.21.13. *Futurum,* יִתְמְחֵי עֲלוֹהִי Deleatur in eo, Esræ 6.11. יִתְמְחֵי שְׁמְהוֹן Deleatur nomen ipsorum, Psal.109.13. וְחוֹבַת אִמֵּיהּ לָא תִתְמְחֵי Et peccatum matris ipsorum non deleatur, Psal.109.14. וְחַטָּאֵיהוֹן לָא יִתְמְחוֹן Et peccata ipsorum non deleantur, Jerem.18.23. *Apud Rabbinos:* הכניסו לו תבשיל ראשון ואכלו והיה ערב לו התחיל ממחה בקערה Attulerunt ei ferculum primum, quod comedit, & gratum fuit ipsi, adeò ut inciberet tergere patinam (digitis scil. mit den Fingeren außschlecken/) Vajikra rabba sect.7.

Tertiò, *Texere, quod fit Percussione filorum, per metaphoram: Participium,* מָחֵי *Texens, Textor,* עוֹבַד מָחֵי Opere textoris, Exod. 28.32. *Plurale,* וּמָחַן מְצָיָה Et texentes ex illo retia, Jesa.19.9. *Fæminin.* דְּעַכּוּבִיתָא מָחְיָא Quas aranea texit, Jesa.59 5. *Plural.* דִּי נְשַׁיָּא מָחְיָן תַּמָּן Ubi mulieres texebant, 2.Reg.23.7. *Sic sæpè apud Talmudicos.*

Quartò, *Impedire, Cohibere, Prohibere, Avertere, Coercere à malo,* wehren/ abwehren/ abhalten vom bösen: Item *Abolere, Irritum reddere. Hinc est in Daniele,* דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ Qui prohibeat, impediat manum ejus, qui obstet manui ejus, Dan.4. v.32. al.35. *Et in Targum,* וּמַן הוּא גַּבְרָא דִּמְחֵי בִידֵיהּ Et quis ille, qui cohibeat manum ejus? Eccl.8.3. *Apud Talmudicos,* היה בידו למחות ולא מיחה Fuit in potestate ejus impedire, & non impedivit, Sanhed.103.1. ולא מיחה בהן Et non prohibuit illis, Sanhed.93.1. מי מוחה בידו Quis avertet vel impediet manum ejus? על כבודי לא מחיתם על כבודו של בשר ודם מחיתם Propter gloriam meam non avertistis illud, sed propter gloriam carnis & sanguinis avertitis, Sanhed.fol.10.1. & 103.2. דמחי ליה לאיתתא דחבריה Qui averterat, abstulerat uxorem proximi sui, Sanhed.fol.109.2. מיחוי קרביו Abolere, Removere intestina ejus, Pesachin fol.65. ממחו ביד ולא ממחו בכלי Avertunt, amovent manu suâ, sed non amovent instrumento, Schabb.fol.140. *Hinc & paulò aliter,* המחהו אצל חנוני או אצל שולחני Deponit illã (mercedem) apud hospitem vel numularium, id est, transfert, transportat, amovet à se solutionem mercedis & committit eam alii, Germ. Uberweisen/

Bava metzia fol. 111.1. In libello repudii, ואינש לא ימחי בידיכי מן שמי Et nemo avertatur, impediatur in manibus tuis propter nomen meum.

Quintò, *Madefacere, Humectare*: unde, התחיל בוכה וממחה ברמעות ממתו Incepit & flevit, & humectavit lachrymis lectum suum, Psalm. 6. in Medrasch. Ex hac significatione perperam accepit Munsterus illud, מְחִית מַיִן Humorem aquarum, 2. Sam. 22. 11. cùm מְחִית sit participium Aphel ex Defectivis primâ, Descendere faciens, à נְחַת Descendere. Sic, וממחה ושופך Et humectat (scil. calcem,) & effundit eam, Bava kama fol. 69. 1. Maaser scheni cap. ult. Sevach. fol. 54. 1. *Baal Aruch hæc exempla legit per geminum* ה.

מחוי *Humor.*

Sextò, המחה *Probare, Explorare.* Hinc explicat quidam: חנווני מקנה מרותיו פעמיי בשב׳ וממחה משקלותיו פעם אחר בשבת Tabernarius abstergit singulis septimanis bis suas mensuras, & examinat pondera sua semel, in Bava bathra cap. 5. in Misna. Glossa Talmudica autem exponit per מקנה Abstergit, à variis scil. humoribus, qui ei adhærere solent, ex significatione hujus radicis secunda. וממחה אם נמצא שם עצם Et probat utrum inveniat ibi os (mortui,) Oholoth cap. 18. Bartenora explicat, עושהו רקדק בידו Facit illum (pulverem) subtilem manu suâ, minutim, accuratè explorat eum. Hinc est,

מוּמְחֶה *Probatus, Excellens*: רופא מומחה Medicus probatus, exercitatus. Dicitur etiam de judicibus, שופט מומחה: Sic, שוחט מומחה Lanius probatus, hoc est, בקי בדיני חמומין Bechor. cap. 4. in Misna. מומחה בית דין Probatus à domo judicii: אלא אם כן מומחה הוא Nisi probatus vel summè excellens sit, R. Salom. Jud. 18. 22.

מַחָא · מְחָא · מחתא *Deletio, Ictus, Plaga, Percussio*: וּמְחָנוּן מַחְתָא רַבָּא Et percussit eos plagâ magnâ, Jos. 10. 10. וּמַחְתָא לֵית בָּךְ Et plaga non est in te, Hebr. מום macula, Cantic. 4. 6. מְחָא כְּמַחַת מִדְיָן Plagam sicut plagam Midianitarum, Jesa. 10. 26. כְּמְחָא מַרְסְסָא Sicut plaga ulcerosa, Jesa. 1. v. 6. הַכְמַחְתָא דַהֲוָה מָחֵי מְחוֹהִי Numquid juxta plagam, quâ ipse percutiebat, percussit eum? Jesa. 27. 8. *Constr.* וּמְחַת פֻּגְווֹהִי Et ictum tormentorum ejus, Ezech. 26. v. 9. *Aff.* מְמַרְעָא מַחְתִי Ægra est plaga mea, Jerem. 10. 19. וּמַחְתִי תַקִיפָא Et plaga mea est vehemens, Jerem. 15. 18. מַחְתָךְ Plaga tua, Jere. 30. v. 12. וּמְרַע מַחְתֵיהּ יַסֵי Et infirmitatem plagæ ejus sanabit, Jesa. 30. 26. *Plural.* וְיַפְרֵישׁ יְיָ מַחְתָךְ וְיַת מְחַת בְּנָךְ מְחָן רַבְרְבָן Et mirabiles efficiet Dominus plagas tuas, & plagas filiorum tuorum, plagas maximas, Deuter. 28. 59. מַחְתָא דְאַרְעָא Plagas terræ, Deut. 29. 21. וּמַחְוָתָא בְּגוֹ דְכְרִיסָא Et plagæ in medium ventris ejus, Prov. 20. 30. *Cum Aff.* וּמִמַּחְתָךְ אַסֵינָךְ Et à plagis tuis sanabo te, Jerem. 30. 17. עַל מַחְתֵיהוֹן Ad plagas eorum, Psal. 64. 8. *Et aliter,* מַחְתִין Deut. 28. 59. in Jon.

מַחְתָא *Textura.* In Aruch est מְחִיתָא: unde, חדא מחיתא מחתינהו Unâ texturâ texui illã, Schab. fol. 148. 1.

מַחֲוָתָא Legitur in Psalterio Nebiens. Psal. 104. v. 17. sed omnino mendosum est, pro Hebræo חֲסִידָה Ciconia, positum. Veneta habent וְתָא. Regia, וְתַיָא חִיוָרִיתָא Milvus albus. Fortè legendum, דַיְתָא חִיוָרִיתָא Milvus albus, quod pro חֲסִידָה Ciconia, extat in Jonathane, & T. Hier. Deut. 14. 18. Aliâs וְתָא reperitur etiam in T. H. Deut. 14. 13. pro Hebræo רָאָה, quod Cornicem, non Ciconiam significat.

* מחו Unde מחה, quod vide in חח.

מְחַט

Emungere. Vide supr. in מחט. In Aruch adducitur Verbum pro *Abortire*, ex Jelammedenu; שוורים ופרות שלהם מתעברות ויולדות בלא צער ולא היתה אחת מהן מוחטרת Boves & vaccæ ipsorum ingravidantur & pariunt absque dolore, neque fuit una ex ipsis quæ abortiverit, juxta illud: *Bos ejus iniit, &c.* Jobi 21. 10.

מחך

Hinc מְחוֹךְ *Cingula pendula vel bullata muliebris, Hebraicè* כּוּמָז Exod. 35. 22. *Plural.* מְחוֹכִין in Jonathane, *& emph.* וּמְחוֹכַיָא מִבֵּית תַּדְיָהֵן Et pectoralia è loco mammarum, Num. 31. 50. in Jonath. *Hinc videtur,* מחוך *esse Ornamentum pectoris circa mammas. Elias putat fuisse Ornamentum ad Comprimendas mammas. Nam Targum Hierosolymitanum habet* מְעוֹכַיָא*, à Radice* מְעַךְ *Comprimere mammas.*

מַחְכַיָא *Acus, Aciaria, Fibulæ à figendo*, Jesa. 3. 22. pro Hebræo חֲרִיטִים. *Posset referri ad* חכך.

מְחַל

Condonare, Remittere culpam, Ignoscere, Propitium esse. Verbum est Rabbinis tritissimum: Rambam in Hilchos חובל ומזיק cap. 5. Vetitum est ei, qui læsus est ab alio, crudelis erga ipsum esse, ולא ימחול & non condonare ei: sed posteaquam veniam ab ipso lædens petierit, & supplex ipsi factus fuerit primâ & secundâ vice, ita ut certò sciat, quòd ipsum pœniteat, ימחול לו tum condonabit ei: וכל המסהר למחול הרי הוא משובח ורוח חכמים נוחה הימנו *Nam qui festinat condonare, is laudem meretur, &c.* הרב המוחל על כבודו כבודו מחול אבל המלך המוחל על כבודו אין כבודו מחול Rabbi cõdonans honorẽ suum (læsum) honor ejus condonatus est: at rex condonans honorem suum, honor ejus condonatus non est. In precibus obvium, מְחַל לָנוּ Condona nobis.

מחילה *Remissio, Condonatio, Venia*: מחילת העון Condonatio iniquitatis: Hinc, אלו לא היתה חמאת המעילה לא נודעת מעלת המחילה *Nisi esset peccatum prævaricationis, non nota esset præstantia*

glantia conlonationis. Elegans paranomasia in & מחילה.

מחלוי Vide in חלל.

מחל *Locus remissus & vacuus:* מחול הכרם Locus vacuus vineæ, in quo nullæ vites sunt, de quo disputatur, an & quatenus seri debeat aliquo semine? Kilaim cap. 4. Item R.Eliesser in: עתיד הקב״ה לעשות מחול לצדיקים והוא יושב ביניהם בגן עדן וכל אחד ואחד מראה באצבעו ואומר Futurum est, ut Deus sanctus benedictus paret locum vacuum justis, Deo ipso inter ipsos consi[dente] in paradiso, & unusquisq; digito suo mon[strans] (Deum) dicet, *Ecce iste est Deus noster, in [quem] speravimus, & servavit nos, &c.* Jesa.25.9. in [fine] Taanijoth. Explicatur in glossa סביב Circuitus. Possit referri ad חלל.

Deinde מחל *est Infundere, Miscere, idem quod* מזג: ut, מחל ושותה Infundit & bibit, Demai cap. ult. Alii legunt מיחל Incipit & bibit. Alii מוהל.

מוהל *Liquor, Humor fæculentus, Turbida & nigra aqua, quæ egreditur ex prælo in principio pressionis olivarum:* והמוחל היוצא מהן טהור, Taharoth cap.9. in initio: נפל לתוכו יין ומוחל ושנו את מראיו פסול Si inciderit in eam vinum & fæculenta aqua olivarum, ita ut mutet colorem, impura est, Mikvaoth cap.7. מוחל היוצא מעקל בית הבד Humor olivarum egrediens ex corbe colatorio torcularis, Schab. fol.144. 2. In Aruch hoc loco scribitur מיהל: sed in Gemara per ו, & sic quoque scribitur in Aruch in radice נצל, ex Nasir fol.50.col.1. At ibi in Gemara מוהל, quomodo Judæi semper legunt & pronunciant, non cum ה.

מחלץ Vide in חלץ.

מחס Quæ in Aruch ex hac forma adducuntur, non extant hodie in nostris libris.

מחסיא *Urbis nomen in Babylonia, & præcedit* מתא *Urbs,* מתא מחסיא *Urbs Mechasia. Aliâs* סורא *Sora vocatur & celebrem habuit Academiam.* Inde illud, אקילקי דמתא מחסיא ולא אפדני דפומבדיתא *In fimo urbis Mechasia* (melius est habitare) *quàm in palatiis urbis Pombeditæ*, Kerith. fol.6. col.1 Vide פמב.

מחץ *Frangere, Perfringere,* Hebr.

מחץ *Vas magnum, cujus usus in torcularibus:* בשולי המחץ In fundo vasis, Parah cap.5. אם היה דולף במחץ Si fuerit stillans in cupam, Taharos in fine. הגת המחץ והמשפך Torcular, Tina, & colum, Avoda sara fol.74. Bartenora & Aruch scribunt, esse Vas testaceum, quod Arabicè dicitur אלמטגיר.

מחיצה Vide in חוץ.

מחק *Radere, Abradere, Delere, Expungere. Futurum,* וימחוק למיא מריריא Et delebit aquis amaris istis, Numer.5.23. pro Hebr. מחה. *Apud Rabbinos tritissimum est, tam de scriptura, quàm de mensuris, quarum accumulatio radendo detrahitur:* המוחק על מנת לכתוב Qui delet eâ conditione ut scribat: נייר מחק Chartam abrasit: אחאב היה מוחק האזכרות Achab delevit nomina Dei. Hoc usu numquam usurpant verbum מחה. Item, אין מוחקין במקום שגודשין Non abradunt (mensuram) in loco ubi coacervant vel accumulant, Bava basra, fol.89.1. מדות מחוקות או גדושות Mensuræ rasæ vel cumulatæ: הממחק את הכרישה Qui abradit gramen, hoc est, qui manu suâ rorem ab eo aufert & detergit, Machschir. cap.1.

מחק *Rasura, Rasio, Expunctio.* Talmudicè מחקא. *Hinc in Targum,* בגדישותא ובמחקא In accumulatione aut abrasione mensuræ, Levit.19.35. in Jon.

מחיקה *Idem.*

מחוק *Hostorium, lignum quo mensuræ cumulatæ raduntur & superfluum dejicitur,* Kelim cap.17.

מחר מחר *Cras, Crastinum, Posterum tempus:* חגא קדם יי מחר Festum est Domino cras, Exod.32.5. ישאלון בניכון מחר Rogabunt filii vestri cras, id est, in posterum, Jos.4.6. ביומא דלמחר Die crastino, Prov.27.1. Compositum יומאחרא Vide in יום.

מטא *Advenire, Pervenire, Supervenire, Pertingere, Contingere, Hebr.* הגיע. *Præteritum,* וזמנא מטא Et tempus advenit, Dan.7.v.22. וכד מטא סדור עולמתא ועולמתא Et cùm advenisset ordo uniuscujusque puellæ, Esth.2.12. *Fæmin.* די מטת Quod superventurum est, Dan.4.21. *Et in Pathach,* רבת ומטת לשמיא Crescebat & pertingebat ad cœlum, v.20. ורבני מלכא מטו Et proceres regis adveniebant, Esth.6.14. והוה כד מטינא Et fuit cùm pervenissemus, Genes.43.20. in Jon. *Particip.* כמטי לגרר Pertingens Geraram usque, Gen.10.19. דמטי להון ביש Ad quos pervenit, quibus evenit malum, Eccles.8. v.14. *Plural* מטין למעלני מותא Pertingunt ad portas mortis, Psalm. 107.18. *Fæmin.* אין את מטיא לכחמן מלכותא An tu perventura sis ad possessionem regni, Esth. 4. 14. *Futur.* ורישיה לעננין ימטי Et caput ejus ad nubes usque pertingeret, Jobi 20.6. אימתי ימטי ירח עבורא Quãdo adveniet mensis proventus, Amos 8.v.5. ארום כדון תמטי עלך Cùm nunc pertingit ad te, Jobi 4.5. לותיה לא ימטון Ad ipsum non pertingent, Psal.32.6. וימטון עלך שנין Et perveniant ad te anni, Eccles.12.1. *Aphel,* אמטי *Pervenire fecit, Applicavit, Admovit. Præterit.* אמטי לארעא Pervenire fecit, deturbavit in terram, Thren.2.2. ארי אמטיתני עד הלכא Quod pervenire fecisti me hucusque, 2.Sam.7.18. ואמטיאו ליה ית דמא Et applicaverunt

plicaverunt filii Israël ei sanguinem, Levit.9.12. *Particip.* ופומיה ממטי לירה Et os ejus pervenire facit, adducit eum ad contentionem, Prov.18.6. *Futur.* יִרְמֵי יַמְטֵי לְאַרְעָא Dejiciet pervenire faciet in terram, Jesa.25.12. ut paulò antè ex Thr.2.2. יַמְטְנָה עַד עַפְרָא Pervenire faciet eam usq; in pulverem, Jesa.26 5. *Ithpehal,* אתמטי *Ire, Abire. Futurum,* וַאֲנָא אֶתמְטֵי עַד כָּא Et ego ibo illuc, Hebr. אִקָּרֶה Numer.23.15. ונתמְטֵי עַד גִּבְעָתָא Et perveniemus Gibeam usque, Hebr. וְעָבַרְנוּ, Judic.19.12. אִתוּ וְנִתמְטֵי עַד חָזְיָא Venite & eamus ad videntem, Hebr. וְנֵלְכָה, 1.Sam.9.9. עַד דְּנִתמְטֵי לְוָתְכוֹן Donec perveniamus ad vos, 1.Sam.14.9. *In proverbialibus sententiis Ben Syræ,* טב לבישא לא תעביד ובישא לא ממי לך *Bonum malo ne exhibeas, & malum non continget tibi.* Nec cuilibet benefaciendũ, nec quodvis beneficium præstandũ quibusvis: דרי ואמטי בהדן דרא ואמטי בהדיהו Porta & accede ad nos, portavit & accessit ad eos, & ivit cum ipsis, Bava kama 117.1. במטון · מטון id est, ברגעות, in Zohar frequenter.

Deinde est *Maturescere apud Talmudicos:* Rabbi vidit quendam virum בנקיט תאיני שביק הנך דמטו ושקיל הנך דלא מטו colligentem ficus, qui reliquit eas quæ erant maturæ, & accepit eas quæ non erant maturæ, Glossa מטו, id est, נתבשלו, Chagiga fol.5.1.

מָטוּ *Obsecratio, Petitio. Usurpatur plerumque cũ præfixa Præpositione* ב: ut, בְּמָטוּ מִנָּךְ רִבּוֹנִי Cum petitione à te mi Domine, id est, *Quæso, Obsecrò* Domine, Hebr. בִּי אֲדֹנִי, Genes.43.19. in Jonath. & 44.18. & Exod.32.v.31. pro quo aliâs בְּבָעוּ מִנָּךְ *Talmudicis familiarissimum est, ex quibus apparet, esse per apocopam pro* מְטוּת, sicut & בָּעוּת: *unde,* בְּמָטוּתָא מִנָּךְ *sensu eodem. Esset ergo verbum* מְטָה, *quod & sic videtur usurpari.* At Psal. 72.12. legitur, *Liberabit pauperem* דְּבָעֵי מָטוּ *qui petit veniam, remissionem;* modò sic interpretari illic liceat. Regia, *Inclinationem.*

אִמְטוּ *Propter. Idem quod* אֲמְטוּל, Vajikra rab. sect.27.

מטח *Coxendix, propriè coxæ pars superior:* In Gemara, ונגרריה שיתין זמני אהאי מטחתיה וס׳ זמנין להאי מטחתיה Et volvet illud sexaginta vicibus in hanc coxam, & totidem in alteram, Gittin fol.69.2.

מטט מִיטָטוֹר *Metator. Latinum videtur esse:* ולא עוד במדבר אני הולך לפניהם מיטטור Neque hoc tantùm; sed & in deserto ego ivi ante ipsos (velut) metator; Tanchuma, Parascha כי תשא circa finem. Citat etiã Baal Aruch ex Num. 22.36. è Medrasch quodam, שלח מיטטרין לפניו Qui misit metatores ante se. Sed in Tanchuma, Jalkut & Beres. rabba pro eo est שלוחין *Legatos. Erunt ergo synonima.* Ambrosius Hexaem. lib. 5. cap.10. *Metatores itinera disponunt.* Gloss. Isid. *Metatores mansionum præparatores.*

מְטַטְרוֹן *Metatron. Nomen Angeli cujus passim mentio apud Rabbinos.* In Targum Jonathanis; *Et cultum exhibuit Enoch Domino in veritate, & ecce non fuit amplius cum habitatoribus terræ, quia abreptus fuit, & ascendit in cœlum in verbo Domini, & vocatum fuit nomen ejus* מִיטַטְרוֹן *Metatron* סַפְרָא רַבָּא *Scriba magnus,* Genes.5.24. Idem citatur ex Medrasch Ruth in Zohar fol.181. in marginali nota. Vide Jevam. fol.16.2. & Cholin fol.60. Tosephos, ubi disputatur, An Metatron sit Enoch, an verò sit שר העולם Princeps mundi (Angelus sic appellatus?) R. Levi scribit Prov.1.8. ad illud; *Ne deseras legem matris tuæ: Matris,* id est, השכל הפועל *Intellectus operantis, per cujus medium obtingit prophetia, &c. ideoq; vocarunt illum Rabbini p.m. Metatron, quod est in lingua Romana sive Latina* אם *Mater.* R.Salomon in illud, *Nam nomen meum in medio ejus est, Exod.23.v.21. scribit: Rabbini nostri inquiunt, Ille est Metatron, cujus nomen est sicut nomen Doctoris sui, nẽpe Dei* שדי *Omnipotentis. Nam* שדי *Gematricè 314. totidem* מטטרון. Idem in libro Jalkut in hunc locum, & apud complures alios. Patres hujus traditionis sunt Talmudici in Sanhedrin cap.4.fol.38.2. Hi ulterius respexisse videntur, ad Angelum nempe non creatum, (nulli enim hoc competit) sed increatum, Messiam nempe, sive Christum. In R.Bechai in locum Exodi legitur: *Metatron nominatur, quòd in hoc nomine comprehenduntur duo significata, nempe* ארון *Dominus, &* שליח *Nuncius, Legatus.* Domini *significatum, ex sermone Rabbinorum, qui Heram sive Heronam dominatricem vocant* מטרונה *Matronam. Legati, ex sermone Græcorum, qui vocant Legatum* מנטטור (si rectè conjicio, respicit ad μηνυτὴς Nuncius, Nunciator, quod poëtice dicitur μηνύτωρ.) *Immò etiam tertia potest in eo esse significatio Custodiæ sive custodis. Nam Targum pro Hebræo* משמרת *habet* מַטְּרָת *Custodia,* à נְטַר. *Et quia custodit mundum, appellatur* שומר ישראל *Custos Israëlis. Ex his etymologiis patet, quòd ipse est Dominus omnium quæ sub eo sunt, & quòd omnis exercitus superiorum & inferiorum in potestate ejus sunt, & sub ejus manu. Est & nuncius omniũ qui supra eum & sub eo sunt, quia fecit eum dominari super omnia, & posuit eum dominum domus suæ & dominatorem omnium suorum. Est autem tibi observandum, quòd ratione significati Dominii,* ט *in eo duplicatum est, & duo* ט *faciunt* 18. id est, חי: *iis sublatis remanet* מרון, *quod idem quod* מָרָא, id est, ארון *Dominus.* Hactenus ille. *Est ergo secundum Hebræos triplex, aut quadruplex etymologia, quarum*

tamen

… nulla forsan est solida. Omninò enim videtur ex origine præcedentis vocis מיטטור Metator … Metator, Legatus Dei. Hinc in Beres. rabbah … 5. hæc vox מיטטרון eodem sensu legitur, … præcedens מיטטור, quæ purè Latina: נעשה קולו של הקב״ה מיטטרון למשה: בשעה שאמר לו עלה … הר העברים נעשה קולו של הקב״ה מיטטרון על … ההר קולו … Id est, Vox Domini facta est … Mosis eo tempore quo dixit ei, Ascende in montem Abarim, Deut. 32. 49. Vox Domini facta … super aquis, sicut dicitur, Vox Domini super aquas, Psalm. 29. Glossa, מנהיג ומקדים לפניו … & præcedens eum; quod est officium … torum. Porrò Elias adducit in Tisbi, hunc … lum vocari שר הפנים Principem facierum, … Deo semper præsens sit, in ejus facie constitutus, … mandata ejus suscipiens, Obrister Cammerer/ … warter. Talmudici scribunt porrò, דאתיהיבא ליה רשותא למיתב למיכתב זכותא … quod data sit ei potestas, ut sedeat & conscribat merita Israëlitarum: rursus quoque ei sit potestas למימחק … delere merita ipsorum, Chagiga fol. 15. col. 1. Hinc vocatur Cancellarius cœlestis. Cabalistæ scribunt, רבו של משה מטטרון Præceptor Mosis fuit Metatron, ut docet Reuchlinus lib 1. Cabalæ. In libro Zeror hammor, cujus author R Abraham Hispanus, litera מ 2. col. 3. dicitur, Nomen Mosis abbreviatè idem esse, quod מ׳טטרון ש׳ר ה׳גדול & adjectum, והוא שר, &c. In libro Zorobabelis: אני הוא מטטרון שר הפנים ומיכאל שמי Ego sum Metatron princeps facierum, & Michael est nomen meum.

מטך מְטַכְסָא Μέταξα, Metaxa, Sericum, Ornatus sericus: חַבְלֵי מְטַכְסִין Funes serici, Esth. 1. v. 6. מטכסין … Sericum portas, Beres. rabba sect. 40. Glossa משי מובחר Sericum præstantissimum. Legitur & in Bava kama fol. 117. 2. ubi Glossa, תכשיט משי Ornamentum sericum.

Deinde, מטכסא Medium, ex Græco Μεταξύ: ואקמון על מטכסא … Et constituerunt eos in medio civitatis, Beresch. rabba sect. 63. Aruch citat … in מטס, sed non explicavit, neque intellexit. Glossa rectè; Juxta sensum ejus expositio est באמצע In medio. Malè alii explicant Palatium.

מַס · מַסָּא · מְסוּ pro מְסוּרת *Coagulum*: unde, הקערה שהיא מלאה חלב עד שלא מסו בתוכה החלב רופף כשינתן לתוכה מסו הרי החלב קופא ועומד id eſt, Scutella plena lacte, quamdiu non injicitur ipſi coagulum, lac movetur: quum autem imponitur ipſi coagulum, lac coagulatur & ſubſiſtit: Atque illud eſt, quod Job dixit cap.10.10. *Nónne ſicut lac fudiſti me, & tamquam caſeum coagulaſti me*: Bereſch. rab. ſect.14. Uterus muliebris eſt plenus ſanguine, cui ſi incidit טפה של לבנות guttula albedinis (id eſt, ſeminis virilis albi, quod eſt inſtar coaguli) ſtatim coagulatur, & inde formatur homo. Et alibi: Simile eſt lacti in vaſe עד שלא תרד לתוכו טיפה אחרת של מסו הוא מרפף in quod dum non deſcendit guttula una coaguli, commovetur & liquidum eſt: ſic concutiuntur cœli, & ſtant quando ניתן בהם את המסו inditur ipſis coagulum, Bereſ. rab. ſect.4. Gloſſa: מסו res eſt quâ faciunt conſiſtere lac ut coaguletur, id eſt, coagulum, ſic dictum, quia liquefaciendo partitur & ſeparat aquas lactis à puro lacte & caſeo, tamquam materia craſsiore.

מַסָּס · מְסוּסָא · הַמַּסָּס · הַמְסִיסָא *Stomachus beſtiarum, quia liquefacit, conſumit & concoquit cibum*. Quod קורקבן Ingluvies eſt in avibus, id המסס eſt in beſtiis, Cholin cap.3. initio in Miſchna. Videatur Aben Eſra & R. Salom. Eccleſ.12.3. ad בִּשְׁפַל קוֹל הַטַּחֲנָה ubi Aben Eſra, הוא הקרב העליון הוא המסס שהוא טוחן המאכל Eſt inteſtinum ſupremum, ſcil. המסס, quod commolit cibum. R.Salom. eſt קורקבן והמסס. Medraſch Tillim Pſal.103. ab initio, Vajikra rabba fol.168.col.2. ubi plurium viſcerum nomina reperiuntur. In Bereſ. rabba ſect.13. & Medraſch Koheleth cap.1.v.7. eodem ſenſu legitur מסוסא. Convenit Latinum *Omaſum*.

מססטולא *Simpulum, vel Situla, nomen vaſis cujuſdam*. In Talm. Hieroſol. Nedar. cap.3. Dixit R. Juda Bar Piſsi, אנא חמית משך חיויי עבר עורי על תומני מססטולא Vidi ego cutem ſerpentis, quæ ſufficiebat obducendis octo ſimpulis. In Schevuoth cap.3. legitur מסוסטלא. Gloſſator ſcribit; הוא כמין ספל גדול *Eſt ſpecies ſimpuli cujuſdam magni quod exuviis ſerpentis obducunt ornatus causâ. Sic videri poſsit eſſe à Latino* Situla, *unde etiam infrà vide* סטלא. *Eſt vox peregrina & Græca procul dubio, quæ ad* σύλη, *vel* σύλα *fortè quoque referri poſsit*.

מסף מסיפס *Paries perforatus, plenus feneſtris*: Apud Talmudicos; מחלוקת בכסיפס Controverſia

...ersia est de מסיפס Erubh. fol.72.col.1. Basr. ... 15 fol.70.2. In Jalkut Exodi fol.113.2. ex ...doth, כמין מסיפסין הוי עשוית Sicut paries ...tus erant facta.

מסופוטמיא *Mesopotamia*, Ber.rab.sect.44.

מסק *Destringere, Decerpere olivas*: מוסק *Stri-ctor*: כמוסק זיתים Sicut destringens oli...egaim cap.2. אחר שנמסקו הזיתים Postquam ...ctæ sunt olivæ. At מָלְקָט *Legulus*, oleas ...saut decussas colligens. *Verbum de oliva-...lectione proprium, ut* בצר *de uvis*, ארה *de fi-...* קצר *de frugibus*, גדר *de dactylis*.

מסיקה *Destrictio olivarum, quam possesso-...rum faciunt: quam pauperes, ea dicitur* ניקוף ...in נקף.

מסקין *Prædones, Raptores, Oppressores*, אנוסים ...glossam: גזלוה מסקין Rapuerint eum præ-...ones. Bavakama fol.116.2. In Talm.Hierosol. ...hab. cap.16. in fine explicatur per גזלנים. *In ...argum*, ירתון יתהון מסיקא Possidebūt ea oppres-...res, prædones, Deut.28.42. T.Hierosol.

מוסקן *Mosschus*, vide infrà in משק.

מסר *Prodere, Dedere, Tradere. Respondet He-braïs* נתן · סגר · הסגיר & נכר, אנה, *quando ...n Nomine* יד *usurpantur, pro Dare, vel Conclude-re in manum vel potestatem alicujus. Primùm itaq. ...tur de Rebus vel Personis, quæ propriè de manu ...ius in manum alterius traduntur: Secundò de Do-...rina, consiliis, secretis, unius fidei propriis, quæ expo-...untur ac divulgantur aliis. Præter.* מְסַר יְתֵיהּ Tradidit eum Dominus in manum meam, Hebr. ...1.Sam.23.7. דמסר ית גבריא Qui tradidit viros ...ios, 2.Sam.18.28. דמסרך בידי Qui tradidit te in ...manum meam, 1.Sam.24.v.11. דְּמַסְרַנִי יְהוָה בִּידָךְ Quod tradidit me Dominus in manum tuam, 1.Sam.24.19. וְלָא מְסַרְתַּנִי Et non tradidisti me, Hebr. הסגרתני Psal.31.9. *Benoni*, הָא אֲנָא מָסַר לֵיהּ בידך Ecce ego trado eum in manum tuam, 1.Re-gum 20.13. *Partic. Pehil plurale*, מְסִירִין Traditi, Num.3.9. *Infinitivus*, אִם מִמְסַר תִּמְסַר Si traden-do tradideris populum hunc in manum meam, Num.21.3. לְמִמְסַר לַאֲדוֹם Ad tradendum Edo-...aelis, Amos 1.6. לְמִמְסְרֵיהּ בִּידָךְ Ad tradendum eum in manum tuam, Deuter.2.30. *Futurum*, וְאֶמְסַר קַרְתָּא Et tradam civitatem, Amos 6.v.8. וְאֶמְסְרִנֵּיהּ בִּידָךְ Et tradam eum in manum tuam, Judic.4.7. לָא תִמְסַר עֲבַד עַמְמִין Ne tradas servum populorum in manus Domini sui, Deut.23.15. וְנִמְסְרִנָּךְ בִּידֵיהוֹן Et trademus te in manus ipsorum, Judic.15.v.13. *Ithpehal Præteritum*, אִתְמְסַר לְמֵיעַל Traditus est ad ingrediēdum in urbem, 1.Sam. 23.7. אִתְמְסַר לִידֵיהּ Traditus est in manum ejus, Hebr. אנה. דְּלָא אִתְמְסַר Occurrere fecit, Exo.21.13. לְבְנֵי אֱנָשָׁא Quia non traditū, indicatum est filiis hominum, Eccles.5.19. בַּר אִתְמְסַרַת בִּידֵי נְבוּכַדְנֶצַּר Cùm traderetur in manus Nebucadnezaris, Thren.1.19. וְאִתְמְסַרוּ עַמִּי Et traditi sunt populus meus, Ezech.34.8. *Particip.* דְּמִתְמַסְרִין לְמִיתוּתָא Qui traduntur in mortem, Psal.79.11. *Infinitiv.* לְאִתְמְסָרָא לְגֵהִנָּם Ad tradendum gehennæ, Jesa. 33.14. Ezech.21.11. *Futurum*, בְּכֵן יִתְמַסְרוּן לְעַמְמַיָּא Idcirco tradentur gentibus, Jesa.28.13. יִתְמַסְרוּן לְבָזוּזִין Tradentur raptoribus, Job.12.6.

Altero modo apud Rabbinos sumitur; ut in illo in principio Pirke avos: Moses accepit Legem (id est, oralem & secretam Legis scriptæ explicationem) de monte Sinai, & tradidit eam (וּמְסָרָהּ) Josuæ, &c.

מוסר *Traditor, Proditor, qui prodit & tradit aliquid quod prius proprium unius, vel alterius juris & potestatis fuit, in manum & potestatem alienam; ut hominem, urbem, & alias quaslibet res: item qui secreta & unius fidei propria, divulgat & refert aliis. Sic Judæi Apostatam suæ gentis, qui fidem Christianam amplectitur, vocant* Moser, *Proditorem, quia secreta fidei ipsorum Christianis plerumq. prodit: aut qui quemlibet suum proximum prodit. Pluraliter formâ fœmininâ*, המינים והמוסרות Hæretici & proditores, & Epicuræi, & socii sive similes ipsorum, descendunt in infernum, Rosch haschana fol.17. col.1. Scribitur ibi literis transpositis, המסורות, quod pravum videtur, Glossa R.Salomonis, המוסרות id est, מלשינים Accusatores, Calumniatores, traditores, שמוסרים qui tradunt pecunias Israëlitarum in manus alienigenarum sive Christianorum. Sic tamen etiam legitur in Talm.Hierosol. Peah cap.1. Vetitum est docere liberos linguâ Græcam מפני המסורות Propter proditores, vel proditiones, hoc est, ne calumnientur & prodant, ac nemo sit qui intelligat. Rambam in הלכות תשובה cap.3. scribit, שנים הם המוסרין Duo sunt Proditores; Qui tradit socium suum in manus Cutheorum, ad occidendum vel ad percutiendum: & Qui tradit facultates socii sui in manum Cutheorum, aut cujuspiam prædonis, qui Cutheo similis est. Et ambobus istis nulla pars est in seculo venturo.

מוסירה *Capistrum, Vinculum capitis, quod mulis, jumentis, bobus, equis, & aliis animalibus adhibetur ne fugiant, Para cap.2. Talmudici dictum volunt à verbo* מסר *Tradere*: Hinc, לא תפים כמוסירה Non apprehendit capistrū: מאי לשון מוסירא אסתברא לי: Quid significat *Moserah*? כאדם המוסר דבר לחבירו Ut mihi videtur, est sicut homo hammoser qui tradit aliquid socio suo, id est, *dicitur sic à* מסר, *à Tradendo*, Metzia fol.8.2. *Ego potius deductum puto à verbo* אסר *Vincire, Ligare*.

מְסוֹרְתָא · מָסוֹרֶת · מָסוֹרָה *Traditio: Traditio est manualis vel oralis.* Utraque forma Nominis apud Rabbinos frequens est & irregularis. Item *Masora, Critice Hebræorum sacra circa textum Sacrum.* Vide Tiberiad. nost. cap.1. *In Targum,* מְמְסוֹרְתָא דַאֲבָהָתְהוֹן A'traditione patrum suorum, Jobi 15.18. *Rab.* היה הדבר במסורת ביד משה Fuit res illa traditio in manu Mosis, hoc est, custodiebat eam in corde suo, Schem.rab.sect.43.

Secundò מַסַר *Serrare, Secare, Dissecare ferrâ. Particip.* מְמַסְּרָן בִּמְסָרִין Serratis cum serris, 1.Reg. 7.9. Idem quod נָסַר.

מְסַר · מְסָרָא · מַסְרָא *Serra:* אִם יִתְרַבְרַב מַסְרָא An extollet se serra, Jesa.10.v.15. *Plurale,* וּמְסַר יַתְהוֹן בִּמְסָרִין Et tradidit eos in serras, Heb. וַיָּשֶׂם בַּמְּגֵרָה, 2.Sam.12.31. Vide præterea in סור.

מַסְרֵית Vide in מרת.

מִיסְּרְתָא Vide in אסר.

מסרדי *Nomen festi cujusdam gentilium.* Sic legit Aruch. In nostris libris legitur מוטרדי, Avoda sara fol.11.2.

מסת, מַסַּתָא & מִסְתָּא *Sufficientia, Satis, Sufficiens, Abundans: Liberalis, Liberalitas. Pro Hebræo* דַּי *sæpè in Targum ponitur:* ut, עַד דְּתֵימְרוּן מִסַּת Donec dicatis, Satis, Hebr. עַד בְּלִי דָי, Mal.3.10. כְּמִסַּת יְדָא דְמַלְכָּא Juxta liberalitatem facultatis Regiæ, Esth.1.7. מִסַּת חֲזֵינָא Satis vidimus, Jesa 66.24. Quis poterit ferre בְּמִסַּת חוּךְ דֵּין abundantem risum hunc? Esth.1.18. כְּמִסַּת אִמְּרָא Juxta sufficientem agnū, Lev.5.7. כְּמִסַּת חֶסְרוֹנֵיהּ Juxta sufficientiam defectus ejus, Deut.15.8. דְּלָא אָמְרָן מִסְתָּא Quæ non dicūt, satis est, Prov.30.15. Hebr. הוֹן. *Aff.* חַבִּילוּ מִסַּתְהוֹן Perdiderunt sufficientiam suam, Jerem 49 9. עַד דִּגְנְבוּ מִסַּתְהוֹן Donec furati sūnt sufficientiam suam, Obad.5. זוּנֵי לַחְמָא דְמִסְתִּי Cibato me pane sufficientiæ meæ, Proverb.30.8. pro Hebræo חֻקִּי Statuti, demensi mei. *Altera forma* מִסְתְּיָא *legitur in Targum,* Jobi 6.7. *Apud Rabbinos,* in Medrasch Koheleth cap. 4.v.6. מתלא אמר לא מיסתיה מובד דידיה אלא דאחרונין מובד דידיה ולא דידיה Proverbium dicit; *Cui non sufficit perdere suū. sed & aliorum, is perdit suum & alienum.* Ego puto depravatum esse hoc proverbium, & sensum esse; *Qui non contentus est suis, sed mutuo accipit etiam ab aliis, is perdit tum sua tum aliena.* Nam in Vajikra rab. sect.3. ita exprimitur: דיזיף ברביתיה מאבד דיליה ודלא דיליה. Legerim ergo; לא מסתייה דידיה אלא מוזיף דאחרונין מובד דידיה ודלא דידיה: *Apud Talmud.* חלמא בישא מסתייה עציבותיה חלמא טבא חדויה מסתייה *Somnio malo sufficit dolor ipsius, & somnio bono sufficit gaudiū ipsius,* (quo scil. somnians in somno afficitur) Berach.fol.55.1.

מַסְתּוּ Vide de eo in שפה.

מַסּוּתָא *Balneum.* Vide in סחא.

מוסתקי *Ficus compressæ, Massa ficuum, idem scil. quod* קְצִיעוֹת, *vel Vas ruptum aut confractum, secundum authorem Aruch.* Legitur in Beza fol.33.2. R.Salomonis glossa hoc loco est: חבית מוסתקי est שבורה: *Vas confractum, cujus fragmenta conglutinantur cum resina arboris* שף *appellatæ, ex qua conficiunt picem quæ vocatur Resina, & odorem habet thuris. In lingua Arabica vocant eam* מוסתקי, *& conglutinant eâ scutellas testaceas ruptas. Ita retulit mihi R.Samuel cognomento Sanctus.* Hæc R.Salomon. Si Picis vel Resinæ nomen est, posset fortè intelligi *Mastiche,* vel quædam ejus species, ob vocum affinitatem. In margine Aruch Manuscripti notatum reperi: מוסתקי זפת לבנה שקורין הארץ בלשון אשכנז hoc est, מוסתקי *est Pix alba, quam vocant Hartz in lingua Germanica.*

מסתורין Μυστήριον, *Mysteriū, Arcanum, Secretum:* מסתורין זה אני מגלה לך Mysteriū hoc ego revelo tibi, Psal.9. in Medr. *Sæpius scribitur cum Teth.* ורבותינו ז״ל גילו בכאן מסתורים גדולים Et Rabbini nostri p.m. revelarunt hîc mysteria magna. *Est ergo & sing. & plur.* Vide supr. quoq; in מסט.

מעא, מָעָה · מְעָא *Obolus, Numulus, Pecunia. Respondet Hebræis* גֵּרָה & אֲגוֹרָה, *qua Obolus redduntur. Gerah* sedecim grana hordei pendebat; totidem *Meah* vel *Maa. Siclus* viginti geras sive Mahin, Levit.27.25. Vide ibi R.Salomonem. Valuit quasi dimidium bazium. Rambam cap.4. Maaser scheni: Sela continet quatuor דינרים seu denarios: דינר Dinarius, sex מעין Main: מעה quatuor Issarim, id est אסרים. Vide Waserum de Numis Hebr. lib. 2. cap.19. & Kidduschin fol.12.1. Bechor.fol.50.1. *In Targum,* לִמְעָא דִכְסַף Pro obolo argenteo, Hebr. לַאֲגוֹרַת, 1.Sam.2.36. *Plurale,* עַסְרִין מָעִין Viginti obolos, Hebr. גֵּרָה, Exod.30.13. Et, וּמָעַיָּא דִצְדָקְתָא Et pecunias eleemosynæ, Esth.9.22. *Apud Rabbinos,* מעות רעות Oboli mali, id est, pecuniæ, מעות היפות Oboli pulchri, boni. Item, לעולם ישלש אדם מעותיו שליש בקרקע שליש בפרקמטיא שליש תחת ידו *Semper homo tertiet,* id est, *in tres partes dividat obolos suos: tertiam in fundum: tertiam in negotiationem: tertiam retineat in manu sua.*

מְעָא *Venter:* וַלְדֵי מְעָא Fructus ventris, Psal. 127.v.4. *Plurale,* מְעִין *Viscera, Intestina, Venter:* וְעַל וְלַד מְעִין לָא יְרַחֲמוּן Et super nato ventris non miserebuntur, Jesa.13.18. Et, מִן מְעִין A' ventre, Hebr. מֵרֶחֶם Ab utero, Psal.58.4. *Emph.* בִּמְעַיָּא דְנוּנָא In visceribus piscis, Jon.2.1. מִמְּעַיָּא דְאִמִּי Ex visceribus matris meæ, Psalm.71.6. *Aff.* מְעַי מְעַי כָּאֲבִין לִי Viscera mea, viscera mea dolent mihi, Jerem.4.19. וּשְׁפַךְ מְעוֹהִי לְאַרְעָא Et effudit viscera sua in terram, 2.Sam.20.v.10. וּמְעֵיהוֹן לָא יִמְלוֹן Et viscera ipsorum non implebuntur, Ezech.7.19.

Apud

[..] *Rabbinos*, בְּנֵי מֵעַיִם Inteſtina: Unde, היין [..] קשה לבני מעים Vinum moleſtum eſt viſceribus, [..]ach.51.1. מעים קטנים Inteſtina tenuia, [..] Inteſtina craſſa: חולי מעים *Dolor inteſtinorum, Dolor colicus, Colica*: המורים הראשונים היו [..] מתייסרין לפני מיתתן בחולי מעים בעשרה או עשרים יום [..] בשביל למרק את הכל כדי שיבאו זכאין לעתיד לבא *Sancti [..] pſi correpti fuerunt ante mortem ſuam dolore [..] per decem aut viginti dies, ut ſic omnia abſter[..], & mundi venirent in alteram vitam*, Ju[..] fol.47.2. Ibidem: Tres non vident [..]gehennæ, דקדוקי עניות וחולי מעים והרשות [..]ma pauper ta[..], dolor colicus, & Magiſtra[..]: quidam exponunt vocem רשות per [..]: alii, שיש עליו חובות cui ſunt debita mul[..]. Extat in Talm. Erubhin cap.4. in princip. [..] Tres moriuntur, dum adhuc loquuntur, [..] ſuprà in הדר, in הדרוקן.

מְעַיְנָא *Idem*: במעיינא דאמידה In ventre matris [..], Cantic.7.2. ממעינא מבריסא אמי, Ab utero, à [..] matris meæ, Pſal.22.11. in Venetis. In Re[..] omiſſum eſt. *Cum Aff.* מְעַיְנָא Venter no[..], Pſal.44.26.

[..]. In Aruch in אמפריון & in Vajikra rab[..] ſect.17. legitur, האשה הזאת טוה מעה אחת דקה [..] Mulier hæc nevit netum vel fi[..] unum tenue, & filum unum craſſum. Pro [..] in Medraſch Tillim legitur ממורה.

מָעַד Hebr. *Vacillavit.* Hinc, רַגְלָא מועדא Pes luxatus, Prov.25.19. Aliâs ſemper אורעית pro eo uſurpatur.

Apud Talmudicos: שני דודאי תאנים מועדים לפני [..] Duæ ollæ ficuum quæ diſpoſitæ erant coram Templo Domini, Gloſſa מוכנים Erubh. fol.21.1.

[..] מעד Vide in יעד.

מְעַט *Paucum, Parum eſſe vel fieri, Minui, Minutum eſſe. Hithpahel* הִתְמַעֵט, & Talm. [..] *Diminui, Subtrahi, Detrahi*: משללה אימעיט De ſpolio ipſorum ſubtrahitur. ממועט · מועט Diminutum.

מיעוט *Paucitas, Parvitas, Raritas*: *Minor vel minima alicujus rei pars. Oppoſitum ejus eſt* רוב, *vel* [..]. Talm. אזול בתר מיעוטא Sequitur raritatem, id quod rariùs fit vel accidit, Jevam fol.119.col.1. אם שחט מיעוט הסימנין Si mactaverit minorem tantùm ſignorũ partem, Ramb. in הלכות שחיטה cap.3.

מעט *Parum*: עַל מְעַט *Rarò.*

מְעַן Vide in עִנְיָן.

מָעַךְ *Comprimere. Verbum venereum de libidinoſa compreſſione mammarum*: ואותו מקום [..] [..] loci, ut loquuntur honeſtatis causâ: Unde apud Talmudicos, תמר באצבע מיעכה Tamaram digito compreſſerat, in iſto ſcil. loco, ad promovendam libidinem & conceptum. Nam vulgaris ſententia Rabbinorum, אין אשה מתעברת בביאה ראשונה *Mulier non fit gravida acceſſu virili primo.* Id autem Tamaræ contigit: unde dicũt, iſtam præcedentem compreſſionem fuiſſe loco primi cõgreſſus, Jevammos fol.34.2. מפני שמיער לה בין דדיה פסלה לכהונה Propterea quòd compreſſerat mammas, inepta erat ad ſacerdotium, ut ſcil. nuberet ſacerdoti. *Et latiùs, ut Hebr.* וְמָעוּךְ Et qui compreſſus eſt, Hebr. מָעוּךְ Levit.22.24. in Jonath.

מָעוּךְ *Ornamentum pectoris muliebre, ad Comprimendas mammas, ut Elias cenſet*: וּמְעָכָא בֵּן בֵּי תַּרְיָהֶן: Et monilia de medio uberum ipſarum, Num.31. 50. in Targ.Hieroſol. *Eſt pro Hebræo* כּוּמָז, *quod Cingulam pendulam quidam vertunt: alii aliter. Onkelos ſcribit* מַחוֹךְ, *& ſic in Jonathane, qui addit ſuiſſe Ornamentum pectoris circa mammas muliebres.* Vide ſupra מחך.

מְעִיכָה *Compreſſio uberum*: מעיכת השדים הוא מדרך זנות Compreſſio uberum eſt modus ſcortationis, R.David, Ezech.23.3.

מָעַל *Prævaricari. Hebr. Pravè, falsò agere.* Majemon; הנהנה מקרבנות יי׳ מעל Qui fructum capit ex oblationibus Domini, is dicitur מָעַל Prævaricari, perfidè agere. Quæ enim Dei ſunt, transfert in uſum ſuum. Et R. Salomon Levit.5.v.15. ſcribit; Non eſt מְעִילָה Prævaricatio in ullo loco aliud quid, quàm שינוי Mutatio, &c.

מעילה *Prævaricatio, Falſitas, Falſa, prava actio*: קָרְבַּן מְעִילָה *Oblatio pro prævaricatione.* Sic dicebatur transgreſſio mactationis pravæ animaliũ ad ſacrificia ſacra; quando ſc. quis non ſuo loco, tempore, & debito modo mactaret, is dicibatur מָעַל *Pravè, falsò mactaſſe*: *& pravitas iſta* מְעִילָה *Falſitas*, quæ oblatione pecuniariâ expiabatur. Item ſi quis ex iſtis ſacrificiis uſum fructum aliquem privatim & clanculum caperet, is dicebatur commiſiſſe מְעִילָה. De his peculiaris liber Talmudicus eſt, nomine מְעִילָה.

מעיל · מְעִילָא *Pallium, Tunica*: וּמְעִיל זְעִיר Et pallium parvum, 1.Sam.2.19. מעילא דאפודא Pallium Ephodi, Exod.28.31. *Aff.* ובזע יַת מְעִילֵיהּ Et laceravit pallium ſuum, Jobi 1.20. *Plurale*, וְיַעְדוֹן יַת מְעִילֵיהוֹן Et removebunt pallia ſua, Ezech.16. v.26.

מְעוּלָא Pravè ſic legitur in Venetis, Prov.31. 16. pro מְעִילָא, ut eſt in עוּל.

* מעין מען, Vide in עין.

* מעט מעיטה Vide ſuprà in חליטה.

מָעַר *Adhærere, Cohærere*: unde מעורה · מעורות מְעוֹרִין. Vide in עָרָה.

מַפָּא, מַפָּה *Mappa, Mantile:* מקנח ידו במפה Abstergit manum suam mappâ, Berachoth cap.8. פורס עליו מפה Expandit super eo mappam & consecrat. *Pluraliter* מַפּוֹת *Mappæ. Sic vocant etiam Lintea, circumvoluta libro Legis sacro in synagogis.*

מפס מפים *Memphis, civitas Ægypti ad Nilum, Hebraicè* נוף *Noph*, Jesa.19.13. Jerem.2.16. *Sic Græci* μέμφις. Hodie vocatur *Kayr vel Alkair*; à quibusdam *Babylon nova*: ab incolis *Messer*. Non procul ab hac urbe superius est *Messer hadir, Alkair antiqua.* Viginti mille Ecclesias habet, ut est in Itinerario Hierosolymitano.

מפץ מפוץ *Matta, Storea, Teges, idem quod* מחצלת, Meila, cap.4.

* מופת מפרת Vide in יפת.

מְצָא *Invenire, ut Hebraice: item Satis esse, Sufficere. Sæpè apud Rabbinos commutat formã cum Quiescentibus tertiâ* ה: *unde,* מָצִינוּ *Invenimus:* דָּבָר מָצוּי *Res frequens*, quæ frequenter invenitur & accidit: מעות מצויות *Pecuniæ inventæ*, id est, *præsentes*, Bargelt/ vel Sufficientes.

Secundò, מְצָא מְצֵי *Posse*: לא מצי ברו Non potest cibare: אם תמצי לומר Si potes dicere. Sic juxta quosdam, איש אשר מָצָא Quilibet quod potest, Num.31.50. Sic Jud.17.8. Vide & 1.Sam.10.7. Jobi 32 3.

Tertiò, נִמְצָא *Invenire, Existere, Esse.* Sic Heb. בְּכֹל אֲשֶׁר יִמָּצֵא לוֹ In omni quod presto est ei, Deuter.21.17. *Participialiter* נִמְצָא *Ens, Existens, Præsens.* Sic apud Davidem, נִמְצָא מְאֹד *Præsens valdè, Præsentissimum*, Psal.46.2. *Huc referri potest ex Targum,* ואִתְמְצִי Extitit, Superfuit, Jobi 4.12. quod Regia reddunt Redundavit. Vide infra in מצה. *Apud Rabbinos,* אי אפשר לעמוד בפני עצמו בלתי נמצא אחר Impossibile est subsistere per se sine existente alio: כל הנמצאים שבעולם הם נקשרים זה בזה אי אפשר לתמצא מצוי שלם בלתי חבירו כמו שאי אפשר שתמצא יד או רגל מתנועע בפני עצמו בלתי שאר אברי הגוף כמו שהוא שלם id est, Omnia existentia quæ sunt in mundo, colligata sunt unum alteri, impossibile est, ut existat ens perfectum absque socio suo, sicut impossibile est, ut existat manus aut pes sese movens per se, sine reliquis membris corporis, cùm est perfectum, scribit R.Bechai Gen.1. In precatione prima libri precum Judaicarum: יגדל אלהים חי וישתבח נמצא ואין עת אל מציאותו Magnificetur Deus vivus, & laudetur Existens, cujus non est tempus (ullum) existentiæ ejus. Item, הבורא נמצא מציאות נמורה Creator Deus existit existentiâ perfectissimâ. In Physica R.Aben Tybbon: הנמצאים כולם יחלקו לשני מינים מהם נמצאים שאינם גשם ולא כח בגשם והם הבורא יתב׳ והשכלים הנפרדים ומהם נמצאים שהם גשמיים

id est, Entia omnia (quæ sunt) dividuntur in duas species: quædam sunt, quæ non sunt corpus (incorporea:) quædã sunt corporea. Apud Grammaticos est, *Persona secunda:* המדבר אל הנמצא Loquitur ad præsentem: כ׳ף תנמצא Kaph personæ secundæ, pronomen scilicet affixum. *Hiphil* הִמְצִיא *Existere fecit, Produxit in actum, Fecit ut præstò & præsens esset:* [illegible]בה ברא זה העולם והמציאו מן האפס המוחלט ואין הגמור Deus eclogi[illegible] creavit hunc mundum, fecitq; eum existere ex nihilo simplicissimo, & nihilo perfectissimo. מַמְצִיא *Existere faciens, Creator.*

מָצוּי Rab. *Ens, Existens:* כל מצוי בפני עצמו הוא מצוי בכוח Omne ens per se est ens potestate, מצוי בפעל Ens actu, מצוי שלם Ens perfectum. Item, *Inventus, Præsens, Frequens, ut suprà in Verbo.*

מציאות מְצִיאָה *Inventio, Res inventa:* Item, *Præsentia, Existentia, Entitas, Esse:* ישות וְהַמְּצִיאוּת הָאֲמִתִּית Essentia, & Existentia vera: הבורא הוא עילת מציאות כל נמצאים Deus creator est causa existentiæ omnium entium.

הַמְצָאוּת · הַמְצָאָה *Productio.*

תְּמְצִית *Substantia:* תמצית הדבר Substantia, Summa rei. Vide R.Salom. Deut.12.24. ubi ad hæc verba, לא תאכלנו *Non comedes eum* (scil. sanguinem:) scribit; אזהרה לדם התמצית Cautela est de sanguine substantiali, (id est, de sanguine ex integro animali.)

Quartò, אִתְמְצִי *Exprimi*, ut Hebr. נִמְצָה. Vide infrà מצה.

מצב מצוביתא. In Gemara, מאי בקירוס אמר רב מצוביתא, Schab. fol.105.1. De קירוס vide suo loco. Hoc explicatur in Aruch parvo, כלים שאורגים אותן מן הסיב Vestimenta contexta ex musco.

מצג מְצוּג *Propago vitis:* תְּלָתֵי מְצוּגַיָּא Tres propagines, Gen.40 10. in Jon.

מצר מְצָרָא *Emph.* מְצָרְתָא *Munitio, Arx:* דְּבְנָא מְצָרְתָא דְצִיּוֹן Qui exstruxit arcem Tzijonis, Cantic.7.4. בִּמְצָרְתָא עֵין גֶּדִי In arce Engedi, 1.Sam.24.1. Sic cap. 23.14.19. & alibi. *Plurale,* בִּמְצָרָתָא In munitionibus, Ezech.33.22. *Et masculinè,* בִּמְצָרַיָּא In munitiones, Ezech.19.9. *Constr.* בִּמְצָרֵי טוּרַיָּא In arcibus montium, Ezech.7.6.

מְצוֹר · מְצוֹרָא · מצורא *Idem. Plural.* מְצוֹדִין רַבְרְבִין Munitiones multæ, Eccles.9.14. *Plur.* וּמְצָרָתָא יִתְאַחֲדָן Et munitiones capientur, Jer.48.41. Vide & צור. Et, וְיָת מצורתא Et munitiones, Judic.6.2.

מְצָה *Premere, Exprimere,* Hebr. מָצָה. *Ithpehal Præter.* ראתמצי מניה Quod expressum fuit inde, Jobi 4.15. Hebr. שֶׁמֶץ Aliquid, particulam. Videtur id paraphrastes legisse שֶׁמֶץ Quod expressum. *Futurum,* וְיִתְמְצֵי דְמֵיהּ Et exprimetur sanguis ejus, Hebr. וְנִמְצָה Levit.1.15.

יתמצי

יִתְמְצֵי לִיסוֹדָא דְמַדְבְּחָא Exprimetur ad fundamentum altaris, Lev.5.9.

מְצוּ Corium, Pellis non aptata, Talm. Vide ... Fortasse ad aliam Radicem pertinet.

כי תמציות In Mikvaoth cap.1. Explicatur, מים שלא פסקו כל זמן שהגשמים יורדים Aquæ quæ non deficiunt, quamdiu pluviæ descendunt.

מצח מִצְחָא *Frons:* וְטָבַע אַבְנָא בְּמִצְחֵיהּ Et impegit lapidem in frontem ejus, Genes.4.8. Jonathane.

מצטר מִיצְטְרָא *Cochleare*; vel pluraliter, *Cochlearia.* In Vajikra rabba sect.33. legitur ab ... : מות וחיים ביד לשון תרגום עקילס מיצטרא מכירין : id est, *Mors & vita sunt in manu linguæ*, Prov.18.21. transfertur ab Aquila (Græco interprete) מיצטרא מכירין id est, *Cochleare & culter vel gladius sunt in manu linguæ.* Sic scribit Aruch; תרווד h.e. *Cochleare* vocatur in lingua Græca מיצטרא, & ... sive *Culter* מכירין. *Hoc notum est esse Græcum μάχαιρα vel μαχαιρίς. Illud nonnihil obscurius. Est autem Græcum μύστρον Mystrum, Panis excavatus ad hauriendum pulmentum sive jus, Cochleare: item Mensura duo Cochlearia continens.* Vide Appendicem Henrici Stephani. Sensus ergo est, Aquilam transferre מות וחיים in illo loco Proverbiorum 18.v.21. μύστρα καὶ μαχαίραι *Cochlearia & cultri sunt in manu linguæ. Cochlearia* id est הַיִּים *Vita*; quia cochleari sumimus cibum, quo vita nostra conservatur. *Cultri*, id est מָוֶת *Mors*; quia Culter, sive Gladius est instrumentum occidendi. Sic lingua est instrumentum vitæ & mortis. Eadem hæc leguntur in Jalkut Psal. fol.107.4. In Aruch manuscripto מיצטרא explicatur, כלי זיין Armorum genus. Malè: ut ex adducta etymologia liquet.

מצל מְצִלָא *Furca dentata*, Hebraicè קִלְשׁוֹן, 1.Sam.13.v.21.

מְצַע *Medium, Intermedium, idem quod Hebraicè* קֶרֶב · תּוֹךְ, *quibus in Targum respondet:* בִּמְצַע זִמְנָיךְ In medio temporum tuorũ, Ps.74.4. לָא יְתִיב בִּמְצַע בֵּית מַקְדְּשִׁי Non sedebit in domo sanctuarii mei, Psal.101.7. *Aff.* בִּמְצִיעֵיכִי יְרוּשְׁלֵם In medio tui Jerusalem, Psal.116.18.

אֶמְצַע *Idem:* בְּאֶמְצַע כַּרְמַיָא In medio vinearum, Num.22.24. in Targ. Hieros.

מְצִיעָא *Idem:* וּפְסַק יָתְהוֹן בִּמְצִיעָא Et divisit eos per medium, Gen.15.10. in Jon. וְקַרְתָּא בִּמְצִיעָא Et urbem per medium, Num.35.5. ubi Jonathan בִּמְצִיעָא, quæ antecedentis est forma emphatica. *Aff.* בִּמְצִיעֵיהוֹן Per medium illorum, Jobi 15.19. *Fœmin.* מְחִיצְתָא מְצִיעָתָא Paries medius, 1.Reg.6.6. *Plur.* וּמִמְצִיעָתָא Et ex medianis, Ezech.4.25.

מְצִעוּת · מְצִיעוּת *Medietas, Medium:* בִּמְצִיעוּת מַיָא In medio aquarum, Genes.1.6. בִּמְצִיעוּת לִבְּבִי In medio cordis mei, Psalm.36.3. בִּמְצִיעוּת הֵיכְלָךְ In medio palatii tui, Psalm.48.v.10. דִּי בִּמְצִיעוּת גִּנְתָא Quæ est in medio horti, Genes.3.v.3. כְּבַת גַּלְגַּל דִּמְצִיעוּת עֵינָא Sicut pupillam, quæ est medietas oculi, Psalm.17.v.8.

מְצִיעַאי *Medius, Medianus: emphat.* עַבְרָא מְצִיעָאָה Transtillum medianum, Exod.26.v.28. Hebr. תִּיכוֹן. *Plurale per Apocopam*, יָת תְּרֵין עַמּוּדֵי מְצִיעָאֵי Duas columnas medianas, Judic.16.29. *Fœminin.* וִיתִיבוּ בְּתַרְעָא מְצִיעִיתָא Et sederunt in porta media, Jerem.39.3. בְּאוֹרַח מְצִיעִיתָא Per viam medianam, 1.Reg.6.8.

מְצִעָיָא *Idem:* מִסְכֵּינָא וְגַבְרָא מְצִעָיָא Pauper & vir medius, id est, mediocris fortunæ homo, Proverb.29.13.

אֶמְצַע · אֶמְצָעוּת *Medium*, apud Rabbinos usitatissimum.

אֶמְצָעִי *Medius, Mediator. Fœm.* אֶמְצָעִית.

מְצוּע *Medietas, Centrum:* דְאִשְׁתְּנַק בִּמְצוּעֵיהּ Qui suffocatus est in medio ejus, Jobi 7.12. *Apud Rab.* כמו שהטבור באדם הוא מיצוע הגוף כן נקרא מיצוע הארץ Quemadmodum umbilicus in homine est medium (centrum) corporis, sic etiam vocatur (טבור) centrum terræ.

מְצַע *Mediare, In medio se ponere, Per medium transire.*

הִתְמַצַּע *Mediari, Per medium dividi vel distingui. Talmud.* שלשה אין כמצעין ולא מתמצעין ואלו הן הכלב והדקל והאשה *Tria non mediant neque mediantur, nempe, Canis, Palma, & Mulier*, Pesach. fol.111.1. *Non mediant*, id est, non sistent se, vel transibunt in medio duorum virorum. *Non mediantur*, id est, unus homo non sistet se inter duo istorum. Unus canis non stabit vel ibit inter duos viros, nec unus vir inter duos canes. Sic mulier. Palma una inter duas alias arbores, aut una arbor aliena inter duas palmas non crescit.

* מצף Pro *Effundere* hîc ponunt: radix est צוף.

מְצַץ *Exsugere, Exprimere. Particip. præsens:* דִּמְמַצְּצָא דְּמֵיהוֹן דִּבְנֵי נָשָׁא Quæ exsugit sanguinem hominum, Psal.12.9. Et, מַן דִּמְיַצָּא חֲלָבָא Ea quæ exprimit lac, Proverb.30.v.33. *Pahel, Futurum*, יְמַצּוּן יִשְׁתּוּן Exprimet, Ebibent, Psalm.75.v.9. *Apud Rabbinos*, מלין פורעין ומוצצין Circumcidunt, denudant, & exsugunt sanguinem: מפני שהוא מוצצת Eo quòd ipsa exsugit: אחרי שימוץ הארבה הלחות Posteaquam exsuxerit locusta humorem, Joel.1.7. in Kimchio.

מְצַר מְצָרָא *Ponticulus, Lignum quo transitur fluvius*, item *Funis, vel sustentaculum ligno isti adhibitum:* ut, אירמי ליה שטן כאיתתא בהאי גיסא דנהרא לא הוה מברא שקל מצרא וקא עבר כי מטא פלגא מצרא שבקיה Apparebat ipsi Satan in specie mulieris cis fluvium, ubi non erat trajectus. Apprehendit

hendit ergo funem & transivit. Cùm perveniret ad medium funis, deseruit ipsum, scil. concupiscentia mulieris, &c. Kiddusch. folio 81.1. Glossa: מברא pro מעברא Trajectus, naves trajicientes, transvehentes ipsum, מברא id est חבל Funis extensus ab una ripa fluminis ad alteram, & continebant se eo ad transeundum per asserem strictum, extensum per latitudinem fluminis. Item, רקא בתרי עברי נהר' והוא דליכא גמלא והוא דליכא מברא Qui stabat ad duos trajectus fluminis, ubi non erat pons, neque asser, neque funis, Moed katon fol.6.2. Glossa, גשר Pons ex pluribus asseribus: גמלא Pons ex uno assere: מצרא Ponticulus arctior, ex assere uno vel levi ligno, quod transire nemo potest sine sustentaculo adjuncti ligni vel funis: היכי עבדת אמר אנחי ידאי אמיצרא Quomodo fecisti? respondit: Sustentavi manus meas ad funem, scil. ponticulo adjunctum, Bava basra 167.1. Hinc fortè, חבל המצרי Funis pontanus, Sota cap.1. in Mischna. Sed alibi exponitur *Funis vimineus*, ex vimine factus, ut sunt vites agrestes & similia, quæ in longitudinem flexilem & tenacem excrescunt. Alii exponunt *Funis Ægyptius*. Vide Talm. Hierosol. Meliùs, *Funis parvus, subtilis*, à צור.

מצר *Terminus, Finis, Limes*: סוף מצר ארץ בני עמון Finis termini terræ filiorum Ammon: שם היה מצר ממשלת Ibi erat terminus dominii Sichoris, R. Sal. Jos.11.12. in princ. *Hinc quidam exponunt*, בין הַמְּצָרִים Inter terminos, Thr.1.3. ut paraphrastes Chaldæus, כַּד הִיא מִתְחַבְּאָה בֵּין תְּחוּמַיָּא Cùm esset abscondita inter terminos. Sic quoque Aben Esra. המענג את השבת נותנין לו נחלה בלא מצרים *Qui delicatè celebrat Sabbathum, dant ei possessionem sine terminis*, i.e. immensam, infinitam, Schab. fol.118.1. שדה המסוימת במצריה Ager signatus in quatuor terminis suis, Bava bath.54.1.

מֶצֶר *Idem*: היה לשדה הנמכר ארבע מצרנים מד' רוחותיו יד כולם שוה בה Si ager venditus habeat quatuor terminos, in quatuor plagis suis, tum manus omnium æqualis est in eo, &c. Schylchan aruch par. Chosen hammischpat fol.72. col.3. בני מצרני Qui terminos agrorum habent: דינא דבר מיצרא Metzia fol.108.2. *In Targum Jonathæ*, לִמְצָרֵי תְּחוּמְהָא Juxta limites terminorum suorum, Num.34.12.

מִצְרָנִי · מִצְרָן *Confinis, Confine. Fœmin.* מצרנית, More in præf.

מצרנות *Terminatio, Positio terminorum.*

מצרי *Vimineum*: בפיפה מצרית Corbis viminea, facta ex virgultis salicis, Bas.22.1.

מקד מוקדן *Macedo*: unde, אלכסנדרוס מוקדן Alexander Macedo, rex Macedonum. *Plurale*, בְּמוּקְדוֹנִין וְדַהֲבָא In Macedoniis (vestibus) auri, id est, vestibus ex auro Macedonio contextis, Esth.8.15.

מַקְדוּנְיָא *Macedonia*, Gen.10.2. in Jon. & T. H. כְּלִילָא רַבָּא דְדַהֲבָא מוקדוניא Catena magna auri Macedonici, Esth.6.10. in Targ. sec.

מוֹקְרָא *Cerebrum*, Deut.28.28. Vide in יקר.

* מֶקַח *Emptio*. Vide in לקח.

מקט מַקְטוּרֶן *Genus vestimenti. Baal Aruch vocat Hebraicè* מְעִיל, *& Arabicè* ברנס, *ac sic describit; Habere* בית ראש *id est, capitium sive cucullum, quo se obtegat homo, ligulas item & fibulas quibus connectatur.* Videtur intelligi *Cucullus* vel, *Cucullio. Hinc in Compendio Aruch explicatur* מעיל או כסות הראש, *&* *vernaculè*, קוגלא, *quod puto esse Cuculla.* Legitur in Schab. fol.120.1. ubi inter octodecim vestimenta sacra numeratur. Et cum Affixo in Avoda sara folio 58.2. ארמקטורך עלך זיל הדר Dum vestimentum tuum adhuc tibi adhæret, revertere, id est, sine mora revertere, dum adhuc vestimentis tuis es indutus, neque vel ad quiescendum ex itinere morare. *Hinc videtur fuisse Vestimentum quoddam viatorium.*

מַקֵּל *Baculus*, Hebr. *Sic apud Talmudicos*, מקל של זקנים Baculus senum, Schabbas fol.66. מקל שיש לו בית קבול Baculus qui habet receptaculum, in quem aliquid recondi, reponi potest, Kelim cap.17.

מקילון · מְקִילִין · מְקוּלִין *Macellum, locus ubi carnes appenduntur & venduntur. Apud Talmudicos*, ראה ששוקלין בשרו במקולין Vidit quòd appenderent carnes ejus in macello, Menach. fol.29.2. Pro שוקלין in Aruch legitur חותבין Discinderent: dicitur id de R. Akibha, quem quidam Historici scribunt in vinculis mortuum esse, sed juxta hunc locum potiùs post expugnationem Bither fidiculis excarnificatus est. Vide amplius in Talmud. Observavit Scaliger in Canonibus Isagogicis fol. 216. מקולין וטבחי ישראל Macella, sed laniones Israëlitæ, Cholin fol.95.1. *In Bereschith rabba sect. 86. scribitur cum* י *in medio, quod propiùs accedit ad veram vocis formam*, לפרה שהיו מושכין אותה למקילין ולא היתה נמשכת Simile hoc est vaccæ quam traxerunt in macellum, sed non fuit extracta: *In Talm. Hieros. Chagiga cap.1. melius*, מקילין. Vox Latina est, quâ etiam Apostolus Paulus usus est in Ep.1. ad Corinth. cap.10.25. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον *Quicquid in macello venditur, edite.* Annotant interpretes illic, etiam apud Plutarchũ reperiri, qui explicet κρεωπώλιον *Carnium officina, domus in qua venduntur carnes.* Sed & Syrus interpres reddit illic בְּמַקְלִין In macello. Latini latiùs eo usi sunt: unde apud Cicer. in lib. de Divin. *Putarem annonam in macello cariorem fore.* Et apud Plautum, *Venio ad macellum,*

[...]tum, rogato pisces, indicant Caros. Erat ergo locus, in quo vendebantur, quæcunque vescendi causâ in urbem afferebantur, ὀψοπώλιον.

מקס מוקסא *Pallii aut togæ genus*: במוקסיהון Cum togis suis, Ber. rab. sect. 36.

מקק נמק Heb. *Liquescere, Dissolvi, Tabescere, Contabescere, Putrescere*, נימוק apud Talm. עד שימוק הבשר Donec contabescat vel liquescat caro, Nidda fol. 69. בכוריו נמקו נבזו נגנבו Primitiæ ejus si putrescant, diripiantur, furto auferantur, Biccur. fol. 84. *Ithpehal*, אתמקק *Sternutare*: ואתמקק על רביא Et sternutavit super puerum tribus vicibus, 1. Reg. 17. 21. in Regiis redditur, *Coarctavit se*: Hebraicè ויתמודד Et mensus est se, Expandit se. Sic potest etiam legi, ואתמקק רביא Et sternutavit puer septem vicibus, 2. Reg. 4. v. 35. pro quo Veneta habent ויתמורק, quod fortè est corruptum, Hebr. ויזורר, quod explicant Hebræi ונתעטש Et sternutavit, unde & זרירה Sternutationes, in Targum Veneto, Jobi 41. 9. Regia in posteriore loco Regum habent ex geminata primâ radicali ואתמקמק, quod interpres reddit, *Et oscitavit*.

מקמק *Debilitari, Infirmari: Dissolvi, Liquefieri, quæ duo sibi affinia sunt. Futur.* וגברא ימות ויתמקמק Homo moritur & debilis fit, Jobi 14. 10. per hypallagen, *Infirmatur & moritur*, Heb. ויחלש: vel, *Putrescit, dissolvitur in putredinem*. Item, כד הוו מתמקמקין מן כיב גזרתהום Cùm essent debiles propter dolorem circumcisionis, Gen. 34. 25. Item, יתמקמקון מרטבא Liquefient præ humore, Heb. ימיקו, Psal. 73. 8. unde videtur hoc geminatum à מוק vel מקק, sicut à כול dicitur בלבל. עד דיתמקמקון Donec contabescant, Deut. 31. 18. in Jon.

מקיקה *Liquefactio, Dissolutio, Tabes: Putredo.*

מקקא *Sternutatio.* Plurale cum Aff. מקקוהי Sternutationes ejus, Jobi 41. 9. in Regiis, ubi Veneta habent זרירוי, quam lectionem citat Kimchi, 2. Reg 4. 35.

מקק *Blatta*: מקק ספרים ומקק מטפחותיהם Tinea librorum & tinea tegumentorum ipsorum, Schabbas fol. 90. 1. Glossator, תולעין Vermes explicat, libros erodentes.

נמק *Dissolutum, Putor, Fætor putridus, Tabes.* Ad locum, *Pro aromate* מק *tabes*, Jesa. 3. 24. id est, locus, quo se odoratis aspergebant, נעשה נמקים נמקים fiet merus putor. Ex significatione, המק בשרו Tabefaciendo carnem ejus, Zach. 14. v. 12.

* מקר מוקרא Vide in יקר.

מקרולפרוס מקרוא לפרוס *Makrolaphros.* Nomen proprium Pumilionis, ex Græco μακρὸς Lõgus, & ἐλαφρὸς Levis, per antiphrasin Longus & celer. In Bereschit rabba sect. 65. Erat mulier quædam, cui erat בן ננס Nanus, Pumilio, & vocavit eum *Macrolaphros*, dicens: Filium meum Macrolaphros quare non annotatis in numerum virorum fortium? respondebant: Si ille in oculis tuis est Macrolaphros, in oculis nostris est ננס שבננסים pumilionum pumilissimus, nanorum brevissimus. Sic Esavum vocarunt parentes ejus גדול Magnum, quem Deus vocavit קטון Parvum.

מר In Talmud Hierosolymitano frequens est pro אמר *Dixit*, ablatâ gutturali: ut, מה דמר Quod dixit: אהן דהוה זבין הות מר Ille qui emit, dixit, &c. אית דמרין Sunt qui dicunt.

Deinde מר *Mutatio, Permutatio*: במר *In permutationem, Pro, Loco, Vice, à radice* מור, *& est idem quod aliâs* בחליף. *Apud Talmudicos*, תרנגולת טרפה הואי ויהבה ניהליה בבר דשחוטה Gallina discerpta fuit, & dedit eam ipsi pro mactata, Cholin folio 94. 1. Glossa explicat per בחלוף שחוטה, & בחזקת שחוטה. Huc pertinet; ההוא טבחא דהוה חשוד לזבוני תרבא דאטמא במר רבנתא Lanio quidam fuit, qui suspectus erat vendere adipem femoris (*qui immundus erat*) pro (*adipe*) intestinorum, Bechoroth fol. 30. c. 1. lin. 1. *Hoc exemplum adducit Aruch* מרבנתא, *quasi unam vocem, & ex eo Munsterus & Guido; sed malè, & cum inepta expositione; quia Aruch non intellexerunt, & Talmud non inspexerunt.* Adducitur in Tosephos aliud quoq; exemplum ex Bava kama fol. 113. sed non potui reperire.

Tertiò מרא · מרי · מר *Dominus. Vocabulum est Babylonicum, & pro Hebræo* בעל, *quandoque pro* ארון, *quandoque pro* איש *in Targum ponitur. Daniel Propheta cum* א *in fine eo usus est, quod Targumistæ communiter abjiciunt, & in medio sæpe illud assumunt, indicandæ vocalis longæ kametz causâ. Unde Elias miratur, quare illud quidam pronuncient quasi cum Cholem, ac si scriptum esset* מר *Mor. Id si rectum esset, inquit, deberet scribi cum inserto Vav* מור. *Atqui ista pronunciatio vocis* מר *non est O purum, sed kametz, cujus sonus crassus proximè accedit ad O, unde &, quæ Hebræi scribunt per Cholem, ea Chaldæi & Syri efferunt communiter per kametz; unde* קל קול · ראש ראש · פקר · פוקר *& millena alia. Babylonicum, id est, Chaldæum sive Syrum vocabulum esse, indicat Elias in suo Thisbi, dum scribit:* אמרו רז״ל כל רב ומר מבבל וכל רבי מארץ ישראל *Ajunt Rabbini nostri p.m. Omne Mor & Raf est ex Babylonia, & omne Ribbi est ex terra Israelis. Nempe, Babylonii Dominum vocabant* מר *Mor, & Doctorem* רב *Rof: Judæi autem in sua terra Doctorem appellarunt* רבי *Ribbi, quod hodierni Judæi pronunciant Rabbi. Apud Danielem in Babylonia scribentem,* ומרא מלכין Et Dominus regum, Dan. 2. v. 43. ועל מרא שמיא Et super dominum cælorum, cap. 5. 23.

cap.5.23. *Cum Affixo,* מְרָאִי Domine mi, Dan.4. v.16. in quo א juxta Masorethas redundat. *In Targum:* אִין מְרָא נַפְשָׁךְ אַתְּ Si Dominus animæ tuæ sis, Prov.23.2. hoc est, appetitui tuo deditus, gulæ: מָרֵי סִפְוָן Dominus labiorum, Eloquens, Orator, Jobi 11.2. מָרֵי דִינָא Dominus judicii, Jobi 19.29. הֵיךְ מָרֵי זְנוּ Sicut Dominorum scortationis, id est, Scortatorum, Jobi 36.v.14. לְוָת מָרֵי זְדוֹנָא Ad dominos superbos, Jobi 16.11. מָרֵי עֵצָתִי Domini consilii mei, Consiliarii mei, Psal.119.24. מָרֵי נִצְחָן Dominus victoriæ, victoriosus, Exo.15.3. וּמָרֵי מַלְכִין Et Dominus regum, Deut.10.17. מָרֵי עָלְמָא Dominus mundi, est epitheton Dei, Genes.14.13. in Jonath. Exod.12.11. Cant.2.13. Eccles.6.10. & 7.15. לְמָרֵי שְׁמַיָא Domino cælorum, Cantic.7.5. מָארֵי קְיָמֵיהּ Domini fæderis ejus, id est, confæderati, Gen.14.13. in Jonathane: מָרֵי חֶלְמַיָא דְכֵי Dominus somniorum iste, Gen.37.19. וְאִין מָרֵי אִנְתְּתָא Et si dominus uxoris sit, uxorem habeat, Exod.21.3. in Jonath. *Cum Aff.* רַב מָרַנָא Magnus est Dominus noster, Psal.147.5. וּמָרֵיהּ דְתוֹרָא Et Dominus, herus bovis, Exod.21.v.28. מָרֵי דְבֵיתָא Herus domesticus, Exod. 22.7. יְתִיב לְמָרוֹהִי Restituet domino ejus, Exod.21.34. *Apud Talmudicos,* מָרֵי דְעוּבְדָא *Opifex*, Schabbas fol.37.2. Cholin fol.110. Sic multi Rabbini vocantur, qui ab opificio ad Rabbinatum venerunt, veluti R. Isaac *nappacha* faber, R. Joseph *hassandalar* sutor, & alii. *Plur. ad formam Syram,* קָלָא דְמָרְוָתִי Vocem Doctorum meorum, Proverb.5.13. *Proverbium vulgare;* אָמְרֵי אִינָשֵׁי בָּכֵי לֵיהּ לְמָר דְלָא יָדַע חָיְכֵי לֵיהּ לְמָר דְלָא יָדַע וַי לֵיהּ לְמָר דְלָא יָדַע בֵּין טָב לְבִישׁ hoc est, Dicunt homines; *Sive fleant ei domino qui nescit, sive rideant ei domino qui nescit, væ ei domino qui nescit discernere inter bonum & malum*, Sanh. fol.103.1. Sensus est; Cū homine stolido nihil profici, sed perinde esse, sive quis mitiùs cum eo agat, & ei q. rideat, sive asperiùs in ipsum animadvertat. Quod ibi duob. exemplis illustratur; Achasi, cum quo iratè, & Amaziæ, cum quo blandè egerat Deus, sed frustrà cum utroque. Convenit illud Salom. Prov.29.9. *Vir sapiens si contendat cum stulto, sive irascatur, sive rideat, nulla erit requies* (vel, ut Chaldæus transfert, *Non frangetur stultitia ejus.*) Vide hîc R. Salom. Adducit hoc proverbium Drusius in Adagiis Hebraicis fol.105. sed sensum ejus non fuit assecutus. *Fœmininum,* מָרְתָא *Hera, Domina. Constr.* מָרַת בֵּיתָא Domina domus, hera domestica, 1.Reg.17.17. וַאֲמַרַת לְמָרְתַהּ Et dixit ad dominam ejus, 2.Reg.5. v.3. Hebr. אַמְתָא כְּמָרְתַהּ : אָל גְּבִרְתָּהּ Ancilla sicut domina ejus, Jesa.24.2. In Bereschith rabba sect.47. רבנן אמרי מרתא לבעלה Rabbini Babyloniæ heram vel dominam vocant *Marta.*

מָרְוָתָא · מָרְוָא *Dominium, Dominatus, Potestas: Tyrannis:* ut, וְשָׁלְטוֹן מְעִיק יִסְגֵּי מָרְוָא Et potestas prementis augebit dominatum, Jesa.28.v.20. אַסְגָּא מָרְוָא Auge dominatum, Nah.3.14. Regia, Cæmentum. *Emphat.* דֵין יְעָדֵי מָרְוָתָא מֵעַמִּי Iste removebit dominatum à populo meo, 1.Sam.9.17. *Construct.* וּמָרְוַת אֱנָשׁ תְּהֵי עֲלוֹהִי Et dominium ullius hominis non sit super ipsum, 1.Sam.1.vers.11. מִתְּחוֹת מָרְוַת מִצְרָאֵי A' dominio Ægyptiorum, Hebr. יַד Exod.18.10. מִנּוּ רְחוּק מָרְוַת מִצְרַיִם A' tyrannide dominii Ægyptiorum, Canticor.2.8. מָרְוַת מַלְכִין Dominium regum & dominatorum, Hos.8.10. *Cum Aff.* וּמָרְוָתֵיהּ תַּעְדֵּי מִנְּכוֹן Et dominatus ejus recedet à vobis, Jesa.10.vers.26.27. אַתְקֵפְתְּ מָרְוָתִיךְ לַחֲדָא Durum fecisti dominium tuum vehementer, Hebr. עֻלֵּךְ Jugum tuum, Jesa.47.6. Interpres Latinus in Targum vertit Subjectionem, quia illa præsupponit Dominium.

מָרְוָא *Hyssopus:* apud Talm. איתו לקמיה מרוא חיוורא אמר היינו אזוב Schab.109.2. Glossator exponit שלויא *Salvia.*

מָרָן *Dominus, idem quod* מָר, *cum* נ *formativo, ut & dicitur* רַבָּן *&* רַב. *Dicitur autem de politico & Ecclesiastico Domino, id est, Doctore excellente, reliquorum Sapientum capite. qui simul judicandi habet potestatem. Quidam volunt* ן *esse Pronomen affixum, pro, Dominus noster. Id negat Elias, inquiens, à* מָרָן *dicendum esse cum duplici Nun,* מָרָנָן *Dominus noster; nam sic Chaldæis* ן *est idem quod Hebræis* נוּ. *Est tamen etiam terminatio pluralis fœminina, quam masculinis sæpissimè tribuunt, ut & Hebræi, apud quos* אָב *Pater, plur.* אָבוֹת *Patres, Chaldaicè* אַב*, plur.* אֲבָהָן. *Pariter Rabbini dicunt* רַב *Magister, plur.* רַבּוֹתֵינוּ *Magistri nostri, pro quo Talmudicè* רַבָּנָן*, ut in* רבב *amplius dicetur. Posset & sic esse* מָרָנָן *Marani, Domini nostri. Fuit autem discrimen inter* מָר *sive* מָר *&* מָרָן. *Illud minoris dignitatis, hoc majoris & excellentioris.* Mar *de Dominis, Doctoribus, sapientibus, Magistris promiscuè.* Maran *de summo, qui præerat reliquis sapientibus, quem etiamnum hodie communes Rabbini vocant* מוֹרֵנוּ Morenu *(ut est in* ירה*) & Chald.* מָרָנָא וְרַבָּנָא*, ut legitur in titulo libri Aruch de patre R. Nathanis, authoris istius Lexici. Inde & Christus vocatus fuit per excellentiam* מָרָן *& emphaticè* מָרְיָא. *Sic de Deo,* מָרָן דְבִשְׁמַיָא *Dominus qui est in cælis, Dominus cælorum, Deus solium suum in cælis habens. Hinc vox ista Syra in Novo Testamento,* מָרָן אֲתָא Maranatha *Dominus venit,* 1.ad Cor.16.22. *quā extremum anathema indicabant, quo ex omni societate homo exclusus, & omnibus pœnis humanis major, committebatur judicio severissima anathematis*

divini

divini & exilio æterno, quasi dicere voluissent prisci illi pii: Veniat Dominus, & cum æterno exitio feriat: commissus sit ultimo Christi totius mundi judicis adventu, ut æternâ ipsius maledictione pereat. Post Christi servatoris nostri tempora, Talmudistæ alio nomine usi sunt, quod æquipollet, שַׁמְאָתָא *pro divisa* שֵׁם אָתָא *Deus venit. Nam* הַשֵּׁם *&* שם *dicunt pro tetragrammato divinissimo* יְהֹוָה. *Vide de eo amplius in* שמת.

Secundò מְרָא *Saginare, Pinguefacere, quovis modo: aut Pabulum in os ingerere: sunt enim Rabbinis diversa Saginandi verba:* ואין מאמירין את העגלין Neq; saginant vitulos, sc. die Sabbatho, Schab. folio 155. 2. in Misna: ממריאין pro מאמירין. Ponuntur illic plura verba, quæ Saginandi actum significant, בָּרָא · לָעַם · הִלְקִט · דָּרַס · אָבַס, quæ singula inter se differunt, ut in qualibet Radice traditur. Quidam exponunt, *In guttur ingerere, ut ejicere non possit.* Hinc מְרִיאִים Pinguia, Jesa. 1. 11. Amos 5. 22. Hebraicè.

מְרִיא *Bubalus, secundum Baal Aruch,* 2. Sam. 6. v. 13. in Heb.

הַמְרָאָה *Saginatio, quando pabulum vitulo in os ingeritur, ut illud ejicere amplius non possit:* הַלְעָטָה *simplex cibatio.* Kimchi in Rad. מרא. Vide Gemaram in Schab. fol. 155 2.

מָרָא *Marra, Ligo, instrumentum rusticum, Pala:* לא צריכא דבעי מרא וחצינא Eruvin fol. 77.2. Glossator Gallicè exponit פושייר. Alterum חצינא est Ascia, Securis, Dolabra. Sic, לא אמר אלא במרא ובחצינא וקרדום Non dixit nisi de marra, dolabra & ascia, Bava metzia fol. 82. 2. פנרא דמרא Manubrium ligonis, Bava kama fol. 27. 2. τὸ μάῤῥον. Gall. une Marre. Ital. Marra: ferrum ad exscindendas radices: דרא ציבי ומרא בחד כתפיה Portabat ligna & ligonem in humero uno, Taan. 23. 2. ומרא לקבורה Et palam ad sepulturam, Jalkut folio 5. 1.

מָרִיא *Dæmon, spiritus malignus.* plur. מְרִיאִים. Adducitur in Aruch ex Beresch. rabba sect. 7. sed ibi in editione Cracoviana legitur pro eo שֵׁדִים, quod Dæmones significat.

מרב מְרִיבָא *Lapidis pretiosi nomen,* Cant. 5. 14. Quidam *Onychem* explicant.

מְרַג *Propellere, Impellere. Præteritum,* אַמְרִי מְרַגוּהִי תוֹרַיָּא Nam propulerant eam boves, 2. Sam. 6. 6. pro Hebræo שָׁמְטוּ Declinaverant, vel Dimiserant, scil. eam arcam. Pro eodem hoc verbo, sed in Pahel, usurpatur 2. Reg. 9. v. 33. literis inversis מַגַר. Vide illic. *Ithpehal Futurum,* וְתִתְמְרַג יְדֵיהּ בְּבַרְזְלָא Et impellatur manus ejus in ferrum ad cædendum lignum, Hebr. וְנִדְּחָה, Deut. 19. 5.

מוֹרַג *Tribula, ut Hebraicè:* לְמוֹרַג חָקִיף In tribulam fortem, Jesa. 41. 15. *Plur.* לְמוֹרְגֵי בַּרְזְלָא Tribulis ferreis, Jesa. 28. 27. ומוֹרַגַיָּא Et tribulæ, 2. Sam. 24. 22.

מוֹרִינָא · מוֹרִיג *Palatum, Heb.* חֵךְ: ut, וּמוֹרִינָא מֵיכְלָא יִטְעַם לֵיהּ Et palatum cibum gustat sibi, Jobi 12. 11. *Aff.* מִלֵּי מוֹרִינֵהּ מְתִיקָן Verba palati ejus dulcia sunt, Cant. 5. 17. מַלִּילַת לִשָּׁנִי בְמוֹרִינִי Locuta est lingua mea in palato meo, Jobi 33. 2. quæ duo sunt pluralia: וְלִשָּׁנִי אַדְבִּיק לְמוֹרִינִי Et lingua mea adhæsit palato meo, Heb. מַלְקוֹחָי Psal. 22. v. 16. אִידְבַּק לִשָּׁן עוּלֵימָא לְמוֹרִינֵיהּ בְּצַחוּתָא Adhæret lingua pueri palato ejus præ siti, Thr. 4. 4.

מַרְגְּלָא · מַרְגַל *Margarita, Gemma, Unio, literis R & L commutatis:* לָא יַשְׁלְנָהּ מַרְגְּלָא יַרְקָא דְּאָתֵי מִכּוּשׁ Non æquabit eam margarita viridis quæ venit ex Æthiopia, Heb. פטרת כוש, Jobi 28. 19. Kimchi & alii quidam scribunt, פטרה esse Lapidem viridem, Smaragdum. In quem sensum in Venetis legitur יַרְקָא Viridis. Sic pro eodem in Onkelo יַרְקָתָא · יַרְקָן Exod. 28. 17. & 39. 10. (Malè ergo in Regiis יַקְרָא.) *Plurale masculinæ formæ,* אֲשַׁוֵּי בְמַרְגְּלִין עָאַךְ Disponam in margaritas ligna tua, Jesa. 54. 12. אַבְנִין טָבָן וּמַרְגְּלִין Lapides pretiosi & margaritæ, Ezech 27. 16. ubi Regia habent מַרְגְּלָן formâ fœmininâ. Vide etiam in רגל.

מַרְגְּלִית · מַרְגַּלִיתָא & מַרְגְּנִיתָא *Idem, cum commutatione* ל *&* נ: ut, עַל מַרְגַּלִיתָא תִנְיֵיתָא Super margaritam, gemmam secundam, Hebr. עַל הָאֶבֶן הַשֵּׁנִית, Exod. 28. 10. in Jon. Et v. 20. וּמַרְגַּלִיתָא, pro Hebr. וְיָשְׁפֵה. Sic cap. 39. v. 13. *Affix.* גְּבַר מַרְגַּלִיתֵיהּ Cujusque margarita, vers. 21. *Plurale,* אַשְׁלָמוּת דְּמַרְגְּלָן טָבָן Implementum gemmarum pretiosarum, vers. 17. מַרְגְּלָאן קַדִּישִׁין Margaritæ sanctæ, Thren. 4. 1. *Emphat.* יַת תַּרְתֵּין מַרְגַּלְיָתָא Duas istas gemmas, Exod. 28. 12. יְהוֹיָין מַרְגַּלְיָתָא Erunt gemmæ istæ, vers. 11. *Constr.* מַרְגַּלְיַת מַדְכְּרָן Margaritæ memoriales, Hebr. אַבְנֵי זִכָּרוֹן v. 12. in Jon. *Item pro Hebræo* מִפְּנִינִים, *Targum,* מִן מַרְגְּלָן Præ margaritis, Jobi 28. 18. *Et pro* בְּמֵאָה קְשִׂיטָה *Targum Hieros.* מַרְגְּלִין Pro centum gemmis, Genes. 33. 19. *Apud Rabbinos,* אי לאו דלינא חספא לא משתכחת מרגניתא תותיה *Si non elevassem lapidem, non inventa fuisset sub eo margarita,* id est, Si non laborassem, non cepissem fructum: vel, *Non invenisses tu margaritam.* Sic legitur in Halichoth olam fol. 13. 2. דאנא הא דלאי ואת תשכח מרגניתא *Ego sum qui laboro, & tu invenis margaritam.* Ita usurpari potest, quando quis magnum laborem sustinet, & alius ejus utilitatem percipit. למרגלית דלית לה טימי כל שמשבח בה פגמה *Margaritam inæstimabilem quicunque laudat, dehonestat eam,* Talm. Jerusch. Berachoth cap. 9. initio. אנא מובד מרגליתי גו ארעא ממאבתא Ego perdo margaritam meam in terra immunda, Talm.

Hierof. Kilaim, in fine, hoc eſt, Amitto vitam meam, reddo ſpiretum meum, &c.

מַרְגָן *Scorpio: Spina aculeata*, pungens inſtar ſcorpionum, *Kynosbaton*, *Roſa canina*. *Plurale*, אֲרַדֵּי יָתְכוֹן בְּמַרְגְנִין Caſtigabo vos ſcorpionibus vel ſpinis, Heb. בַּעֲקְרַבִּים, 1.Reg.12.11. *Græc.* Μάστιγων, *Flagellum*, *Scutica*.

נתן *Dare, Tradere: Ponere, Imponere. Præteritum, Participium & Imperativus in Targum plerunque redduntur per verbum* יהב: *reliqua hinc. Infinitivus*, מתן תתן ליה Dando dabis ei, Deut.15. vers.10. *Et servato Nun*, למנתן Ad tradendum, Esræ 7.20. *& Defectè*, למתן חילה לך Dare robur ejus tibi, Genes. 4.12. מלמתן A dando, ne det, Deut.28.55. *Aff.* במתנך ליה Quum dederis tu illi, Deut.15.10. ולמתנך עלאה Et ut ponam te excelsum, Deuter.26.15. במתנהון Ponentibus ipsis, Ezech. 43.8. למתנה Dare eam, Exod. 22. v.16. כל מסבהון ומתנהון Omne accipere & dare eorum, acceptio & datio, negotiatio, Jesa.9.4. *Futurum*, די אתן לך Quod dabo tibi, Exod. 25.16. ואתן לך Et dabo tibi terram desiderabilem, Jerem. 3.19. אתנניה עלאה Ponam eum excelsum, Psalm.89.28. אתננך Dabo te, Jesa.49.8. אתננה לכון Dabo eam vobis, Levitic.20.24. תנתן Trades, Esræ 7.v.20. ולא תתן Et non dabis, Deuter.21.8. תתננה Dabis illud, Deuter.14.21. אגר לא תתני עוד Mercedem non dabis amplius, Ezech.16.41. יתן לכון רחמין Det vobis misericordias, Genes. 43.14. יתנניה Dabit illud, Eccles.2.21. יתננך Dabit te Dominus percussum, Deuter.28.25. מתן נתן Dando dabimus, Jud.8.25. ינתנון Dabunt, Esræ 4.13. אם לא יתנון לך Si non dederint tibi, Gen.24.41. ויתנונה Et dent illud, 2.Reg.22.5. בנתכון תתנון לנא Filias vestras dabitis nobis, Gen.34.9.

נתינה *Datio*, Rab.

נתן רצוציתא *Nomen proprium celebris cujusdam viri à Pænitentia*, in Schab. fol.56.2. In Aruch: Quare vocarunt eum נתן רצוציתא? quia indusium habebat ex pilis caprarum, qui incidebant carnem ejus; pœnitentiæ scil. causâ. Sed Talmudici aliam rationem adferunt.

מתן · מתנא, vel מתן · מתנא *Donum, Munus, Donatio*: מוהרא ומתנא Dotem & donum, Gen.34.12. in Jon. אתן לך מתנה Dabo tibi munus, 1.Reg.13.7.

Construct.

Construct. לְכָל מַתְּנַת קוּדְשֵׁיהוֹן Omni muneri sanctificationum ipsorum, Exod.28.38. *Plurale,* מוֹהֲרִין וּמַתְּנָן Dotes & munera, Genes.34.12. *Aff.* אַפְרָשׁוּת מַתְּנָתְהוֹן Separatio munerum ipsorum, Numer.18.11. מִכָּל מַתְּנָתֵיכוֹן Ex omnibus muneribus vestris, Num.18.29. מַתְּנָתָךְ Dona tua, Dan.5.v.17. *Apud Rabbinos,* מַשָּׂא וּמַתָּן *Acceptum & datum.* Sic vocatur *Negotiatio, Commercium.* Vide huc Targum Jesa.9.4. Vide etiam suprà in נְשָׂא: *Rab.* מתנות כהונה *Dona sacerdotii,* dona quæ in V.T. sacerdotibus destinata, & decreta fuerunt. Horum fuerunt viginti quatuor. Vide de illis R. Mos. Majemon. in הלכות בכורים cap.1. Mentio eorum quoque in Targ. Jon. Deut.18.2. מתנות עניים *Dona pauperum,* quæ pauperibus dabantur & relinquebantur. Horum in vinea erant quatuor species: פרט ועוללות פיאה ושכחה Tres in fructibus, לקט שכחה פאה: Duæ in arboribus, שכחה ופאה. Vide Majem. in Hilchos mattanos anijim par.3. Item *Donatio, in materia Testamentorum:* מתנת בריא Donatio hominis sani, מתנת שכיב מרע Donatio ægroti.

נְתִינָא · נְתִינִין *Nethinæi, Heb.* נְתִינִים, Esræ 7. v.24. Ministri, servi communes ad secanda ligna & hauriendas aquas, aliaque similia munia obeunda, quos Jehosua in castris toti populo adjunxit, ut est Jos.9.v.27. & quia illic dicitur וַיִּתְּנֵם, idcirco vocati fuerunt נְתִינִים Nethinim, q. d. Dati, Constituti ad certa munia, Addititii, Adjuncti. Erant enim Gibeonitæ, &, fœdere per astutiam cum Israelitis inito, ipsis in servos adjuncti à Josua fuerunt. A' Davide deinceps ad ministerium Levitarum consecrati sunt, ut est Esræ 8. v.20. Vide Esræ 2.58. Nehem.3.26. *Apud Talmudicos,* ממזרין ונתינין אסורין Spurii & Nethinæi prohibentur, Jevammoth fol.78.2. Glossa, Nethinæi sunt Gibeonitæ, qui proselyti facti sunt tempore Josuæ, & constituti sunt ab ipso servi ad hauriendum aquas, & secanda ligna.

נְתַק *Avellere, Evellere, Divellere, Disrumpere, Hebr. Aphel Imperativus,* אַתְקֵנוּן כְּעָנָא לְנִכְסְתָא Evelle eos tanquam oves ad mactationem, Heb. הַתִּקֵם, Jer.12.3. *Ithpahel, Præteritum,* וְלָא בִּבְהִילוּ אִתְנְתַק Quod non citò disrumpitur, Eccles.4.12.

נְתַק · נִתְקָא *Porrigo, Lepræ species capillos evellens:* נִתְקָא הוּא Porrigo est, Lev.13.30. יָת מַכְתַּשׁ נִתְקָא Plagam porriginis, vers.31.

נְתִיקָה · נִתּוּק *Evulsio, Avulsio, Amotio,* Rab.

נְתַר *Defluere, Excidere, Decidere, ut marcidum propriè. Præteritum,* יְבֵשׁ עִשְׂבָּא נְתַר נִצְּהּ Arescit herba, decidit flos ejus, Jesa.40.8. נְתַר Decidit, Hebr. קָמַל, Jesa.33.v.9. כָּל־סְעַר רֵישׁ נְתַר Omnis pilus capitis excidit, Heb. In omni capite est קָרְחָה Calvitium, Jer.48.37. Ezech 2 [illegible] נְתַרוּ זֵיתַיָּא Decidunt olivæ, Joel.1.10. [illegible]לֵי לִבְנָן נְתַרוּ Et arbores Libani defluunt, marcescun[t], Nah.1.4. Heb. אֻמְלַל Languescit. וּנְתַרְנָא כְּמִתַּר טְרַף כַּלְנָא Et decidimus, ut decidit folium omnes nos, Jesa.64.6. *Participium,* וְטַרְפוֹהִי לָא נָתְרִין folia ejus non decidunt, Heb. יִבּוֹל, Psalm.1.[3] וְלָא נָתְרִין נִיבֵי לִיסְתֵיה Neq; excidunt dentes maxillæ ejus, Deuter.34.7. Jon. *Infinitivus,* מִתְנַתַר אוּף אַתְּ Decidendo decides etiam tu, Heb. נָבֹל תִּבּוֹל, Lev.19.19. כְּמִתַּר טְרַף מִגְּפָן Sicut decidit folium ex vite, Heb. כִּנְבֹל, Jesa.34.4. *Fu[turum]* תִּנְתַר ut paulò antè: אֲרֵי יִתַּר סְעַר רֵישֵׁיהּ Q[uod] deciderit pilus capitis ejus, Heb. יִמָּרֵט Depil[a]tur, Levit.13.40. וְהֵיךְ יְרוֹק דִּתְאָה יִנְתְּרוּן Si[c]ut [h]o[l]us vel viror herbæ decident, Psalm.37.2. *Participium,* דְּמַנַּתַר טַרְפוֹהִי Quæ deci[dere] [facit] abjicit folia sua, Heb. כְּאֵלָה נֹבֶלֶת Sicut [quercus] marcescens, Jesa.1.30. דִּמְנַתַּר יָת סַעְרָא Quod excidere facit capillos, Esth.2.12. *Aphel, In[perativus]* אַתַּרוּ עָפְיֵהּ Decidere facite, dejicite frondem [e]jus, Dan.4.11. *Inf. cum Futur.* וְאַף מַתַּר תַּתְּרוּן לַהּ Quin etiam decutiendo decutietis ei, Ruth.2.16. Hebr. שֹׁל תָּשֹׁלּוּ, quod Paraphrastes sumpsit [quasi] si esset à נשל. *In Hiphil Hebraicè,* התיר *Solvit, Expedivit, Dimisit liberum, quod antea fuit con[stri]ctum & vinctum, ut in illo,* מַתִּיר אֲסוּרִים *So[lvit] vinctos,* Psalm.146.7. Hinc Rabbinis est, [התיר *Sol*]*vit, Dissolvit dubium: Permisit, Liberum & [inte]sum fecit,* cui opponitur אָסַר *Ligavit, id est, [Ve]tuit, Prohibuit:* אלו מתירים ואלו אוסרים Hi permittunt, & illi vetant: לא לאסור ולא להתיר Non ad vetandum, neque ad permittendum: אלא שהתיר זה הספק Nisi quod solvit hoc dubium: לא השתדל להתיר הספק Non est sollicitus ad solvendum [d]ubium sive objectionem istam. *Hophal,* הותר *Solvi: Permitti, Liberum fieri:* הותרה השאלה Soluta est quæstio: מוּתָּר *Licitum, Permissum, Concessum,* cujus oppositum אָסוּר *Prohibitum* הקערה ותרנגולת מותרות Scutella & gallina permissæ sunt: מותר לאפות Licitum est coquere.

הֶיתֵּר *Permissio, Concessio,* cujus oppositum איסור *Prohibitio.*

הַתָּרָה *Dimissio, Liberatio: Solutio, argumenti scil. vel quæstionis dubiæ:* התרת המנודה Dimissio, liberatio excommunicati: צריך התרה Opus habet dimissione, ut liber dimittatur: התרת הנדר Solutio voti.

נִתְרָא *Deciduum:* נִתְרָא דְּכַרְמָךְ Deciduum vineæ tuæ, id est, grana singularia decidentia inter vindemiandum, Heb. פֶּרֶט, Levit.19.10.

נְתַר נִתְרָא *Nitrum:* דְּרָמֵי חַלָּא עַל נִתְרָא Qui projicit acetum super nitrum, Prov.25.20. ubi in Venetis

Venetis duplex mendum: כְּבָא רְסַנְקָן בְּנִתְרָא. qui mundant nitro, Jer.2.22. Heb. בְּנֶתֶר. Talmudicos: Septem sunt species, quæ auferunt maculas, רוק תפל ומי גריסין ומי רגלים ונתר ובורית קמוניא Sputum jejunum, aqua fabarum, aqua pedum (urina,) nitrum, sapo, cimolia, achleg, Nidda cap.9. in Misch. Bartenora ... nit *Alumen*. Sic in Schabbas cap.9. In ... נתר אלכסנדרית ולא נתר אנטיפטרית Nitrum Alexandrinum, & non nitrum Antipatrium: Alibi, כלי חרס וכלי נתר Vasa testacea,& ... nitro, Kelim cap.10. & cap.2. ubi Majemon prolixè de hac voce agit; eosque refutat, qui *Alumen* esse volunt; *Est*, inquit, *lapis* ... *momento in aquis liquescens, quo capillos* ... *me ita lavant. Atque ita numerant eum Sapientes nostri in Nidda, inter emundantia & purificantia. Vasa autem istiusmodi frequentia sunt apud nos in finibus Arabiæ, estq; ipsorum opificum difficile,&c.* Vide eum fusè. Plinius lib.31. cap.10. de Nitro agens, *Nitrariæ*, inquit, *egregiæ Ægyptiis. Nam circa Naucratim & Memphin tantum solebant esse, circa Memphin deteriores. Nam & lapidescit ibi in acervis, multiq; fiunt tumuli ea de causa saxei. Faciunt ex his vasa.*

נתש *Evellere, Exstirpare, Eradicare, Hebr.* *Hinc Futurum*, אֱתוֹשׁ Nam exstirpabo, excindam eos, Hebr. אֲמִילַם, Psalm.118. v.10.11.12. Regia, אֶתוֹשְׁשֵׁנוּן, quod planè irregulare est, & sic adducit illud etiam Elias. Veneta, אֶתוֹשְׁנוּן, sed Cholem ultimæ syllabæ solet mutari in Scheva.

ס

סאב Pahel, *Immundum, Pollutum reddere, Polluere, Prophanare, Contaminare, Inquinare, Pollutum pronunciare. Respondet Hebræo* טִמֵּא. *Præteritum*, אֲרֵי סָאֵב יָת דִּינָה Quòd prophanasset (vitiasset) Dinam filiam ejus, Genes.34.5. וְסָאְבַהּ Et prophanavit, polluit eam, 2.Reg.23.16. וְסָאֵבִית Et pollui eos, Ezech.20.26. וְסָאֵבוּ יָתַהּ Et polluerunt eam, Ezech.23.17. דְסָאִיבוּ אֲחָתְהוֹן Eo quod prophanassent (vitiassent, violassent) sororem suam, Genes.34.vers.27. *Et intransitivè*, וְסָאִיבוּ בְּעוֹבָדֵיהוֹן Et inquinati fuerunt operibus suis, Psalm.106.39. סָאֵבְהְּ Polluere, Ezech.36.18. וּבַר יָת אִתַּת חַבְרֵיהּ סָאֵבְתּוּן uxorem proximi sui violastis, Ezech.33.v.26 וְסָאֵבְתּוּן Et polluistis, Jerem.2.7. *Infinitivus*, סַאָבָא יְסָאֲבִנֵּיהּ Contaminando contaminabit eum, id est, pollutum pronunciabit, Lev.13.v.44. לְסַאָבָא Ad polluendum, Levit.20.3. item, Ad pollutum pronunciandum, Levitic. 20.25. *Aff.* לְסָאָבוּתֵיהּ Ad polluendum illud, Lev.13.59. בְּסָאָבוּתְכוֹן יָתְהּ Pollutibus ipsis, Lev.15.31. לְסָאָבוּתַהּ Cùm pollueritis eam, Levit.18.28. לְסָאָבוּתְהוֹן Ad contaminandum eos, Exod.32.25. *Imperativus*, סָאִיבוּ יָת בֵּיתָא Contaminate domum, Ezech.9.7. *Futurum*, וִיסָאֵב יָתֵיהּ כַּהֲנָא Et pollutum pronunciabit eum sacerdos, Lev.13.25. וִיסָאֵיב רֵישׁ נְזִירֵיהּ Et polluerit caput nazireatus sui, Numer.6.9. *Aff.* וִיסָאֲבִנֵּיהּ Et pollutum pronunciabit eum, Lev.13.8. וְתִסָּאֲבוּן Et contaminabitis, Jesa.30.22. *Ithpahel Præteritum*, אִסְתָּאַב נְזִירֵיהּ Contaminatus est nazireatus ejus, Num.6.12. in Venet. Regia כְּסָאַב ex Pahel: רְאִסְתָּאַב בְּחוֹבִין Qui contaminatus est peccatis, Jobi 14.4. וְאִסְתָּאֲבַת אַרְעָא Et contaminata est terra, Levit.18.25. וַאֲרֵי אִסְתָּאַבְתְּ Et ecce polluta es, Numer.5.20. לָא אִסְתָּאַבְתְּ Non sum polluta, Jerem.2.23. אִסְתָּאֲבוּ עַמְמַיָּא Polluerunt se gentes, Lev.18.24. *Particip.* אַתּוּן מִסְתָּאֲבִין Vos polluimini, Ezech. 20. vers. 30. *Infinitivus*, לְאִסְתָּאָבָא בַהּ Ad contaminandum te cum ea, Lev.18.20. *Futurum*, לָא יִסְתָּאַב Ne contaminator, Levit.21.1. הֲיִסְתָּאַב An polluetur, Hag.2.13. pro Heb. הֲיִקְדָּשׁ An sanctificabitur, sic v.14. pro Hebr. הֲיִטְמָא An polluetur. Sic Deuter.22.9. Hebræum פֶּן תִּקְדַּשׁ redditur דִּלְמָא תִסְתָּאַב Ne polluatur: וְתִסְתָּאֲבוּן בְּהוֹן Et polluamini fortè per ea, Levit.11.43. וְלָא תִסְתָּאֲבוּן עוֹד Et non polluantur ultra, Ezech.14.11.

מְסָאַב *Pollutus, Immundus:* כִּמְסָאַב Ut pollutus, Jesa.66.6. בְּכָל מִדַּעַם מְסָאַב In ullum aliquod immundum, Lev.5.2. בְּנִבְלַת רְחִישׁ מְסָאַב In cadaver reptilis immundi, ibid. וִיהֵי מְסָאַב Eritque immundus, Lev.11.27. *Plur.* מְסָאֲבִין אִנּוּן לְכוֹן Immunda erunt illa vobis, Lev.11.28. *Fœmininum*, בְּעִירָא מְסָאֲבָא Jumentum immundum, Lev.5.2. חֵיוְתָא מְסָאֲבָא Bestia immunda, רוּחַ מְסָאֲבָא Spiritum immundum, Zach.13.2. *Emphaticè*, עִם מְסָאַבְתָּא Cum immunda, Lev.15.33. *Rabbini dicunt* מְסוֹאָב: ut, ידים מסואבות Manus pollutæ, Challa cap.2.

סוֹבְתָא · סוֹאָבָא *Pollutio, Immundicies, Immundicia. Construct.* כְּסוֹאֲבַת אֱנָשָׁא Immundiciam hominis, Levit.5.3. כְּסוֹאֲבַת אִתְּתָא Juxta pollutionem mulieris immundæ, Ezech.36.17. *Affix.* מִסּוֹאֲבַתְהוֹן Ab immundicie sua, Levitic.15.v.31. וִימוּתוּן בְּסוֹאֲבַתְהוֹן Morientur in immundicie sua. Levitic.18.19. דִּמְדַכֵּי מִסּוֹבְתֵיהּ Qui mundatur ab immun-

immundicie ſua, Levit.14.19. מִסּוֹאֲבָתָךְ Ab immundicie tua, Ezech.24.13. *Plurale*, מִסּוֹאֲבָת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Ab immundiciis filiorum Iſrael, Levit.16.16. Hebr. מִטֻּמְאֹת, quod plurale. *Affix.* מִכֹּל סוֹאֲבָתְכוֹן Ab omnibus immundiciis veſtris, Ezech.36.25.

סאובא · סאוּבָא *Idem:* לְכָל סאובתיה Juxta omnem immundiciem ſuam, Lev.5.3. בגו סאובתהון In immundicia ſua, Lev.16.16. Jon.

סאבות · סְאֵבוּת *Idem:* מִסּוֹאֲבוּתֵיהּ Ab immundicia ſua, Lev.14.19. in Jon.

סְאָה סָאתָא *Satum, Menſura, Modius aridorum:* סְאָה סוּלְתָּא Satum ſimilæ, 2.Reg.7.v.1. בִּסְאָתָא דַּהֲוֵיתָא כָּאֵיל בָּהּ יְכִילוּן לָךְ Menſurâ quâ menſus fueris, remetientur tibi, Jeſa.27.4. *Aff.* תִּתְמְלֵי סָאתֵיהּ Implebitur menſura ejus, Jobi 20.27. *Duale*, וְסָאתַיִן סְעָרִין Et duo ſata hordeorum, 2.Reg.7.1. *Plurale*, תְּלָת סְאִין קִמְחָא Tria ſata farinæ, Gen 18.6. Et maſculinè, וַחֲמֵשׁ סְאִין Et quinque ſata, Reg. סְאִין, 1.Sam.25.18. *Dicitur & Hieroſolymitanè* סְוִין, in Jonathane paſſim. וְתִטְבּוֹל יָתְהוֹן בְּאַרְבְּעִין סְאוִין דְּמַיִן חַיִּין Et lavabis eos quadraginta menſuris aquæ limpidæ, Hebr. וְרָחַצְתָּ אֹתָם בַּמָּיִם, Exod.29.4. Levitic.15.5.6.7. & 16.28. in Jon. *Rabb.* אין הקב״ה נפרע מן האדם עד שתתמלא סאתו *Deus non capit ultionem ab homine, donec impleta fuerit menſura ejus*, Sota fol.9.1. Probatur id ibi ex Jobi 20.22. בִּמְלֹאות סִפְקוֹ יֵצֶר לוֹ *Cùm impleta fuerit ſufficientia ejus, anguſtia erit ipſi*, quod Chaldeus Paraphraſtes ita reddit; תִּתְמְלֵי סָאתֵיהּ יִתְפְּרַע מִנֵּיהּ Cùm impleta erit menſura ejus, ultio ſumetur de ipſo. Ita ait Chriſtus Matt.23.v.32. *Implete menſuram patrum veſtrorum. Amplius apud Talmudicos:* התודה היתה באה חמש סאין ירושלמיות שהן חמש מדבריות Sacrificium laudis veniebat ad quinque ſata Hieroſolymitana, quæ ſunt quinq; deſerti (i. e. qualia erant Moſis tempore in deſerto) Menach. cap.8. ab initio. Et in Eruvin fol.83.1. Tradiderunt Rabbini, סאה ירושלמית Sea Hieroſolymitana amplior erat ſeâ deſerti ſextâ parte: & Sea Tzipponenſis Hieroſolymitanâ, ſextâ parte.

סִיאָה *Herbæ ſpecies*, פודנג Arabicè, ut ſcribunt Majemon & Bartenora, in Scheviith cap.8. Okezim cap.2. Schabb. fol.128.1. Nidda fol.51.1. Baal Aruch explicat פוליאו, quod poteſt eſſe *Folium*, vel, *Polium*; vel *Pulegium*, quæ omnia ſunt herbarum nomina. Idem ſcribit, quosdam explicare, סוסימברו, quod puto eſſe *Siſymbrium.*

בית סאתים & בית סיאה quid ſit, vide apud Majem. in הלכות שבת cap.16.

* סאט Vide infrà in סוט.

סאם סָאמָא *Argentum:* מִן סָאמָא גְּבִיָא Præ argento electo, Prover.16.16. confer cap.10.20. צָרְפָא בָּקֵי לְסָאמָא Conflator purgat argentum, Prov.17.3. Veneta corruptè לְסָאסָא. Vide infrà סים.

סאס סָאסָא *Ariſta:* vide ססא. At quod in Targum Prov.17. legitur, in præced. voce poſitum.

סְאֹר *Fermentum, idem quod Hebr.* שְׂאֹר: unde, ה׳ רביעים קמח חייבין בחלה הם וסאורן וסובן Quinque quartalia farinæ tenentur de challa, ipſa, & fermentum, & furfures illorum, Challa cap.2. התמרים משישאו סאור Palmæ vel dactyli (tenentur de decima) ex quo elevarint fermentum, i. e. ex quo inceperint intumeſcere inſtar maſſæ farinæ fermentatæ, Terumoth cap.1. Vide etiam שְׂאֹר.

Deinde סיאור *Fermentatio: metaphoricè Pravitas, Stultitia, Stoliditas.* Hinc legitur in Targum, וְלָא יְהֲדְרוּן לְסִיאוּרָא Et non revertentur ad ſtultitiam, Heb. לְכִסְלָה, Pſalm.85.9. Ita habent libri omnes, & ſic quoq; legunt Elias & Baal Aruch. In Baſilienſibus pro eo ſubſtitutum לְכִסְלָה. Reſtituendum לְסִיאוּרָא: nam hoc ſenſu alibi quoque frequenter apud Hebræos ſcriptores occurrit. In Medraſch Koheleth cap.7. verſ.8. ואלולי בן חזר הפרסי לסיאורו Niſi ita (*ſcil. longanimis fuiſſet R. Samuel*) reverſus fuiſſet Perſa ille (*quem in Lege erudierat*) ad ſtultitiam vel pravitatem ſuam (priſtinam.) In Bereſch. Rabba ſect.70. fol.78.4. pro eo legitur סורו in ſimili phraſi; אלולי אריכות פנים שהאריך ר׳ יהושע עם עקילס היה חוזר לסורו Niſi fuiſſet longanimitas, quâ uſus fuit R. Jehoſua erga Aquilam (proſelytum) reverſus fuiſſet ad ſtultitiam ſuam, id eſt, ad priſtinos ſuos mores. Gloſſator ad priorem locum ſcribit; In omni loco ubi legitur לְסוּרוֹ, explicandum id eſt לכסלותו ולאולתו, eſtque קצור לשון locutio contracta pro סיאורו. Iterum in Talmud Hieroſol. Avoda ſarah cap.2. fol.41.1. גר שחזר לסיאורו Proſelytus qui revertitur ad ſtultitiam ſuam. His exemplis locus Targumi confirmatur & illuſtratur. Vide etiam infrà in סור.

סואר Vide infrà in סור.

סְבָא *Seba, filius Cuſchi, filii Chami, filii Noe, Geneſ.10.7. Ab hoc Sabæa dicta eſt, regio Arabiæ deſertæ:* מַלְכֵי שְׁבָא וּסְבָא Reges Scheba & Seba donum afferent, Pſalm.72.v.10. כּוּשׁ וּסְבָא תַּחְתֶּיךָ Æthiopiam & Sabæam ſub te, ſcil. dedi, Jeſa.43.3. Scheba in Arabia felice fuit. *Plurale*, סְבָאִים *Sabæi*, quod Chaldaicè effertur אֱנָשֵׁי סְבָא Viri Sabæ, Jeſa.45.14.

סָבָא *Potare*, Hebr. אַל תְּהִי בְסֹבְאֵי יָיִן Ne ſis in potatoribus vini, Proverb.23.20.

Sic

Chaldaicè, זָלֵיל בְּסַר וְסָבֵי חֲמַר Commessans ...nem, & potans vinum, Hebr. זולל וְסֹבֵא, Deut. 21. 20.

סובא & Chaldaicè סָבוֹיָא Caupo, מוכר היין Vendens vinum, & homines potare faciens, ut scribit Kimchi in libro Radicum: unde ex quodam Poëta adducit illud, אמת כל האנוש נמצא בעולם לבד מסבאים הם הנבלים Veritas omnis hominis reperitur in mundo, præter cauponum, qui sunt utres, &c. ...at. *Perfidus hic caupo*, Sat. 1. *Cauponibus atque malignis*, Sat. 5. Hinc סָבְאֵךְ Merum tuum, Jes. 1. v. 22. LXX. reddiderunt, οἱ κάπηλοί σου, q. סֹבְאַיִךְ. Apud Talmudicos, אמר רב להנהו סבואתא Dixit illis cauponibus, οἰνοπώλαις, ἐν fol. 71. 1.

מסוביתא *Caupona mulier, Tabernaria, mulier vinum vendens*: ההיא מסוביתא דמסרה אקלידא לנוכרית Ista cauponaria quæ tradidit clavem gentili fæminæ, id est, Christianæ, Abhoda fol. 70. 2.

סָבוּא *Humidus, Humectatus.* Baal Aruch citat ex Nidda fol. 24. 2. השותה יין מזוג עצמותיו סבוין Qui bibit vinum aquâ nimis dilutũ, ejus (mortui scil.) ossa sunt valdè humida, id est, מלוחלחין הרבה: sed in Gemara legitur per Caph סכוין.

סָבַב Heb. *Circuire, Ambire, Circumdare: In orbem, circulariter moveri: Vertere, Inclinare se, Divertere.* Item, *Causam præbere, Causam dare vel quærere, In causa esse*: ut, אָנֹכִי סַבֹּתִי Ego causam præbui, 1. Sam. 22. 22: Chaldaicè גְּרַמִית: Hiphil, הסב *Accumbere, Discumbere cibi capiendi causâ, quòd accubitus iste fieret in circuitum*: והוא מיסב דרך חירות Et inclinat, discumbit, more liberorum, Majem. par. 1. fol. 246. 1. Est enim securitatis argumentum. הסבו אחד מברך לכולן Si accumbant, unus orat loco omnium, scil. tam antè quam post, Berach. fol. 42. 1. נכנסין להסב Ingrediuntur ad accumbendum mensæ, Mahlzeit zu halten: מְסִבִּים *Accumbentes, Discumbentes.* Hinc explicant illud 1. Sam. 16. 11. לא נָסֹב *Non accumbemus*, sc. לֶאֱכוֹל *ad comedendum*, R. David & R. Sal. qui scribit, כל מושב סעודה קרויה היסבה Omnis sessio in convivio, vocatur הֲסִבָּה. *Ex Pihel*, ולסבב סבות Et ad quærendum causas, Aben Esr. Psalm. 26. 10.

הֲסִבָּה *Accubitus: Inclinatio in latus*, Anlehnung: שותין בהסבה שמאל Bibunt cum inclinatione in latus sinistrum: אשה אינה צריכה הסיבה ואם אשה חשובה היא צריכה הסיבה Mulier non opus habet inclinatione, sed si fuerit fæmina præstans, necesse est ut inclinet. Filius coram patre suo, & famulus coram Domino suo accumbunt. Sed discipulus in præsentia magistri sui non accumbit, nisi facultatem à magistro acceperit: והסיבת ימין אינה הסיבה Et inclinatio in latus dexterum non est inclinatio. Item, Qui inclinat se in cervicem, aut in faciem, id nequaquam habetur pro inclinatione, &c. Majem. in הלכות חמץ ומצה cap. 7.

מסובין *Accumbentes*: Item, *Inclinantes se, Inclinati, in latus sc. sinistrum, instar dominorum.*

מֵסַב, מִיסַב, & *fæm.* מסבה *Ambitus, Circuitus: Accubitus ad mensam, qui fiebat olim in solo per circuitum, subjectis sibi lectulis, sive pulvinaribus*, Vide Schabbas fol. 63. 1. lin. 1. במסבת ההיכל In circuitu templi.

מְסַבָּא, מסבתא *Gyrus, Ambitus, Circuitus: Gradus circulares, Cochleæ*: ופותיא מסבתא Et latitudo cochleæ, Ezech. 41. 7. *Plurale*, ובמסבתא סלקין Et per circuitus, cochleas ascẽdent, Heb. בְּלוּלִים, 1. Reg. 6. 9. Sic Ezech. 41. 7.

סובב, סוֹבְבָא, סְבָבָא *Circuitus, Circumferentia, Ambitus, Apsis rotæ*: תְּחוֹת סוֹבְבָא דְמַדְבְּחָא Sub ambitu altaris, Heb. כַּרְכֹּב, Exod 27. 5. *Aff.* תְּחוֹת סוֹבְבֵיהּ Sub circulo ejus, Exod. 38. 4. סובב של גלגל *Ambitus rotæ, Canthus; ferrum quo rotæ vinciuntur*, Kelim cap. 11. & 14.

סְבִיבָה *Circumactio in orbem; Motus circularis*: זמן סביבת הגלגלים Tempus circumactionis sphærarum.

סִבּוּב *Circuitio, Circumdatio*: סבוב העולם Circuitio mundi: המתנועע בסבוב Quod movetur in circulum: Item *Vertigo*, der Schwindel.

סִבּוּבִי *Circularis: Fæmin.* שתנועת הגלגלים סבובית Quòd motus sphærarum est circularis, Kasvenaki Prov. 8. 30.

סִבָּה *Causa, Heb. ut in illo*, כִּי הָיְתָה סִבָּה מֵעִם יְהוָה *Erat enim causa à Domino*, 1. Reg. 12. v. 15. *Apud Rabbinos*, סִבַּת הַסִּבּוֹת *Causa causarum.* Ea Deus est, quem sic periphrasticè vocant. סִבָּה רִאשׁוֹנָה Causa prima, principalis. סִבָּה פוֹעֶלֶת Causa efficiens, חוּמְרִית materialis, צוּרִית formalis, תַּכְלִיתִית Finalis.

מְסוּבָּב *Causatũ, Effectum*: בְּסוּר הַסִּבָּה יָסוּר הַמְּסוּבָּב *Sublatâ causâ, tollitur effectum.*

סַבְּבַיָּא *Fustes; ut habet Paraphrastes Latinus in Targum*, Jes. 7. 20. *Jungitur Gladio & serræ, unde sine dubio aliud armorum genus denotat. Elias legit* סִבְּבַיָּא.

סֻבִּין, סוּבִּין *Furfures; purgamentum farinæ crassius & posterius, sic dicti; ab Agitando & circumjactando inter molendum*: סאה סולת וסאה סובין Modius similæ, & modius furfurum, Ketubh. fol. 112. Vide R. Sal. Amos 9. 9.

סוּבָּן *Furfuraceum*: סוּבָּן ומורסָן Furfuraceum & glumosum, Schab. cap. 7. in fine.

סבר *Hinc formam habet* סִבְהֵי, *Prover.* 2. 7. *pro Hebræo* תּוּשִׁיָּה, *quod sic nunquam aliâs in Targum redditur. Inde Elias putat vocem esse pravam. Guido conjicit, esse corruptam à* טוב, *&*

significare Longævitatem, Senectutem, etsi nec sic unquam transferatur, sed ferè semper מַרְעָא *Scientia,* מַלְכְּתָא vel מִלְּכָא *Consilium,* חוּכְמְתָא *Sapientia,* תַּקִּיפוּתָא *Substantia. Exemplar Complutense,* בְּחִיר*, quod quidam scribunt, apud Arabes significare Honorem, Gloriam. Posset legi* שִׁבְחוֹר*, quod proximè ad formam vocis accedit, vel* סַכְלְתָא*, ut aliâs transfertur* חָכְמְתָא.

סַבְהֲלוֹם *Adamas, lapis pretiosus, pro Hebræo* יַהֲלֹם, Exod. 28.18. & 39.11. Ezech. 28.13.

סבט סִיבְטָא *Clavus:* דתלי בסיבטא Ac si penderet à clavo, Sanhed. fol. 112.1. Idem cum מִיבְתָא, de quo in סכך.

סַנְבַּטְיוֹן · סַמְבַּטְיוֹן · סַבַּטְיוֹן · סַבְּטוֹן *Nomen fluvii, ultra quem decem tribus Israelitarum captivæ detentæ sunt. Fluvius iste à* שַׁבָּת *Sabbatho nomen habet, quòd per sex dies hebdomadis rapidissimo feratur decursu, ingentes lapides secum convolvente, ut nemo transire possit, die autem sabbatho quiescat, quando Judæis quies imperata, ut transire ipsis eo die non liceat. Elias in suo Tisbi vult esse Arabicum, ab Hebræo* שַׁבָּת · ס *&* ש · ת *&* ט *inter se, ut sæpe, commutatis. Terminatio* יון *sit addititia & formativa Nominis. Quod si ita est,* Sabbatjon *erit Sabbathicus, scil. fluvius.* נ *&* מ *interjecta sunt euphoniæ causâ, ut Germani dicunt* Sabbathtag *&* Sambstag. *Idem Elias notat, R. Mosen Majemonidem asserere, hunc fluvium esse eum, qui in Sacris dicitur* גּוֹזָן*, nempe 2. Reg. 17.6. ubi scriptum est:* Anno nono Hoscheæ (regis) cepit Rex Assyriæ Schomronem, & deportavit Israëlem in Assyriam, collocavitque eos in Chalacho & in Chabore, & in נהר גוזן *Nehar gosan* (flumine Gosan) & in civitatibus Mediæ. *Hujus fluvii diversi scriptores diversis sententiis meminerunt.* In Targum Hierosolymitano Jonathanis, Exod. 34.10. אַעֲבִיד פְּרִישָׁן לְהוֹן בִּזְמַן דִּיהָכוּן בְּשִׁבְיָתָא עַל נַהֲרָוָות בָּבֶל וְאַסַּלְקִנּוּן מִתַּמָּן וְאַשְׁרִינּוּן מִן לְגָיו לְנַהַר סַמְבַּטְיוֹן *Faciam miracula ipsis (Israëlitis) & tempore quo abibunt in captivitatem ultra flumina Babyloniæ, educam ipsos inde, & habitare eos faciam ultra ipsum flumen Sambatjon.* In Bereschith rabba sect. 11. הרי נהר סמבטיון יוכיח שמושך אבנים כל ימות השבוע ובשבת הוא נח *Ecce fluvius Sambatjon arguit,* (nempe, Sabbathum differre à reliquis diebus) *qui trahit secum lapides omnibus diebus septimanæ, die sabbatho autem quiescit.* Et sectione 73. לא למקום שגלו עשרת השבטים גלה שבט יהודה ובנימין · עשרת השבטים גלו לפנים מן נהר סמבטיון שבט יהודה ובנימין מפוזרים בכל הארצות id est, *Non ad locum, in quem deportatæ sunt decem tribus, deportata quoque est tribus Juda & Benjamin. Decem tribus deportatæ sunt antea ultra fluvium Sambatjon, tribus Juda & Benjamin dispersæ sunt in omnes terras.* R. Salomon Jarchi ad illud Jesajæ, *Qui perierant in Ægypto, cap. 27.13.* scribit: לפי שנפוצו בארץ רחוקה לפנים מן הנהר סבטיון קראם אובדים *Eo quòd dispersi fuerunt olim ex terra longinqua ultra fluvium Sabbatjon, vocat eos perditos.* Apud Talmudicos, in Massech. Sanhed. fol. 65.2. מִי יֵימַר דְּהָאִידָּנָא שַׁבְּתָא אֲמַר לוֹ נְהַר סַבַּטְיוֹן יוֹכִיחַ *Quis dicet hodie sabbathum esse? respondit, ei Fluvius Sabbatjon id arguit:* Glossa R. Salomonis: נהר סבטיון יוכיח נהר אחד של אבנים ובכל ימות השבוע שוטף והולך וביום השבת שוקט ונח Fluvius Sabbatjon arguit: *Fluvius quidam lapidum est, qui omnibus diebus septimanæ exundat & fluit, sed in die sabbatho tranquillus est & quiescit.* In Talm. Hierosol. Sanhed. cap. 10. circa finem. *In tria exilia missi sunt Israelitæ,* אחת לפנים מנהר סנבטיון *primò ultra fluvium Sanbatjon, deinde in Daphnem Antiochiæ: tertiò, quando nubes super ipsos descendens texit eos.* Hæc etiam, sed nonnihil aliter, leguntur in Jalkut Prophetarum folio 52.2. ex Pesikta. In libro Tanchuma, sect. כי תשא, quæ incipit Exod. 30.11. legitur: אלא נהר סבטיון מעיד שבכל ימים הוא מושך אבנים וחול ובשבת נח id est, *Sed etiam fluvius Sabbaticus attestatur,* (scil. Sabbathum Judaicum esse observandum) *qui omnibus diebus* (septimanæ) *circumtrahit lapides & arenam, sed in Sabbatho quietus est.* R. Gedaljah in libro suo שלשלת scribit folio 36. edit. Cracoviensis, 37. edit. Venetæ: באותה הלילה היה רעש גדול ובבוקר ראו חיל גדול והשיב האל סביבם נהר שגולל אבנים וחול במקום שלא היה שם נהר מעולם ועדין גולל אבנים וחול בלי מים ברעש וקולות שאילו היה שם אפילו הר של ברזל היה מנפצו · וזה בכל ימי חול ובשבת נח ולזה נקרא נהר שבתיון · ויש מקומות באותו הנהר שהוא רחב ם׳ אמה ולכן אינם יכולים לבוא אלינו ולא אנו אליהם וכו׳ id est, *In ea nocte erat terræ motus maximus, & mane facto conspexerunt* (decem tribus sive Israelitæ) *exercitum magnum. Sed Deus adduxit circa eos fluvium volventem lapides & arenam, in loco ubi antea non fuerat fluvius unquam, & adhuc usque volvit lapides & arenam sine aqua, per terræ motum duntaxat & strepitum maximum, ita ut si essent ibi etiam montes ferrei, dispergerent eos. Id verò omnibus diebus prophanis, sed in Sabbatho quiescit, unde vocatur Fluvius sabbathicus. Quibusdam locis latus est fluvius iste sexaginta cubitos, qua de causa ipsi nequeunt venire ad nos, neque nos accedere ipsos possumus, &c.* R. Abraham in libro יוחסין Juchasin f. 155. refert: וכן נבאר מוצא נהר סמבטיון בגלילות האינדיאה הזאת העליונה בין נהרי גאניא׳ום אשר בלשוננו גוזן כאמרו ויגל את ישראל אשורה וגו׳ נהר גוזן וערי מדי והמקומות האלה הם למעלה ביבשה על לאמ׳יק ועל קאל׳יקוט · ונהר סמבטיון למעלה בקליקום מוצאו ומפסיק בין האינדיאני ההם וכו׳ id est, *Sic etiam explicatur ortus fluvii Sambatjonis in tractibus Indiæ istius superioris inter flumina Ganiæ, quæ linguâ nostrâ est Gosan,*

Gosan, juxta id quod dicit Scriptura. Et deportavit Israelem in Assyriam, &c. flumen Gosan, & civitates Mediæ, 2.Reg.17.6. *Loca ista sunt in superiori terra sicca inter Lamek & Calicut: fluvius autem Sabbathicus supra Calicut oritur, & desinit inter* [illegible], *&c.* Huc pertinet etiam quod legitur in Epistola Preste Johannis, Hebraicè Constantinopoli impressa, ad Papam Romanum. ודעו כי מזו הים של אבנים בא נהר אחד שיוצא מגן עדן והולך בינינו ובין הארץ הגדולה של המלך דניאל מלך היהודים וזה הנהר הולך כל ימי השבוע אינו זז ממקומו עד יום ראשון שבת לאיתנו *Præterea* [illegible] *quòd ab isto mari lapidū* (quod in præcedd. describit) *oritur fluvius quidam, qui egreditur ex horto Edenis, & decurrit inter nos, & inter terram magnam Regis potentissimi Danielis, Regis Judæorum. Iste fluvius singulis diebus septimanæ fluit: sed Sabbatho non movetur de loco suo, usque ad diem primum, quo revertitur ad cursum suum. Et cùm plenus est ultra omnes ripas suas, adducit lapides valdè graves, nullæq; planè in eo sunt aquæ, sed quicquid invenit, deducit in mare: nec quisquam potest per eum transire, nisi in Sabbatho. Nos autem custodias collocamus in transitu. Nam si Judæi possent transire, maximum facerent damnum in toto mundo, Christianis pariter & Israëlitis, omniq; nationi & linguæ, quæ sub cœlo est. Nulla enim est lingua, nulla natio, quæ coram eis posset subsistere, &c.* Hæc ex illa epistola, atque adeò ex illo ipso exemplari, quod Sebastiani Munsteri olim fuit, & quod ad se ex Cairo Ægypti Basileam allatum esse, testatur in fine Cosmographiæ suæ Latinæ, ubi partem illius quoq; produxit. In ספר אלדד הדני libello Eldad Danitæ, impresso quoque Constantinopoli, cum Epistola modò citata, in quo narrat author ille, quâ ratione mirabili fato aliquando per naufragium ad Æthiopes delatus sit, hujus fluvii quoque mentionem facit: *Præterea, inquit, hi* (loquitur de populo Judaico quodam, quem שבט משה Tribum Mosis nominat, habitante etiam in parte quadam Æthiopiæ,) *nullos vident homines alios, neque homines alii vicissim ipsos, nisi quatuor istæ tribus* (Ruben, Naphtali, Gad, & Ascher, quas in præcedentibus mansisse dixit in Havila illa antiqua, ubi aurum est optimum) *quæ habitant trans flumina Æthiopiæ. Est enim locus ubi se mutuò vident, & invicem, vociferando, colloquuntur: sed fluvius Sabbation interjacet inter illos. Narrant autem illis omnia quæcunq; ipsis accidunt, sed cùm negotium aliquod arduum & alicujus momenti adest, habent certam speciem columbarum, quibus utuntur. Scribunt enim tum literas, & alligant eas alis aut pedibus columbæ, quas illæ deferunt ultra fluvium Sabbation, & Regibus aut principibus illorum offerunt. Insuper magnam habent copiam lapidum pretiosorum, argenti atque auri. Serunt quoq; linum, & habent coccineum, unde pulcherrima vestimenta conficiunt. Quintuplo autem plures sunt illorum, quàm Israëlitarum qui ex Ægypto exiverunt: Immensæ enim magnitudinis & latitudinis est locus ille. Porrò* הנהר מאתים אמה במטחוי קשת והנהר מלא מאבנים גדולים וקטנים וקולם ירעם כרעש גדול כרוח סערה בים ובלילה נשמע קולו מהלך יום ויש אצלם שש מעיינות ויקבצו כולם לאגמא אחת וישקו מהם ארצם ושם ישרצו בה דגים טהורים והנהר הולך והאבנים והחול ירעימו ששת ימי המעשה וביום השביעי ישבות וינוח עד מוצא שבת וכו' *fluvius iste latus est ducentos cubitos, quasi jactum arcus, & est plenus lapidibus magnis & parvis, qui sonum & strepitum edunt instar terræmotus magni, aut instar procellæ magnæ in mari. Sonus ejus noctu auditur itinere totius diei. Habent autem illic sex fontes, quos congregant in unum stagnum, unde terram suam irrigant, & ubi pisces mundos magnâ copiâ alunt. Fluvius verò ille fluit, & arena perstrepit sex diebus septimanæ: sed die septimo cessat & quiescit usque ad exitum Sabbathi, &c.* Hactenus Eldad Danita. Hæc apud Hebræos scriptores inveni. Latini authores aliquot hujus fluvii quoque meminerunt. Plinius lib. 31. cap. 2. *In Judæa rivus Sabbathis omnibus siccatur.* Rivum quidem non nominat, sed procul dubio idem ille est, de quo Hebræi. Putavit in Judæa esse, quòd Judæos ad istum fluvium habitare, & ab istis hanc historiam profectam, didicerat, & nimis cupidè crediderat. Meminit etiam Fulgosus Exemplorum libro 1. cap. 6. Agricola de natura eorum quæ ex terra fluunt, lib. 3. p. 114. scribit: *Quidam ad aliquod tempus cessant, deinde rursus fluunt, ut Symethus in Sicilia, qui per Catanam fluit, & amnis qui medius inter Arcæam & Raphanæam Syriæ urbes cursum tenet, modò, ut author Josephus, pleno defertur alveo, repentè deficit, & sex diebus continuis siccum transituro præbet alveum. Septimo die iterum exortus abundat aquis, atque ex eo die, sacro Judææ gentis, Sabbathicus nominatur.* Hæc ille. Sequitur, ut ipse fatetur, Josephi de hoc fluvio sententiam, quæ Hebræorum sententiæ planè contraria est. Verba Josephi extant lib. 7. de bello Judaic. cap. 24. in hunc modum: *Conspicit* (Titus Imperator Antiochiam proficiscens) *in itinere fluvium cognitione dignissimum. Is fluit medius inter Arcen Agryppæ regni civitatem, & Raphanæas* (sic hæc vertenda esse annotavit Nicolaus Fullerus Britannus, in Miscellaneis suis Theologicis.) *Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cùm sit, quando fluit plurimus sive largus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus â fontibus deficiens, siccum exhibet*

bibet locum videre. Deinde quasi nullâ mutatione factâ, septimo die similis exoritur, atq; hunc ordinem semper eum observare, pro certo compertum est. Unde etiam Sabbathicus appellatus est, à sacro Judæorum septimo die sic nominatus. Hæc Josephus. De situ vide Fullerum. Posteriorum sensus debet esse; post sex dies septimanæ eum à fontibus deficere & exsiccari: septimo die sub finem ejus, similis fluendo exoritur, &c. Hæc omnia fabulosa esse, docet Paulus Fagius in Deut.31. Paraphrasis Chaldaicæ, Galatinus lib.11. cap.9. Vide etiam 4. Esiæ 13.v.40. & deinceps, & ibi notam Junii. Item librum מאור עינים cap.13.

סְבַךְ *Implexum, Perplexum esse.* סְבַךְ *Perplexum, Perplexitas:* בִּסְבַךְ קִיסָא In perplexitatem lignorum vel arborum, Psal.74.5. *Apud Rab.* צֶמֶר מְסוּבָךְ Lana implexa. *Hophal,* הוּסְבַךְ בֶּעָלִים Implexum foliis, Peah cap.7.

סְבַכְתָא · סבכא · סְבָכְתָא *Vitta, ab implexo opere sic dicta:* חוטי סבכה Fila vittę: סבכה מוהבת Vitta aurea, Schab.57.2. *Scribitur etiam sæpè per* ש. *Plurale,* סְבָכוֹת, *& Chaldaicè,* סִבְכְתָא.

מִסְבָךְ *Ramus implexus, ramus cum suis frondibus:* סקל וסבך בראש החבל Ligant bacillum & ramum in capite funis, Parah cap.3.

סוּבָךְ *Talus pedis, sic dictus, quòd ibi nervi implicentur: juxta alios, Sura.* In Mischna: שוק מן הפרק של ארכובה עד סובך של רגל *Schuk* crus dicitur ab articulo genu usque ad talum pedis, Cholin fol. 134.col.2. Glossa, סובך היינו פרק סבין הקולית ועצם האמצעי. Alia glossa, סובך מקום שמסתבכים ומשתרגים הגידים. R.Salomon Levit.7.22. ad vocem שוק scribit; Ab articulo genu, quòd venditur unà cum capite, usque ad articulum medium, שהוא סובך של רגל qui est talus pedis. In Aruch explicatur vernaculè *Polpa,* id est, *Sura.* Et sic quoq; David de Pomis.

סְבָבִיָא *Torques, ab opere implexo sic dicti,* Jesa. 3.18. Kimchi vult, esse *Vittas, Reticula ornata capitis, Hauben/ quæ etiam sunt operis implexi:* pro Hebræo שַׂהֲרֹנִים *Lunulata.*

שַׂבְּכָא · סַבְּכָא *Sambuca, instrumentum musicum,* Dan.3.5.7.

סְבַל *Ferre, Portare, Perferre. In Targ. Hierosolymitano interdū usurpatur pro Hebr.* נָשָׂא. *Præt.* וסבַל עַל תְּקוֹף אַבְרוֹי Et portat in robore alarum suarū, Deut.32.11. quod Jonathan per Participiū expressit, וְסָבֵיל יַתְהוֹן עַל אברוי Et portat, &c. וסבְלִית Et portavit eos, ibid in Jonathane, וְסַבְלֵית יַתְכוֹן Et portavi vos, Exod.19.4. *Partic. ut antea: &* וּמִן בְּגִין אַגְרָא הוּא סָבֵל לֵיהּ יַת נַפְשֵׁיהּ, Et propter mercedem ipse effert ad ipsum animam suam, Deut.24.15. *Infinitiv.* הֵיךְ אֲנָא יָכִיל בִּלְחוֹדִי לְמִסְבּוֹל Quomodo ego possum solus ferre? Deut.1.12.

סַגִּין אִנּוּן חוֹבַי לְמִסְבּוֹל Plura sunt peccata mea, quàm ut ferre possim, Genes.4.13. in Targ. Hierosol. quod Jonathan מִלְּמִסוֹבְלָא ex Pahel, cum מ formativo ex more Syro. *Cum Affixo,* לְמִסְבְּלֵיהּ Ferre illud, ibid. in Jonath. *Imperativus,* סְבֹלוּ יָתִי Sustinete me, Jobi 21.3. *Pahel,* מְסוֹבְלִין Portantia, id est, firma, ut magnum onus portare possint, vel, Onusta, id est, oneri ferendo apta, robusta, fortia, Esræ 6.3. Est ex forma Pohel, cum Cholem loco Dagesch characteristici.

סְבָל *Onus, quod portatur:* אַבְנֵי סְבָל Lapides oneris, graves.

סַבָּל · סַבְלָן *Bajulus, qui onera portat:* Item, *Tolerans, Patiens.* Inde R.Salom. Num.12.3. vocem עָנָו exponit שָׁפָל וְסַבְלָן Humilis & patiens.

סַבְלָנוּת *Patientia, Tolerantia:* וספרו עוד מסבלנות יאשיהו Et recensent insuper de tolerantia Josiæ, &c.

סוּבַלְתָא *Spica,* Hebr. שִׁבֹּלֶת, Judic.12.6.

סְבוֹלֶת *Communio, Societas, æquum communionis onus, Symbola.* אפילו חמשה ועשו סיבולת ראשין לומר לו טול חלקך Etiam quinq; qui fecerint societatem, licitum est illis dicere ipsi, Tolle partem tuam, &c. Pesach. fol. 89. 2. Glossa, סבולת תערובת סעודה של כל ימות השנה *Sibboleth* est commixtio conviviorum per totum annum. Baal Aruch exponit; בני חבורה ההולכים ממקום למקום ואוכלין יחד. *Videtur esse ex Græco* συμβολὴ, *unde & Latini dicunt Symbola. Huc propiùs accedit scriptio* מִיבּוֹל, *quæ reperitur in Talm. Hierosol. Pesachim cap.8. fol.36.1.*

סִבְלוֹנוֹת *Munera, Dona nuptialia, quæ sponsus sponsæ & socero suo altero die nuptiarū & conjugii, amicitiæ novæ causâ transmittit, sic dicta, quòd hinc inde Portentur & Transferantur.* Id docet Elias in suo Tisbi his verbis: סבלונות · בן קורין הדורון ששולח החתן לכלה והוא לשון סבל ומשא Sibhlonoth; *Sic vocant donum, quod mittit sponsus sponsæ, estq; significationis Oneris, hoc est, derivatum est vocabulum à verbo* סָבַל, *quod est, Ferre, Portare onus.* Sic R. Majemon in explicatione Mischnajoth: סבלונות משאות ונודתן מעניין נושא סבל שנושאים אותם מיד זה ליד זה Sibhlonoth, *id est,* Massaoth, *Munera. Derivatio ejus est ex significatione* נשא סַבָּל *Portantes onus,* 1.Reg.5.15. *Portantur enim (ista munera) ex manu hujus in manum illius. Paulus Fagius interpres Eliæ, punctavit per Pathach ab initio,* סַבְלוֹנוֹת, *sed Hebræi scribunt* סיבלונות, *interposito* י, *quod lectionem cum Chirek indicat.* Porrò de his donis Traditio est in Jure Hebræorum his verbis: השולח סבלונות לבית חמיו שלח שם מאה מנה ואכל שם סעודת חתן אפילו בדינר אינן נגבין · לא אכל שם סעודת חתן הרי אלו נגבין שלח סבלונות מרובים שיחזרו עמה לבית בעלה הרי אלו נגבין · סבלונות מועטין שתשתמש בהן בבית אביה אינן

... אביה id eſt, Qui mittit dona-nuptialia ad domum ſoceri ſui, mittatque centum portiones, & comederit illic prandium ſponſale, etiam pro denario duntaxat, non repetuntur illa: ſi non comederit illic prandium ſponſale, tunc repetuntur. Si miſerit dona ampliſsima, ut redeant cum ea (ſponſa) in domum mariti (ſponſi), ea repetuntur. (Si miſerit) dona exigua, quibus tantummodò utatur (ſponſa) in domo patris ſui, illa non repetuntur, Bava bathrá cap. in Miſnafol.146.col.1. Gloſſa R. Salomonis: מנהג חתנים לאחר קידושין לבחרת שולח לבית לכבוד אשתו תכשיטין ומיני פירות וכדי יין וכדי שמן ... איכל שם id eſt, Conſuetudo ſponſorum eſt post deſponſationem per datam arrham, ut ... no manè mittant ad donum ſoceri ſui in honorem uxoris (ſponſæ) ſuç monilia ſive ornamenta muliebria, ſpecies fructuum, vaſcula vini aut olei, quandoque etiam comedit illic cum ea.

סבן סַבְנִיתָא · סִיבְנָא Sabanum, Linteum, quo caput in balneo vel poſt illud, operitur, vel fricatur & ſiccatur, Sindon, Schab. fol.147.2. Legitur quidem ibi per Kaph סכניתא; ſed cum Beth legendum, ut docet Baal Aruch, qui locum hunc in ordine ... adducit, & ipſa vocis etymologia. Eſt enim Græcum ... Lat. Sabanum, linteum ad tegendum, ... endum vel fricandum. Sic in Talm. Hieroſol. ... ab. cap.6. Hebræum מִטְפָּחוֹת Pepla, Sudaria, ... Jeſa. cap.3.22. explicatur Hieroſolymitanè סַבְנָן ... Sabana magna. In eodem Talmud in ... eth Schevuoth c.6. circa finem; חד בר נש קם עם חבריה ואריס ... Inſurrexit quidam ... a ſocium ſuum, & abſtulit ei ſabanum i... dicens; לית חדין סבינא נפיק מן ידי Non exibit ſabanum hoc è manu mea, donec reſtituas mihi meum quod eſt penes te. Devenit negotium ad Samuelem, qui dixit ei, הב ליה סבינתיה ... חיל דין ... Redde ipſi ſabanum ejus, & ito ac litigato cum eo. In gloſſa explicatur per סָרִין. Huc pertinet quoq; ex Talmud Gittin fol.59.1. שיגר לו בוניים בן נונייס לרבי סיבני וחומס סלסלה ... ומלסלא סיבני וחומס כאגחא ופלגיה ראגוזא ... Bu... niam filius Nuniam (vir dives quidam) miſit Rabbino Sabanum & סלסלה · חומס & סלסלה: Sabanum & חומס, inſtar nucis & dimidiæ nucis, &c. Ad hujus loci explicationem ſcribit Baal Aruch inter alia; ופי׳ סובני בגד דק מאד שמקפלין אותו וסבניסן אותו בקליפת אגוז hoc eſt, Sobbne eſt veſtimentum ſubtiliſsimum, quod duplicatum, cortici nucis includi poteſt. Hinc alii poſuerunt, סיבני ſignificare Corticem nucis. In Targum Jonathæ, דַּרְגְּשָׁא דְּדַהֲבָא סִיתְקְנָא בְּבִסְתְּרְקֵי סִילְרַת וְסוּבְנֵי רְאִיטְ... וְאִיצְטְלִין חִיוְ... Lectus aureus ornatus tapetibus

melotæ, & ſabanis purpureis, ſtoliſque albis, Deuter.34.6.

סבס סביס Herbæ odoratæ, vel floris ſpecies, idem quod Dudaim. Hinc citat Baal Aruch ex Sanh. fol.99.2. מאי דודאים אמר רב יברוחי ר׳ לוי אמר סיגלי רבי יונתן אמר סביס Quid ſunt Dudaim? Raf dixit, יברוחין, Rabbi Levi dixit סיגלי, Rabbi Jonathan autem, סביס. In noſtris libris legitur nunc סיבסוך.

סַבַסְטִי Σεβάστη Sebaſte, nomen urbis in regno Iſraël, quam volunt fuiſſe olim Schomronem, metropolin Samariæ: פרדסות סבסטי Horti, vineæ Sebaſtæ urbis, quæ admodum commendatæ, Sanh. f.14.1. In Bammidb. rab. ſect.10. illud Amoſi cap.6.v.1. וְהַבּוֹטְחִים בְּהַר שׁוֹמְרוֹן Qui confidūt in mōte Schomron, explicatur, אלו י׳ השבטים שיושבים לבטח בסבסטי Hæ ſunt decem tribus, quæ habitant ſecurè in Sebaſte. In Aruch ſcribitur סווסטי.

סְבַע Saturari, Exſatiari. Sic in Venetis occurrit quandoq, pro Hebræo שָׂבַע, quod ipſum in Targum ſæpiùs retinetur. Præteritum cum Infinito, כַּד זַנְתִּנוּן סְבַעוּ מִסְבַּע Quando alui eos, ſatiati ſunt ſatiando ſe, Hoſeæ 13.6. Infinit. וּלְמִסְבַּע Et ut ſatietur, Jobi 38.27. quod meliùs legeretur ex Pahel, וּלְמְסַבָּעָא, vel ex Aphel, וּלְאַסְבָּעָא Ut ſatiet, pro Hebræo וּלְהַשְׂבִּיעַ. Futur. אֶסְבַּע חִסוּדָא Satiabor ignominiâ, Jobi 10.v.15. מִן אָרְחָתֵיהּ נִסְבַּע De viis ſuis ſaturabitur, Proverb.14.14. cum נ formativo loco י. יִסְבְּעוּן לַחְמָא Satiabuntur pane, Pſal.132.15. Aphel, Futurum, אוריכות יומין אַסְבְּעִנֵּיה Longitudine dierum ſatiabo ipſum, Pſal.91.16.

סָבַע Satur. Plurale, סָבְעִין לַחְמָא Saturi pane, Ezech.16.49.

סוּבְעָא Saturitas: סָבְעָא דְחֶדְוָתָא Saturitas lætitiarum, Pſal.16.11.

סבק סַבְקִין Sebacei, candelæ ſebaceæ. In Schemoth rabba ſect.36. Quid ſibi vult quod ſcriptū extat Prov 6.23. כִּי נֵר מִצְוָה Quia lucerna eſt præceptum, id eſt, Eleemoſyna? מה הנר הזו בשהוא דולק אפילו אלף אלפים קרויינין וסבקין סדליקין היסנו אורו במקומו · כך כל מי שיתן למצוה אינו מחסר את נכסיו Quemadmodum lumen lucernæ ardentis in quantitate ſuâ manet; licet centum millia cereorum & ſebaceorum accenderentur de eo: ſic dans eleemoſynam de facultatibus ſuis, nihil quicquam de illis imminuit. Eſt ergo סבקין ipſa vox Latina, ut & קריינין Cerei, quibus utitur Apulejus Metamorph. lib.4. Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis, nocturni luminis inſtrumentis, clareſcunt tenebræ.

סְבַר Diverſas ſignificationes habet, partim tamen cognatas.

I. Portare, Apportare, Ferre, Efferre, Sufferre, Suſtinere, Suſtentare. Infinitivus, לָא יְכִלָא לְסַבָּרָא Non

Non poteſt portare, ſuſtinere, Prov.30,21. *Habet plerunq; hoc ſenſu formam Pohal,* סוּבַר, *quæ eſt anomalia Conjugationis Pahel, ob ejectum Dageſch, & ſubſtitutam vocalem longam. Reſpondet verbo Hebræo* נָשָׂא, *quando Portandi ſignificatum habet, & inde pro Suſtentare, Alere, deinceps ſumitur, quod Hebræi dicunt* כִלְכֵּל. *Præterit.* וְהוּא סוּבַר יָת מַלְכָּא Et ipſe ſuſtentaverat Regem, Hebr. כִלְכֵּל, 2.Samuel.19.32. דְסוּבְרָךְ יְיָ אֱלָהָךְ Quod portavit te Dominus Deus tuus, Deut.1.31. וְסוּבַרְנוּן Et ſuſtinuit eos, Jeſa.63.9. *Fœmininum,* וְלָא סוּבַרַת יָתְהוֹן אַרְעָא Nec ſuſtinebat eos terra, Geneſ.13.6. סוּבְרִית בְּעִטְפִי Portavi in ſinu meo, Pſ.89.51. וְסוּבַרוּנוּן Et aſportaverunt ea, Levit.10.5. in T.Jon. וְסוּבְרוּהִי בְּאַסְלָא Et portarunt eum perticâ, Num.13.24. in Targ. Hieroſol. *Participium,* כְּמָא דִמְסוֹבַר גַּבְרָא Sicut portat vir, Deuter.1.31. כְּמָא דִמְסוֹבַר תְּרָבְיָנָא Sicut portat nutrix, Num.11.12. *Plural.* מְסוֹבְרִין Suſtentant, 1.Reg.4.7. *Infinitivus,* לְסוֹבָרָא יָתְהוֹן Portare eos, Geneſ.36.7. הֵיכְמָא דְאִנּוּן יָכְלִין לְסוֹבָרָא Quomodo ipſi poſſunt portare, Geneſ.44.1. in Jon. לְמִסוֹבָרָא Ad portandum, Num.4.15. *cum* מ *formativo ex more Syro.* Sic, וְלָא יָכִילְנָא בִּלְחוֹדִי לְמִסוֹבָרָא יָתְכוֹן Nec poſſum ego ſolus portare vos, Deut.1.v.9. in T.Jon. *Imperativus,* סוֹבַרְהִי בְּתוּקְפָךְ Porta eum robore tuo, Exod.15.v.13. Sic Num.11.12. וְסוֹבַר יָתְהוֹן Et porta eos, Pſalm.28.9. *Futurum,* אֵיכְדֵין אֲסוֹבַר בִּלְחוֹדַי Quomodo portabo ſolus, Deut.1.12. וּלְמַרְעַיָא אֲסוֹבַר Et infirmos ſuſtentabo, Ezech.34.v.16. אַנְתְּ תְּסוֹבַר עַרְבִי Tu portabis ſortem meam, Pſal.16.5. in Venet. וִיסוֹבַר צְפִירָא עִלוֹי Et portabit hircus, Lev.16.22. Jonath. וּתְסוֹבְרוּנוּן Et portabitis eos, Levit.10.4. Jon. וִיסוֹבְרוּן עִמָּךְ Et portabunt tecum, Exod.18.22. *Ithpahel, Particip.* וּמִסְתּוֹבְרִין Ezech.39.9. *Vox prava eſt.* Elias ſcribit; Neſcio quid ſit: Aruch quidem adducit illud, ſed non explicat. *Legendum pro ea,* וְסוֹקְדִין Et comburunt, ut Pſal.46.10.

II. סְבַר *Exſpectare, Præſtolari, Sperare, Confidere, quia quæ ſperamus, ea ſolicitè exſpectamus. Sic reſpondet Hebræo* קִוָּה *& quandoq; verbo* בָּטַח, *&* חִכָּה. *Præteritum,* אֲרוּם סְבַרַת עֲלָךְ Quia confido in te, Pſal.25.51. מִסְבַּר סְבַרַת יְהוָה Exſpectando exſpectavi Dominũ, Pſal.40.2. לְאוֹרַח דִּינָךְ סְבַרְנָא Viam judicii tui exſpectamus, Jeſa.26.8. *Participium,* אִם אֲנָא סָבַר Si ego exſpectavero, Jobi 17. v.13. *Plurale,* דְּסָבְרִין בְּמֵימְרָךְ Qui ſperant in verbo tuo, Pſal.25.3. לְסָבְרִין לְפֻרְקָנֵיהּ Exſpectantibus redemptionem ejus, Thr.3.25. *Pehil,* עֲלָךְ סְבִירִין In te ſperant, Pſal.104.27. *Infinitivus,* מִסְבַּר, ut antè in Præterito. *Imperativus,* סְבַר בֵּאלָהָא Spera in Deo, Hebr. בְּטַח, Prov.3.5. וּסְבַר לְפֻרְקָנָא Et præſtolare redemptionem, Hoſ.12.6. סְבוּר עַל יְיָ Confide in Domino, Pſal.27.14. סְבַרוּ בְּמֵימְרֵיהּ Sperate in verbo ejus, Pſ.62.9. *Futur.* וּנְסַבַּר קֳדָמָךְ Et exſpectabimus coram te, Jerem.14.22. וּתְסַבְּרוּן לִנְהוֹר Et exſpectabitis lucem, Jere.13.16. *In Pahel* סַבַּר *Idem:* & interdum ex prima ſignificatione *Ferre, Sufferre,* quod ad Faciem ſeu Vultum relatum eſt, *Acceptare benevolè. Præterit.* לְפֻרְקָנָךְ סַבְּרִית יְיָ Redemptionem tuam exſpecto Domine, Geneſ.49.18. יָתָךְ סַבְּרִית כָּל יוֹמַיָּא Te exſpectavi omnibus diebus, Pſalm.25.5. וּמְסַבְּרוּ לְפֻרְקָנָא Et qui exſpectarũt redemptionem tuam, Jeſ.40. v.31. אַפֵּי כָהֲנַיָּא לָא סַבַּרוּ Vultum ſacerdotum non acceptarunt, id eſt, honorem ac benevolentiam dignam ipſis non exhibuerunt, Thren.4.16. Si 5.12. *Sic Rabbini ex Hiphil dicunt,* מַסְבִּיר לוֹ פָּנִים Honorifico, ſereno, benigno vultu ipſum acceptabimus, dignum ejus reſpectum habebimus נסביר פנים לדבר ר׳ יוחנן Acceptabimus, amplectemur ſermonem R.Jochanan: לא אסבר להו אפיה Non vertit ad eos vultum ſuum, non aſpexit illos, non dignatus eſt eos aſpectu: כי יהיבנא למר שלמא לא אסבר לן מר אפיה Cùm ſalutaremus Dominum, non vertit Dominus vultum ſuum ad nos: סַבַּרְנָא לִשְׁלָם Exſpectavimus pacem, Jer.8. v.15. סַבַּרְנָא לְדִינָא Exſpectavimus judicium, Jeſa. 59.v.11. דֵּין דְּסַבַּרְנָא בֵּיהּ Iſte in quem ſperavimus, Jeſa.25.9. *Participium,* וּכְמָא דִי מְסַבַּר אֱנָשׁ Et ſicut exſpectat homo, Hoſ.6.9. *Plurale,* דַּהֲוֵינָא מְסַבְּרִין לְמֵימְרֵיהּ Qui fuimus confidentes in verbum ejus, Jeſa.25.9. דִּמְסַבְּרִין לְפֻרְקָנִי Qui exſpectant redemptionem meam, Jeſa.49.23. *Fœmininum,* דִמְסַבְּרָא Quæ exſpectat in diebus æſtatis, 2.Sam.23.v.5. *Imperativus,* וְסַבַּרוּ עַל יְיָ Et ſperate in Domino, Pſal.4.6. *Futurum,* לְמֵימְרִי נַגְוָן יְסַבְּרוּן Verbo meo inſulæ confident, Jeſa.51.5. *Aphel, Præterit. cum Affixo,* אַסְבַּרְתַּנִי Sperare feciſti me, Pſalm.22.10. *Participium,* דִּמְסַבַּר בְּעֻתְרֵיהּ Qui confidit in divitiis ſuis, Proverb.11.28. Sic Prov.14.v.16. *Futurum,* יַסְבַּר יְיָ סְבַר אַפּוֹי לָךְ בִּצְלוֹתָךְ Convertat Dominus elationem vultus ſui ad te in precatione tua Num.6.26. Jonath. Hebr. יִשָּׂא: יַסְבַּר לִי אַפִּין Attollat ad me vultum, id eſt, benevolus erit mihi Jobi 32.22.

סבור *Spes, Exſpectatio:* סְבוּר יִשְׂרָאֵל Exſpectatio Iſraëlis, Hebr. מִקְוֵה, Jerem.14.v.8. סְבוּר אֲבָהָתְהוֹן יְהוָה Et ab exſpectatione Patrum ipſorum Domino, Jer.50.7. סְבוּרָא דְרַשִׁיעֵי Spes improborum, Prov.11.24. *Affix.* וּסְבוּרְהוֹן דְאִלֵּין Et ſpes illorum, Prov.11.7. אֲבַד סְבוּרֵהּ Periit exſpectatio ejus, Ezech.19.5.

סְבוּרָא *Idem:* סְבוּרָא דְעַנְוְתָנֵי Spes humilium Pſal.9.19. ubi Veneta habent סוּבְרָא: *Affix.* פְסַק סְבוּרַנָא Succiſa eſt ſpes noſtra, Ezech.37.11. alii סִבְרָנָא.

סָבְרָא · סְבָבָא · סְבַר *Idem:* וּנְפַר דִּילְמוֹר תְּהוֹבַר Et

... delet ... spes peribit, Jobi 8.13. אִית לְאִילָן סְבַר Est ... ori spes, Jobi 14.7. וַהֲוַת לְמִסְכְּנָא סִבְרָא Fuit adpauperi spes, Jobi 5.16. Veneta מְבָרָא ex forma Pahel. Sic, מְדָלְיָת סִבְרָא Ut non supersit ... Jobi 7. v.6. נִשְׁרֵי בִּסְבְרָא Habitabit, in spe, id ... securè, confidenter, Hebr. בֶּטַח, Prov.1.33. ... בִּסְבְרָא תּוֹתְבִנַּנִי Cum fiducia habitare facies me, ... Psal.4.9. *Affixum*, יוֹבִיד סִבְרֵיהּ Peribit spes ejus, ... 11.7. סְלוֹק עַל יְיָ סִבְרָךְ Projice in Dominum spem tuam, Psalm.55.23. וְהָאן דֵּיכִי סִבְרִי Et ubi est ... spes mea, Jobi 17.v.15. וְסִבְרְהוֹן Et spes ipsorum, Jobi 11.20. Veneta סִבְרַתְהוֹן, ex forma fœminina.

סַבְרוּתָא *Idem*: וְיִסְתַּכְּלוּן בְּסַבְרוּתָךְ Et respicient fiduciam tui, quâ tibi tutò confiditur, Psal.9. v.11. Psalterium, Nebiensis pro וְיִסְתַּכְּלוּן habet ויתכלו Et confident, quomodo etiam legunt Baal Aruch & Elias, & rectè. Pro בְּסַבְרוּתָךְ Regia habent במימרך In verbo tuo, quæ usitata est locutio, & melior priore.

פלא פלח *Pahel* פַּלִּי *Exurere, Expurgare, Tollere, Auferre, Amovere, Removere, Separare, & hac significatione respondet Hebræo* בִּעֵר. *Præteritum,* וְשָׁאוּל פַּלִּי יַת בִּידִין Et Saul removit pithones & ariolos ex terra, 1.Sam.28.v.3. פַּלִּי בַּעֲלֵי דְבָבָךְ Amovit hostes tuos, Heb. פִּנָּה, Soph.3.15. פַּלִּי מִן אַרְעָא Separavit à terra, 1.Reg. 22.v.47. וּפַלִּי נַפְקַת בָּרָא Et abstulit scorta ex terra, 1.Reg.15.12. פַּלִּיתִי מַעְשַׂר קוּדְשָׁא מִן בֵּיתָא Abstuli decimam sanctam ex domo, Deuter.26.v.10. *Futurum,* וַאֲפַלֵּי יַתְכוֹן מִן אַרְעָא Et auferam vos ex terra, 2.Sam.4.11. וְאַתְּ תְּפַלֵּי אָשְׁדֵי דַם זַכַּאי מִבֵּינָךְ Tu autem removebis fundentes sanguinem innocentem è medio tui, Deut.21.9. לָא תְפַלֵּי בַּתְרָךְ Non separabis post te; scilic. olivas, non decuties, auferes eas secundò, Hebr. תְּפָאֵר, Deut.24. v.20. וּתְפַלֵּי עָבְדֵי דְבִישׁ מִבֵּינָךְ Et removebis facientes malū è medio tui, Deut.13.6. וּנְפַלֵּי עָבְדֵי בִישְׁתָּא Et tollemus facientes malum ex Israele, Jud.20. v.13. *Apud Rabbinos & Talmudicos,* לא יפלה את כליו Non expurgabit vestes suas, scilicet à pediculis in sabbatho, Schabbas fol.11.1. אין פולין לאור הנר Non expurgant vestes ad lumen lucernæ sabbathinæ.

II. פַּלִּי *Dijudicare, Discernere, Disquirere: unde Futur.* וִיפַלֵּי בֵּינֵיהוֹן Et dijudicabit inter eos, Hebr. פִּלְלוֹ אֱלֹהִים Judicabit eum magistratus, 1.Sam.2.25. q.d. Tollet; removebit ab eo culpam per judicium. Aliæ editiones habent ex Aphel וְיַפְלֵי.

פְּלָא *Miraculum, Prodigium. Plur.* וְאַעְבַּד פְּלָאִין Et faciam prodigia, Exod.8.18. in Jon. Vide & cap.15.18. in T.Hier.

מַפְלִיא *Mirificans, Mirificus, Admirabilis,* Jesa.9.v.6.

מוּפְלָא *Admirabilis: Summus, Maximus, Excellentissimus:* רופא מופלא Medicus admirabilis, quo nullus magis probatus: במופלא מנך אל תדרוש *Altiora à te ne inquirito,* ובמכוסה ממך אל תחקור *Et quod absconditum est à te, ne investiges,* Talmud Chagiga fol.13.1. quod ibi dicitur scriptum esse in libro Ben Siræ, id est, Syracide. Sic quoque in Bereschit rabba sect.8. Sententia hæc in Syracide Græco sic legitur explicata cap.3.20. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε. *Difficiliora quàm pro te ne quære, & fortiora viribus tuis ne scrutare.* Sic versus 21. Ἃ προσετάγη σοι ταῦτα διανοοῦ, οὐ γάρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν, in eodem loco Talmudico sic expressus legitur, במה שהורשה התבונן ואין לך עסק בנסתרות. Vide Majemon.in More par.1.cap.32. & Ber. rabba sect.8. Ita alibi quoque reperiuntur ejus dicta citata & allegata in Talmud utroque, sub nomine בן סירא, uti ostendit R.Asarias in Meor Enajim cap.2. חכם מופלא Sapiens excellentissimus: מופלא שבבית דין Summus judex, à quo omnes discunt, Sanhedr. fol.87. Horajoth fol.4.2.

פִּלְאָה *emphat.* פִּלְאֲתָא *Interpretatio,* Proverb.1.6. *quomodo respondet Hebræo* מְלִיצָה, *quod sic quidam illic explicant. Intelligitur autem propriè istâ voce Oratio sive Sententia allegorica & parabolica, quomodo præcedit* מַתְלָא *Proverbium, Proverbialis locutio. Est Nomen Syriacum, quod in ipsorum lingua ab initio effertur cum vocali E,* פֶּלְאֲתָא, *ut Matth.24. v.32.* A ficu autem ילפו פלאתא discite parabolam.

Tertiò פַּלִּי *Findere, Discindere, Dividere, Dissecare, Rab.* פלי קורמא דדיותא Discindebat grumos atramenti, scil. exsiccati, Tal. Nidda f.20.1. קא פאלי רמונא Discindebat malogranatum, Sanhedr. fol.108.2. דלמא דפלי ליה ובדיק ליה Fortè diffidit illud (cerebrum) & inspexit, Cholin f.11.1. R. Salom. explicat Gallicè *Partir.* פליה וחזייה Discidit, aperuit eum (libellum divortii) & vidit eum, Bava basra fol.160.2. דפלי פלוה Quod fissum est findendo, Nidda f.21.2. אי כחפלי אתפלוי An findendo fissum sit, an habeat fissuras, Berachoth fol.25.1. *Idem est quod* פָּלַח *Hebraicè, unde authori Aruch deductum videtur, gutturali mutatâ.*

Quartò פַּלִּי *Irridere, Illudere:* מה את מפלה בי Quare irrides me? id est, מַלְעִיג, Beresch. rabba sect.38: למה אפליית בי אמר ליה לא אפליית בך אלא את ממונך id est, Quare irrisisti me? respondit ipsi: Non irrisi te, sed divitias aut pecunias tuas, Tal. Hierosol. Berach. cap.7. Beresch. rabba sect.91.

פיליאות Vide inf. in פרן, in פּוּרְנִי.

פְּלַג פלג *& in Pahel* פַּלֵּג *Dividere, Distribuere, Partiri, Impertiri, Dispertiri, Dimidiare sive in duas partes per medium secare & dividere. Respondet præcipuè Hebræo* חָלַק ,חָצָה *&* בָּתַר. *Rarius ex forma Kal notatum est, & præcipuè in Pahel usurpatur. Præteritum,* פַּלֵּיג לְהוֹן בְּחוּטָא Divisit eis funiculo, scil. terram, Jesa.34.17. וְלָא פַלֵּג לַהּ בְּבִינְתָא Neque impertitus est ei intelligentiam, Job.39. v.17. al.20. וּפַלֵּג יַתְהוֹן בְּשָׁוֵי Et divisit ea æqualiter, Heb.

Heb. וַיְבַתֵּר, Gen.15.10. וּפַלֵּג יַת עַמָּא דִּי עִמֵּיהּ Et distribuit populum qui erat secum, Hebr. וַיַּחַץ Et dimidiavit, in duas partes distribuit, Gen.32.7. וּפַלֵּג לְכָל עַמָּא Et distribuit toti populo, Hebr. וַיְחַלֵּק Partitus est, 2. Sam. 6.19. וּפַלֵּג יַת תְּלָת מְאָה גּוּבְרָא Et distribuit trecentos viros, Hebr. וַיַּחַץ, Jud 7.16. וּפַלְגִנּוּן לִתְלָת מַשְׁרְיָן Et divisit eos in tres exercitus, Hebr. וַיֶּחֱצֵם, Jud.9.43. פַּלְגִית לְכוֹן יַת עַמְמַיָּא Distribui vobis populos, Hebr. הִפַּלְתִּי Fecit ut caderent vobis in hæreditatem, Jos.23.4. דְּלָא פַּלִּיגוּ יַת אַחְסַנְתְּהוֹן Qui non diviserunt hæreditatem suam, Hebr. חָלְקוּ partiti sunt, Jos.18.2. וְיַת אַרְעִי פַּלִּיגוּ Et terram meam distribuerunt, Hebr. חִלֵּקוּ, Joël.3.2. Sic Jos.14.5. וּפַלִּיגוּ לְהוֹן Et diviserunt sibi, 1.Reg.18.v.6. *Participium Kal,* דְּפָלֵיג עִם גַּנָּבָא Qui dividit cum fure, Hebr. חוֹלֵק Partiens, Proverb.29.24. *Ex Pahel,* יְהוֹן מְפַלְּגִין מוֹתַר חוּלָקְהוֹן Erunt dividentes reliquum portionum suarum, Genes.49.27. מְפַלְּגִין בִּזְתָא Divident prædam, Heb. יְחַלֵּקוּ Jud.5.30. מְפַלְּגִין לְבוּשַׁי לְהוֹן Divident vestimenta mea sibi, Psalm.22.19. *Fœmininum,* וּכְנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל מְפַלְּגָא עֲדָאָה Et synagoga Israel dividet spolium, Psalm.22.19. *Infinitivus,* לְפַלָּגָא אַחְסַנְתָּא Ad dividendam hæreditatem, Heb. לַחֲלֹק, Jerem.37.12. מִלְּפַלָּגָא יַת אַרְעָא A dividendo terram, Jos. 19. v.51. *Cum Affixo,* בְּפַלָּגוּתְהוֹן בִּזְתָא In dividendo ipsos, cùm dividunt spolium, Hebr. בְּחַלְּקָם, Jesa. 9.3. *Imperativus,* פַּלֵּג לִישָׁנְהוֹן Divide linguam ipsorum, Hebr. פַּלַּג, Psal.55.10. aliâs rarissimè huic Verbo respondet: פַּלִּיגוּ בִּזַּת בַּעֲלֵי דְבָבֵיכוֹן Partimini prædam inimicorum vestrorum, Jos 22.8. *Futurum,* אֲפַלֵּג בִּזְתָא Dividam prædam, Exod. 15. vers. 9. אֲפַלֵּג לֵיהּ בִּזַּת עַמְמִין Dividam ipsi prædam populorum, Jesa.53.12. אֲפַלְּגִנּוּן בְּיַעֲקֹב Dividam eos in Jacobo, Gen.49.7. וּתְפַלֵּג דִּבְרְתָא Et divides prædam, Numer.31.v.27. וּתְפַלְּגִנּוּן Et divides eos, Ezech.5.1. יְפַלֵּג עֲדָאָה Dividet prædam, Jes.53 12. *Et cum formativo* נ *loco* י *more Syro,* נְפַלֵּג יְרוּתְתָא Dividet hæreditatem, Hebr. יַחֲלֹק נַחֲלָה, Proverb.17.2. נְפַלֵּג יְקָרָא Dividet gloriam, Pro.29.23. תְּפַלְּגוּן יַת אַחְסַנְתָּא Dividetis hæreditatem, 2.Sam. 19.v.29. וּתְפַלְּגוּן יַת אַרְעָא הָדָא Et dividetis terram hanc, Ezech.47.21. וִיהֵי דִּתְפַלְּגוּן יָתַהּ Eritque cùm dividetis eam vobis in hæreditatem, Ezech.47. v.22. כַּחֲדָא יְפַלְּגוּן Pariter partientor, 1.Sam.30.24. יְפַלְּגוּן נִכְסֵי עַמְמַיָּא Divident facultates populorum, Jesa.33.23. וִיפַלְּגוּן יַת כַּסְפֵּיהּ Dividant argentum ejus, וְאַף דְּמֵי מִיתָא יְפַלְּגוּן etiam pecunias mortui dividant, Exod.21.35. וִיפַלְּגוּן יָתַהּ לְשִׁבְעָא חוּלָקִין Et divident eam in septem partes, Jos.18. v.5. יְפַלְּגוּנֵיהּ בֵּין תַּגָּרַיָּא Divident eum inter mercatores, Job. 40.25. *Aphel, Participium,* מִן הוּ דְמַפְלִיג בְּלִישָׁן Magis quàm ille, qui dividit se linguâ, Prov. 28. 23. id est, qui blanditur, & quasi divisâ linguâ loquitur. *Ithpehal, Præteritum,* אִתְפַּלַּג לִבְּהוֹן מִן אוֹרַיְתָא Divisum est cor eorum à Lege, Heb. חָלַק, Hos.10.2. וְאִתְפַּלַּג עֲלֵיהוֹן לֵילְיָא Et divisit se super eos nox, id est, obruit eos nox, Genes.14.15. אֲרֵי בְּיוֹמוֹהִי אִתְפַּלְּגַת אַרְעָא Nam in diebus ejus divisa est terra, Gen.10.25 וּמִנְיַן יַרְחוֹי אִתְפַּלִּיגוּ Et numerus mensium ejus divisus est, Hebr. חֻצָּצוּ decurtabantur, Job.21.21. מִן קֳדָם אַפֵּי יְיָ אִתְפַּלִּיגוּ A conspectu Domini divisi sunt, Thren. 4.16. וְאִתְפַּלִּיגוּ לְכָא וּלְכָא Et divisi sunt hinc illinc, 2.Reg.2.8.v.14. *Participium,* גַּבְרָא דְּמִתְפַּלַּג עַל חַבְרֵיהּ Vir dividens se à socio suo, Proverb.29.5. id est, qui blanditur. & quasi bifidam linguam habet, ut suprà in Aphel. *Futurum,* יִתְפַּלַּג נְהוֹרָא Dividetur lux, Jobi 38. 24. תִּתְפַּלַּג אַרְעָא Dividetur terra, Numer. 26. v. 53. תִּתְפַּלַּג אַחְסַנְתְּהוֹן Dividetur hæreditas ipsorũ, Num.26. v.56. וְלָא יִתְפַּלְּגוּן עוֹד לְתַרְתֵּין מַלְכְוָן Et non dividentur amplius in duo regna, Ezech.37.22.

Secundò, פְּלֵיג · פְּלַג *Contendere, Disceptare, Litigare, Disputare, Dissentire, Dividere se sententiis, divisis esse animis & opinionibus, apud Rabbinos:* פְּלִיגוּ בֵיהּ רַבָּנָן Dissentiunt, Disputant de eo Magistri. פְּלִיגִין Dissentientes sunt, controvertunt: ופליגי אהדדי Et disceptant de eo inter se: ופליגא דשמואל Dissentit R.Samuel, contrarium est sententiæ R. Samuelis: במאי קאמיפלגי In quo, vel, quare, propter quid dissentiunt? Usurpatur, quando indicare quis vult fundamentum & præcipuum controversiæ statum, de quo litigent doctores isti, dum unus id ait alter negat, unus ratum habet, alter irritum, unus concedit, alter vetat, unus mundum pronunciat, alter pollutum. Videamus ergo במאי קא מיפלגי id est, באיזו סברא פליגי in quánam opinione dissentiât? Vide Halichoth olam cap.1.

פַּלְגָא · פְּלַג *Pars, Media pars, Dimidium, Medium:* פְּלַג לְקָבֵל חַבְרֵיהּ Partem quamque è regione alterius, Hebr בִּתְרוֹ, cujus absolutum בֶּתֶר, Genes.15.10. וּפְלַג עִדָּן Et dimidium temporis, Dan.7. v.25. תַּרְתֵּין אַמִּין וּפַלְגָא Duorum cubitorum & dimidii, Exod.25.10. עַד פַּלְגֵּיהּ Usque ad medium ejus, Hebr. עַד חֶצְיוֹ, Exod.38.vers.4. פַּלְגֵּיהּ דְטוּרָא לְצִפּוּנָא וּפַלְגֵּיהּ לְדָרוֹמָא Media pars montis ad septentrionem, & media pars ad austrum, Zach. 14.v.4. פַּלְגְּהוֹן לְקָבֵל טוּרָא דִגְרִיזִין וּפַלְגְּהוֹן לְקָבֵיל טוּרָא דְעֵיבָל Dimidium earum ad montem Gerisim, & dimidium earum ad montem Ebal, Jos.8.33. Zach.14.8. *Plurale,* וִיהַב פַּלְגַיָּא Et disposuit partes, Genes.15.10. וּנְחַת עוֹפָא עַל פַּלְגַיָּא Et descenderunt aves super partes illas, v.11. *Constructum,* דַּעֲבַרוּ בֵּין פַּלְגֵי עֶגְלָא Qui transiverunt per medias partes vituli, Hebr. בֵּין בִּתְרֵי, Jerem.34.19. *Cum*

Affixo, ויעברו בין פלגוהי Et transiverunt inter partes ejus, v.18.

פלגא · פליג *Divisio, Divisum*: ושוו יהבו ית לבהון פליג Ipsique posuerunt cor suum divisum, Heb. לא זר פליג וחוחות retrorsum, 1.Reg.18.37. אחרוראית לבנא Non retrocessit divisione & elatione cor nostrum, Psal.44.19. Regia legunt, פליג וחוח Divisum elationibus, & sic est Participium Pehil: מטורא פליגא A monte divisionis, Jos.11.17. sed sic rectiùs diceretur דפליגא: emphaticum enim Nomen construi solet intercedente ד. Unde posuit meliùs esse Pehil, A monte diviso. *Plur.* אימתי אתון פליגין Quamdiu vos divisi estis in duas partes? 1.Reg.18.21.

פלגה *Divisio, Diversum*: מלכו פליגה תהוא Regnum diversum erit, Dan.2.41.

פלוג *Pars, Distributio*: ופלוג חד Et partem unam, scil. bovis sive carnis, Heb. אשפר, 2.Sam.6. v.19. למישר פלוג דינא In vallem distributionis judicii, Joel.3.2.12.14. Sic appellatur ibi vallis Jehosaphat, à decisione judicii divini, ejusque distributione inter gentes, Vide Genes.14.7. & ibi Junium. *Apud Talmud.* אהדרוה פלוגי ובלי Circumdederunt eum frustis carnis, & scutellis, Joma fol.83.2. secundum Baal Aruch. In nostra Gemara legitur כלני.

פלגותא · פלוגתא *Divisio, Distributio, Partitio: Dissensio, Discordia, Discrepantia, Controversia, Contentio*: ולא בעא למהוי בעיטת דרא ופלוגתא Non cupivit interesse consilio tempore divisionis, sc. linguarum, Genes.10.v.11. in Jonathane: פתגמי פלוגת דינא Res contentionis judicii, id est, de quibus in judicio contenditur, & de quibus discrepantes sunt sententiæ, Deuter.17.8. וית פלוגת קרתא דדוד חזיתון Et divisionem civitatis Davidis vidistis, Hebr. בקיעי Fissuras, Jesa.22.9. מפלוגת עממיא A contentione populorum, Psal.18.44. *Plurale*, ואקימו כהניא בפלגתהון Et constituerunt sacerdotes in distributiones suas, id est, distributas decurias & classes, Esræ 6.18. אמרי בעלי פלוגתנו Dicunt viri dissensionis nostræ, id est, adversarii nostri in fide à nobis dissentientes, nempe Christiani, Aben Esra Jesa.53.13.

פלגות · פלגותא *Dimidium, Medium, Pars dimidia, Divisio*: פלגות יריעתא Dimidium aulæi, Heb. חצי Exod.26.12. עד פלגות מדבחא Usque ad medium altaris, Exod.27.5. פלגות סלעא Dimidium sicli, Heb. מחצית, Exod.30.13. פלגות דמא Dimidium sanguinis, Exod.24.v.6. והוית פלגותא Et fuit dimidium, Num.31.36. כיף פלגותא Petra divisionis, locus ubi divisum est cor regis ad divertendum aliò, 1.Sam.23.28. ופלגות טורא Et dimidium montis, Deut.3.12. בפלגות ליליא In medio noctis, Exod.12.29. Exod.11.4. לפלגות שבטא דמנשה Dimidiæ tribui Menassis, Deuter.3.13. vide & Numer.32.32. מפלגות סלעא De dimidio siclo, Exod.30.15. ומפלגות בני ישראל Et de dimidio filiorum Israel, Numer.31.42. ולא הוה בלבי פלגו Quòd non fuit in corde meo divisio, Genes.22.14. T. Hierosol. *Cum Affixis*, פלגותיה Dimidium ejus, Exod.30.23. פלגותה בצפרא Dimidium ejus manè, Levit.6.13. כפלגותיהון Secundùm divisiones eorum, Hebr. כמחלקתם, Josu. v.23. מפלגותהון E media parte ipsorum accipitote, Numer.31.29. *Plurale*, לתרין פלגון In duas partes, 1.Reg.18.21.

פלגאי · פלגאה *Contentiosus, Rixosus, Adversarius, Disceptator*, qui alteri contradicit, & cum eo in causa aliqua litigat, quem aliâs vocant בעל מריבה, Eruvin fol.61.2. ומקימה פלגאה ניקום Et coram disceptatore assurgemus? nempe honoris causâ, Gittin fol.62.1.

מפליג *Dividens se, Dissentiens, Diversus, qui diversæ est sententiæ*: על כל דבר חולק ומפליג Super omni re partiens & dividens se, qui de omnibus rebus controversias movet: אל תהי מפליג לכל דבר Ne sis dividens te ab omni re, ne omnibus te opponas.

מופלג *Divisus, Divisum, Separatum, Remotum, & sic opponitur ei* סמוך *Propinquum, Conjunctum, Vicinum*: בין סמוך בין מופלג Sive propinquum sive remotum.

דור הפלגה *Divisio, Separatio*: דור הפלגה *Seculum divisionis.* Sic vocant Hebræi tempus, quo divisæ & confusæ sunt linguæ in ædificatione turris Babylonicæ. *Est autem* הפלגה *nomen ex Hiphil, neque* ה *ab initio est* *hajediah, sive articulus.* Vide & paulò post.

Tertiò הפליג *Excedere, Excellere, Excellenter, In excessu vel summo gradu aliquid agere, Summam diligentiam adhibere in re aliqua*: או להפליג בהסתיר הענין הנמשל Aut ad diligentiam adhibendam in absconsione parabolæ argumenti, More in præf. מרה והפליג בעול Rebellavit & excessum fecit in iniquitate, id est, summam iniquitatem, enormc commisit flagitium, More par.1.cap.2. וכשהפליגו בתשובה Et cùm excelluissent in pœnitentia, excellenter, seriò egissent pœnitentiam, Ibid. cap.41. כי אלו הפליג להתשב ולהזהר לא באה שגגה לידו Nam si diligentiam adhibuisset in continendo se & cavendo sibi, non incidisset in errorem, More p.3.cap.41.&c. Hinc, מופלג *Excellens, Præstans, Præclarus*: לא היה מהם מופלג מחבירו Non fuit ullus ex illis præstantior altero, sed omnes æquales, Berachoth fol.43. כיון דאמפליג אפליג Quia ad summam ætatem pervenit, Gittin fol.28.1. מופלג בחכמה Excellentissimus in sapientia: מופלג בזקנה Excellentissimus in sene-

in ſenectute, quem nemo ſenio ſuperat: ודעהו כי מופלג הוא Scito, notato, obſerva hoc, quia præclarum eſt. *Huc referendum fortè*, וְהִפְלִיגָה סְפִינָתָם בַּיָּם Et excelluit navis ipſorum in mari, hoc eſt, in altum mare abiit, Erubh. cap. 4. in princ. Gloſſa; Quando navis elongatur à littore maris, & ingreditur in medium ejus, dicitur והפליגה, & eſt barbarum vocabulum. Vocant enim foſſam maris *Pelagum*. *Sic erit ex Græco* πλαγίζω.

הַפְלָגָה *Hyperbole, modus loquendi à communi uſu diviſus ac ſeparatus:* דרך הפלגה *Hyperbolicè.* *Idem:* דרך גוזמא והפלגה *Exceſſivè & hyperbolicè*, veluti; Turris exſtructa uſque ad cœlum, & ſimilia. Vide in More par. 2. cap. 47. על צד הפלגה הפלגת השקידה בלימוד Exceſſus invigilationis in ſtudio, indefeſſum ſtudium.

פַּלְגוֹנִין *Deliciæ.* Sic interpretantur locum in Aruch.

פלגם *Species ſerici, vel lini, vel lanæ:* אורני פלגם Talm. Hieroſol. Taan. fol. 69 1. Gloſſa explicat פרגוא, quod vide infrà.

פְּלַגְלִיסָא · פַּלְגִיסָא *Scopus, Signum ad jaculandum propoſitum:* ut, וְשַׁוְיַנִי לְפַלְגִיסָא Et poſuit me ſibi in ſcopum, Hebr. לְמַטָּרָה, Jobi 16.12. הֵיךְ פַּלְגַלִיסָא לְגִירָא Sicut ſcopum ad ſagittam, Thren. 3. v. 12. לְמִמְחֵי לִי לְפַלְגַלִיסָא Ad quatiendum mihi ad ſcopum, 1. Sam. 20. 20. Elias לְפַלְגִיסָא, quam lectionem genuinam puto. *Reſpondet Hebræo* מַטָּרָה, *quod eſt à* נָטַר, *quod Chaldæis & Hebræis ſignificat* Cuſtodio, Obſervo, *& à LXX. Græcis per verbum* φυλάσσω *redditur. Unde exiſtimo, hoc nomen originem ſuam ducere à quopiam ejus derivato: ut,* φύλαξ, φυλακίς, *aut ſimili quopiam.* Sic Cant. 1. v. 6. Poſuerunt me נטרה *Cuſtodem*, LXX. reddunt φυλάκισσαν, quod ferè convenit. 1. Sam. 20. v. 20. retinuerunt ſeptuaginta Hebræum מַטָּרָה, quod expreſſerunt ἀματταρί. Aquila autem, τὴν σκοπὴν ἢ φυλακήν.

פִּילָגוֹס *Pelagus, Æquor:* בְּפִילָגוֹס דְיַמָּא רַבָּא In pelagus maris magni, Pſal. 46. 3. Heb. בלב יַמִּים In cor, id eſt, in medium maris. Similis locutio Matth. 18. 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.

פַּלְגִּים *Vervex:* הֵיךְ יְקַר פַּלְגִּיסִין Sicut optimum vervecum à prima ætate impinguatorum, Pſal. 37. v. 20. *Hebræi dictum volunt ſic, quòd ſit quaſi* פלג בם *medius inter arietem & ovem:* alii, *quaſi* פלג נס *Pars craſſa, pinguis.*

פלד פאלודג. Baal Aruch hac voce utitur in דכר primo, & dicit eſſe vocabulum Arabicum, & ſignificare *Cibum præparatum ex ovis, amygdalis & melle.*

פְּלָדָס *Sindon, Linteum:* אִתֵּן לְכוֹן תְּלָתִין פְּלָדָסִין Dabo vobis triginta lintea, Hebraicè סְדִינִים, σινδόνας, Judic. cap. 14. verſ. 12.

פְּלָדְסִין *Marſupia, Loculi:* וּצְּר תַּרְתֵּין כִּכְּרִין דִּכְסַף בִּתְרֵין פְּלָדְסִין Et ligavit duo talenta argenti in duobus marſupiis, Heb. חֲרִטִים, 2. Reg. 5. 23.

* פְּלְהְדְּרִין · פלה Vide infrà in פרה.

פלז פְּלִיזָא *Aurichalcum*, id eſt, נחושת מוזהב, *Æs inauratum*. Citatur in Aruch locus ex Bava kama fol. 113. Sed non reperio.

פְּלַח *Servire, Colere, Operari, Laborare. Præteritum*, פְּלַח לְטַעֲוָתָא Coluit idola, Ezech. 18. v. 11. וּפְלַח יַעֲקֹב בְּרָחֵל שְׁבַע שְׁנִין Et ſervivit Jacob pro Rachele ſeptem annis, Hebr. וַיַּעֲבֹד, & ſic plerumque huic Verbo reſpondet, Gen. 29 20. וּפְלַח יָת טַעֲוָתָא דִּפְלַח אֲבוּהִי Et coluit idola quæ coluit pater ejus, 2. Reg. 21. 21. *Cum Affixis*, וְלָא פַלְחֵיהּ Neque ſervivit ei, 2. Reg. 18. 7. פַּלְחָךְ שִׁית שְׁנִין Servivit tibi ſex annis, Deuter. 15. 18. חֲלָף דִּי לָא פְלַחְתָּא Pro eo quòd non coluiſti Dominum Deum tuum cum lætitia, Deut. 28. 47. הֲלָא בְרָחֵל פְּלַחִית עִמָּךְ Nónne pro Rachel ſervivi apud te, Geneſ. 29. 25. דִּי פְלַחִית יָתָךְ בְּהוֹן Pro quibus ſervivi tibi, Gen. 30. 26. cum accuſativo, ut & Hebræum שרת conſtruitur: ſic, פְּלַחִית יָת אֲבוּכוֹן Servivi patri veſtro, Gen. 31. 6. כְּמָא דִפְלַחִית קֳדָם אֲבוּךְ Sicut ſervivi coram patre veſtro, 2. Sam. 16. 19. דִּי פְלַחְתָּךְ Quo ſervivi tibi, Geneſ. 30. v. 26. 29. פְּלַחְתָּךְ אַרְבַּע עַסְרֵי שְׁנִין Servivi tibi quatuordecim annis, Gen. 31. 41. פְּלַחוּ יָת כְּדָר־לָעוֹמֶר Servierunt Kedorlaomero, Geneſ. 14. 4. בֵּין דִּפְלַחוּ קֳדָם יְהוָה לְדְלָא פְלַחוּ קֳדָמוֹהִי Tam qui coluerant Dominum, quàm qui non coluerant eum, Mal. 3. 18. וּפְלַחוּנוּן Et ſervierunt illis, 2. Sam. 10. verſ. 19. דִּפְלַחוּנוּן Et quibus ſervierunt, Jerem. 8. verſ. 2. וּפְלַחְתּוּן לְטַעֲוַת עַמְמַיָּא Et ſerviiſtis idolis gentium, Jud. 10. 13. עַל דִּפְלַחְתּוּן Eo quòd ſerviiſtis, Jer. 17. 3. וּפְלַחְנָא יָת בַּעֲלַיָּא Et coluimus Baalim, Jud. 10. 10. *Participium*, גְּבַר פָּלַח בְּאַרְעָא Vir laborans in terra, id eſt, colens terram, agricola, Geneſ. 4 2. דְּאַנְתְּ פָּלַח לֵהּ בִּתְדִירָא Cui tu ſervis jugiter, id eſt, quem colis, Dan. 6. 17. דְּפָלַח בְּאַרְעֵיהּ יִסְבַּע לַחְמָא Qui colit terram ſuam, ſaturabitur pane, Proverb. 12. 11. דְּפָלַח בְּקַיְטָא Qui laborat in æſtate, Proverb. 10. 5. *Plurale*, לֵאלָהָךְ לָא פָלְחִין Deum tuum non colunt, Dan. 3. 12. דַּהֲוֵיתוּן פָּלְחִין לְטַעֲוָתָא Qui fuiſtis colentes idola, Jerem. 17. 3. וּמִדְּפָלְחִין Et ab iis qui colunt, Jeſa. 28. v. 21. *Conſtructum*, וּפָלְחֵי בֵּית אֱלָהָא דְנָה Et cultores domus Dei hujus, Eſræ 7. 24. פָּלְחֵי טַעֲוָתָא Cultores idolorum, Deut. 28. 36. כָּל פָּלְחֵי בַעֲלָא Omnes cultores Baal, 2. Reg. 10. 21. פָּלְחֵי כִתָּנָא Operatores lini, Jeſa. 19. 9. כָּל פָּלְחֵי פַסְלָא Omnes cultores ſculptilis, Pſal. 97. v. 7. וַאֲמַר לְפָלְחֵי בַעֲלָא Et dixit cultoribus Baal, 2. Reg. 10. 23. *Cum Affixis*, וְכָל פָּלְחוֹהִי Et omnes cultores ejus, 2. Reg. 10. verſ. 19. *Infinitivus*, למפלח

למפלח ית ארעתא Ad colendum terram, Gen.2.5. למפלח ית נבוכדנצר Ad ſerviendum Nebucadnezari, Jerem. 28.v.14. ולמפלח קדם יהוה אלהך Et ad colendum Dominum Deum tuum, Deut.10.12. מלמפלח לכסדאי Ne ſerviatis Chaldæis, Jerem. 40. v.9. *Cum Affix.* מלמפלחנא Ne ſervirent nobis, Exod.14. v.5. למפלחך Servire tibi, Job.39.v.12. למפלחיה Ad ſerviendum ipſi, Jerem.27.verſ.6. למפלחיה Ad colendum eum, Gen.2.15. למפלחהין Ad colendum ea, ſcilic. טעות idola populorum ſive gentium, Deuter.28.14. *Imperativus*, אזילו פלחו Ite, ſervite, Exod.5.18. פלחו קדם יהוה ברחלא Servite coram Domino cum timore, Pſalm.2.11. *Futurum*, קדם מן אנא אפלח Coram quo ego ſerviam, 2.Sam.16.19. ואפלח קדם יהוה Et colam Dominum, 2.Sam.15.v.8. אפלחנך שבע שנין Serviam tibi ſeptem annos, Geneſ.29.v.18. וית אחוך תפלח Et fratri tuo ſervies, Geneſ.27.40. דתפלח עמי Quo ſervies apud me, Geneſ.29.27. ותפלח תמן לעממא Et ſervies ibi populo, Deut.28. v.36. כרמין תצוב ותפלח Vineas plantabis, & coles, Deuter.28.38. ותפלח ית בעלי דבבך Et ſervies hoſtibus tuis, Deuter.28.48. דתפלח עמי Quo ſervies mihi, Geneſ.29.27. ותפלחנני מגן Servies mihi gratis, Geneſ.29.15. ולא תפלחנון Neque coles ea, Exod.20.5. ותסגד להון ותפלחנון Et incurves te illis, & colas ea, Deut.4.19. ופולחנא לא יפלח Et ſervitutem non ſerviet, Numer.8.26. id eſt, miniſterium ipſis non ampliùs præſtabit. ולא יפלח עוד Neque ſerviet ampliùs, Numer.8.25. ויפלח קדמי Et ſerviat mihi, colat me, Exod.4.23. ויפלחנך שית שנין Et ſerviat tibi ſex annis, Deut.15. v.12. יהוא יפלחניה סגי Jehu ſerviet ei plurimùm, 2.Reg.10.18. ויפלחה ויתיב בה Et colet eam & habitabit in ea, Jerem.27.11. מה נפלח קדם יהוה Quomodo colemus Dominum, Exod.10.v.26. ונפלח ית מצראי Et ſerviamus Ægyptiis, Exod.14. verſ.12. ונפלחנך Et ſerviemus tibi, 1.Sam.11.v.1. ומא דין נפלחניה אנחנא Quorſum ſerviremus ipſi, Jud.9.28. ונפלחנין Et colemus ea, Deuteron.13.3. בהון תפלחון Iis ſervietis, Levit.25.46. לא תפלחון ית מלכא דבבל Non ſervietis regi Babyloniæ, Jerem.27.9. ותפלחון ית טעות עממיא Et coletis idola gentium, Deut.11.16. ולא תפלחונון Neque coletis ea, Joſ.23.7. די לא יפלחון Qui non colunt, Dan.3.28. ויפלחון בנכסת קודשין Et colent eum ſacrificiis ſanctis, Jeſa.19.21. דיפלחון בהון Quibus ſervient, Gen.15.14. יפלחונני Colent me, 2.Sam.22.v.44. יפלחונך עממין Servient tibi populi, Geneſ.27.29. ויפלחונך Et ſervient tibi, Deuter.20.11. ויפלחוניה Et ſervient ei, Jerem.28.14. *Ithpehal, Præteritum*, די לא אתפלח בה Quâ nondum ſervitum vel laboratum eſt. Deut.21.3. דאתפלח בך Quâ ſervitum eſt per te, Jeſa.14.3. *Participium* juxta ſignificationem Hebraicam, מתפלחין Diſſecant, diſſindunt ſe, Hebr. תפלחנה, Job.39.6. *Futurum ex prima ſignificatione*, דלא יתפלח ביה In quo nihil laboratum eſt, a[illegible] qui antea non fuit cultus, Deuter.21.4. וארעא דהות צדיא תתפלח Et terra, quæ fuerat vaſta, coletur, Ezech.36.34. ותתפלחון ותזדרעון Et colemini & ſeminabimini, Ezech.36.9. *Pahel, Participium*, דהוא מפלח ביה Quo ſerviebat ei, Jeſa.9.5. ודמפלח בקרתא Et qui ſervit vel miniſtrat in urbe, Ezech.48.19. *Plurale*, דמפלחין בהון Qui ſerviunt per ipſos, id eſt, qui ſervitutem exigunt ab ipſis, ex ipſorum manu liberabo eos, Ezech.34.27. למפלחין בקרתא Servientibus, miniſtrātibus in urbe, Ezech.48. *Conſtruct.* ומפלחי צדקתא ישקטון Et operantes juſtitiam quieſcent, Jeſa.32.17. *Aphel, Præteritum*, אפלח ית משריתיה פלחן רב Servire fecit exercitum ſuum ſervitutem magnam, Ezech.29.v.18. על פלחנא דאפלח עלה De ſervitute quam impoſuit ei, ibid. ואפלחו מצראי ית בני ישראל בקשיו Et ſervire fecerunt Ægyptii filios Iſrael duriſsimè, Exod.1. v.13. דאפלחו בהון בקשיו Quâ ſervitute uſi ſunt in eos duriſsimè, Exod.1.14. *Participium*, ארי הוא מפלח בכל עבר פרת Nam ipſe ſervitutem impoſuerat in omnem regionem trans Euphratem, Hebr. רדה Dominabatur, quomodo & verbum Chaldæum interpres Latinus explicat, 1.Reg.4. v.24. די מצראי מפלחין בהון Quòd Ægyptii ſervire faciunt eos, Exod.6.5. מן קדם מפלחיהון Ab iis qui ſervitutem exigunt ab eis, Hebr. מפני נגשיו Propter exactores ipſorum, Exod.3.7.

פולחנא · פולחן *Servitus, Cultus, Miniſterium, Opus:* ית פולחן משכן זמנא Miniſterium tentorii conventus, Numer.18.v.21. פולחן רב Servitute magnâ, Ezech.29.18. ובכל פולחנא בחקלא Et in omni opere agri, hoc eſt, agreſti, in omni ſervitute ruſtica, Exod.1.14. ויהבו עלנא פולחנא קשיא Impoſuerunt nobis ſervitutē duram, Deut.26.6. ואפלחו ית חייהון בפולחנא קשיא Et ſervire fecerunt vitam ipſorum ſervitutem duram, Exod.1.14. לפולחנא Ad miniſterium tentorii conventus, Numer.4.35. מעיק רוח ומפולחנא Præ anguſtia animi & præ ſervitute dura, Exod.6.v.9. *Cum Affixis*, גבר גבר על פולחניה Unumquemque ad miniſterium ſuum, Numer.4.19. שלימו יומי פולחני Impleti ſunt dies ſervitutis meæ, Geneſ.29.21. את ידעת ית פולחני Tu noſti ſervitutem meam, Geneſ.30.v.26. ואתון שבקתון פולחני Vos autem deſeruiſtis cultum meum, Judic.10.13. עמא דין אתקנית לפולחני Populum hunc aptavi ad cultum meum, Jeſa.43.21. חלף פולחנהון Pro miniſterio ipſorum, Numer.18.21. לענאיהון בפולחנהון Ad affligendum eos in ſervitute ſua, Exod.1.11. וחזא בפולחנהון Et vidit ſervitutem eorū, Exod.2. verſ.11.

verſ.11. Heb. בְּסִבְלֹתָם Onera eorum: וְאֵשֵׁיזֵב יָתְכוֹן מִפּוּלְחָנְהוֹן Et liberabo vos ex ſervitute ipſorum, Exod.6.6. חֲלַף פּוּלְחָנְכוֹן Pro miniſterio veſtro, Numer.18.31. לָא אִתְמְנַע מִפּוּלְחָנְכוֹן Non prohibitum eſt de ſervitute veſtra vel tantillum, Exod.5.verſ.11.

פּלְחָנוּת *Idem*: פּוּלְחָנוּת אַרְעָא Cultura terræ, Eccleſ.5.8.

פּוּלֵחַ *Agricola, Rusticus, cultor terræ*: דרכן של פולחים לובשין סנדלין מסומרין Mos agricolarum ſive ruſticorum eſt, portare calceos clavatos, Aruch ex Jelammedenu: פּוּלֵחַ וּפָגָן Ruſticus & paganus.

II. פְּלַח *Diſſecare, Findere, Diffindere, & ſic affine eſt Verbo* פָּלַג, *unde Judic.9.v.53. Hebræum Nomen* פֶּלַח *Fragmen, Chaldaicè transfertur* פַּלְגוּת, *& ſic 2.Sam.11.21. Participium,* כְּמָה גְבַר דְּפָלַח וּמְבַזַּע בְּכַרְדָּא בְּאַרְעָא Sicut vir qui findit (ligna) & ſcindit palis terram, Hebr. פלח, Pſal.141.7. *Participium, Itpehal,* בְּגִיחוֹן מִתְפַּלְחִין Propter pullos diffindunt ſe, ut ſcil. eos edant ſive pariant, Job.39.v.6.al.3.

פַּלְחָא · פִּלְחָ *Fragmen, Segmentum, Fruſtum: Meta, lapis molaris inferior*: הֵיךְ פַּלְחָא אַרְעִיתָא Sicut lapis-molaris inferior, Hebr. כְּפֶלַח תַּחְתִּית, Jobi 41.15. *Quod alii ſcribunt, etiam* Colum *ſignificare, id vitioſum videtur: nam in Ber.rab ſect.56. unde citatur legitur* פֶּלֶךְ *per Caph in fine, quod ejus ſignificati eſt. Pluraliter,* כָּל פִּלְחֵי וַלְדָא Omnes ſectiones uteri, Hebr. פֶּטֶר רֶחֶם Apertura uteri, id eſt, primogenitum, quod uterum primò ſecat & findit, Exod.34.v.19. in Targum Hieroſol. *Apud Talmudicos,* פלחי דבילה Fruſta ficuum, Demai cap.5.

פְּלַט *Vomere, Evomere, Expuere, Ejicere, quomodo reſpondet Hebræo* קוא: *Præteritum,* וּפְלַט יָת יוֹנָה לְיַבֶּשְׁתָּא Et exſpuit Jonam in aridam, Hebr. וַיָּקֵא Et evomuit, Jon.2.11. וּפְלַטַת אַרְעָא יָת דָּיְרָהָא Et evomuit terra habitatores ſuos, Lev.18.v.25. הֵיכְמָא דִּפְלַטַת יָת עַמָּא דְּקֳדָמֵיכוֹן Sicut evomuit populum, qui fuit ante vos, Levit.18.28. *Participium,* וְהַוָת עֲנָנָא פָּלֵיט יָתֵיהּ Et fuit nubes exſpuens eam, Deuter.25.18. in Targ.Hieroſ. nempe tribum Dan, poſteriore loco proficiſcentem, quæ cùm idolum ſecum tranſportaverit, nubes eam non protexit, ſed exſpuit, & cædi hoſtium expoſuit, ut Targum ibi tradit. *Futurum,* יִפְלְט יָתֵיהּ Evomet illam, Hebr. יְקִיאֶנּוּ, Job.20.15. In Venetis notatum eſt ex Pahel יְפַלֵּט, ſed videtur melius eſſe ex Kal. וְלָא תִפְלוֹט אַרְעָא יָתְכוֹן Et non evomat terra vos, Levit.18.28. in Targ. Hieroſ. Sic Levit.20.22. in Targum Jonathanis.

Apud Talmudicos: נדה שפלטה שכבת זרע Menſtruata quæ ejicit ſemen, Berachoth cap.3. in Miſchna. Sic, נכרית שפלטה שכבת זרע, Mikvaoth cap.8. Vide & R.Salom. ad Exod.19.15. כל מידעם לָא תפלוט קמי רבך Nihil quicquam ejicies (i.e. exſpues ex ore tuo) coram Præceptore tuo, Nedar. fol.49.2. Nam in Eruvin fol.99.1. ſcriptum eſt, הרק לפני רבו חייב מיתה שנ׳ וכל משנאי אהבו מות *Qui exſpuit coram Magiſtro ſuo, reus mortis eſt,* ſicut dicitur; *Omnes odio habentes me, diligunt mortem,* Prov.8.36.

II. פְּלַט *Liberari, Eripi, Evadere. Particip.* וּפָלֵיט צַדִּיקָא מִן עָקְתָא Et evadens eſt, ſive evadit, liberatur juſtus ex anguſtia, Prov.12.13. *Hinc accipi poſſit & illud,* ומודרקא דפלטה סכינא Et caro mortua, quam eripit culter, ſcil. ex vulnere, Job.13.4. quod abeſt ex Regiis. Poſsit & legi דְּפַלְחֵיהּ Quam exſecuit vel excidit. Vix aliâs in Targum hoc uſu invenias.

פְּלַטְיוּתָא · פַּלְטְיוּת, פְּלַטְיָא *Latitudo: Platea, à Latitudine dicta*: וּפַלְטְיוּת מַיָּא Et latitudo aquarū, Hebr. רֹחַב, Job.37.10. אֲרוּם בִּפַלְטְיוּת קַרְתָּא נְבִית Nam in platea urbis dormiemus, Geneſ.19.2. in Targ.Hieroſ. Hebr. בָּרְחוֹב In platea: מִן פַּלְטְיוּתַהּ De platea ejus, Hebr. מֵרְחֹבָהּ, Pſal.55.12. *Græcè* πλατὺς *Latus, Amplus.*

פְּלַטִּיתָא *Idem, quod meliùs legeretur* פְּלַטְיוּתָא, *ut præcedens: vel* פלטיתא *emphaticè à* פְּלַטְיָא: ut, פְּלַטִּית גַּלְלֵי יַמָּא Latitudinis fluctuum maris, Jobi 30.v.14. בִּמְצַע פְּלַטִּיתָא In medium plateæ, Hebr. אֶל תּוֹךְ רְחֹבָהּ In medium plateæ ejus, unde rectiùs eſſet פְּלַטִּיתַהּ cum affixo, Deut.13.17. in Jon. *Plurale,* וַחֲזַרוּ בְּקִרְוִין וּבִפְלַטְיָא Et digreſsi ſunt per urbes & plateas, Cant.3.2. לִפְלַטְיָן קַרְתָּא רַבְּתָא Ad plateas urbis maximæ, Numer.22.39. in Targ. Jonath. ובפלטייתא Et in plateis, Geneſ.42.v.6. in Jonath. בפלטיתנא In plateis noſtris, Hebraicè מִלְמֵיהַךְ לְרוּהֲצַן בִּפְלַטְיָתְנָא, ברחבתינו, Pſal.144.v.14. Ne eamus ſecurè in plateis noſtris, Thren.4.v.18. Hinc pro רחבת urbis nomine, פְּלַטִּיתָא in Targum Hieroſ. & Jonathane. *Apud Rabbinos,* פלטיא זו רחבה ד׳ אמות Platea hæc lata eſt quatuor cubitos.

Baal Aruch adducit hîc quoque פלטיא pro מנוחה *Requie*, ex Peſikta, & addit, alios libros habere אספלטיא.

פלטומיא *Cætus, Conventus, Conſiſtorium*, Schemoth. rabba ſect.30. Sic explicatur in Gloſſa, quamvis dubiè. Philippus Aquinas explicat *Certamen, Pugnam ferarū quæ joci causâ inſtituitur.*

פַּלְטִין · פַּלְטִין *Palatium, Palatia*: אִשְׁתְּנִי זִיו פַּלְטִין בחיר Mutatus eſt ſplendor palatii electi, Thr.4.1. וְאִדַּבְרַת אִתְּתָא לְפַלְטִין דְּפַרְעֹה Et ducta fuit mulier iſta in palatium Pharaonis, Geneſ.12.15. in Targum Hier. ubi Jonathan habet לְבֵית מַלְכוּתָא In domum regiam Pharaonis: וְאוֹתִיבַת יָתְהוֹן בְּפַלְטִין

Et collocavit eas in palatio, Hebr. בֵּית מַלְכוּת In domo regia, Esth.1.9. in secundo Targum: לְבֵית מַלְכוּתָא לְפַלְטִין In domum regiam in palatium, Esth.2.16. in eodem Targum. דִיתְבָא בְפַלְטִין דְמַלְכָּא Quæ manebat in palatio regis, Esth.2.v.19. in eod. Targ. Hebr. בְּשַׁעַר הַמֶּלֶךְ In porta regis: & sic sæpiùs in hoc Targum & apud Rabbinos: בָּתֵּי מִדְרָשִׁין וּפַלְטִין Scholas & palatia, Gen.47.27. Jonath. מגסטאר פלטין Magister palatii, Vajikra rab. sect.28. *Scribitur & cum* א *in medio* פלאטין.

פַּלְטִיאָנִי *Palatinus. Plural.* פַּלְטִיאָנֵי *Palatini, Aulici, magnates in palatiis habitantes*, Ruth.1.v.2. in Midrasch. Vajikra rabba sect.2. In Medr. Sam. sect.1. פלאטיני. Postellus explicat πλατύνη, h. e. *Dilatationem.*

פליטון Vide in פלי.

פַּלְטָאנוּס *Platanus, montis in Samaria nomen, quem montem Gerizim quidam esse putant*, Beresch. rab. sect.32. Medrasch Schir cap.4.v.4.

פוליטיקון *Politicum*: unde, מפני שהוא מאכל פוליטיקון Propterea quia est cibus politicus, hoc est, urbanus, civilis, quo homines delicatiores in urbibus habitantes vescuntur, non rustici, Talmud Truma cap.2. Alii legunt פוליטיקים *Politicorum.*

פַּלְטֵירִין פַּלְטֵיר *Palatium, & apud Rabbinos plur.* פַּלְטֵירִיוֹת *Palatia*: מִנְטְרֵי פַּלְטֵירָא Ex custodibus palatii, Esth.2.21. עַד קֳדָם פַּלְטֵירָא דְמַלְכָּא Usque ante palatium regium, Esth.4.2. vide & vers.6. אִטַּלְטָלוּ מִפַּלְטֵרֵיהוֹן Transportati sunt ex palatiis suis, Psal.68.13.

פַּלְטוּרִין *Palatia*: וְאַתְקֵנְתְּ שׁוּקִין וּמַנִּית פַּלְטוּרִין Disposuisti vicos, constituisti palatia, Ezech.23.40. *Græcè* πλινθίον *dicebatur locus, palatium, ubi considebant magistratus Athenis.*

פַּלְטַר *Proxeneta panis, emens panem à pistore & rursum vendens*, Talm. Demai capite 5. מוליכין עמו פת לפלטר Deferunt cum eo panem ad pistorem minorem, qui scil. non coquit, sed emit ac vendit panem, Talm. De idololatria fol.55.2. *Videtur esse ex Græco* πρατὴρ *Venditor, R & L, ut aliâs, inter se commutatis.* Legitur & in Talmud Jerusch. Schekalim cap.ult. Scheviith cap.7.

פוליטריכון *Species herbæ*, Talm. Hieros. Schab. cap.14. *Est Polytrichon vel Polytricha*, de qua vide Plin. lib.22. cap.21. & lib.25. cap.11

פלי

פַּלְיָא בַּיָּארֵי *Aviculæ vel locustæ nomen, quæ aliàs vocatur* צִפּוֹרֵת כְּרָמִים *Avicula vinearum*, Talm. Schab. cap.9. in fine. Glossa aliter ibi legit, transpositis literis, פֵּילֵי בָּיְרֵי *Avicula vel Locusta sylvestris.* Aruch citat hîc, & Elias in ordine פל, ex Targum Hierosolymitano Lev.11. v.30. pro Hebræo וְהָאֲנָקָה, quod Locustæ speciē denotat, וּפַלְיְתָא, vel juxta alios libros, וּפַיְלָא, quam lectionem & R. Salom. in antè citato loco Talmudico adducit.

פילייטון *Balsamum, Foliatum, Unguentum foliatum*: צלוחית של פלייטון Vasculum balsami, Schab. fol.62.1. Sanhed. fol.108.1. Kelim cap.ult. Jalkut fol.244.3. Vide suprà פילן in ordine פל.

פְּלִיוֹן *Pallium, Calyptra, Velum capitis muliebris*, Talm. Kelim cap.29. אנפליא ופליניא Socci & pallia ex sindone, Nedar. fol.55.2. *In Aruch scribitur per Samech* פליוס, *quasi sit Pileus.* Sic legitur in Medrasch Tehillim alicubi. Et in Talm. Hier. Schab. cap.16. פיליון πιλίον.

פֶּלֶךְ

פֶּלֶךְ *Tractus, Regio, Provincia*: כָּל בֵּית פֶּלֶךְ טְרַכוֹנָא Omnem regionem provinciæ Traconæ: Deut.3.4.13. Sic 1.Reg.4.13. לְפֶלֶךְ וּפֶלֶךְ Ad unamquamque provinciam, Hebr. אֶל מְדִינָה וּמְדִינָה, Esth.1.22. *Plurale*, תְּלָתָא פִּלְכִין Tres tractus, Hebr. שְׁלֹשֶׁת הַנָּפֶת, Josuæ 17.v.11. מְאָה וְעֶשְׂרִין וְשִׁבְעָ פִּלְכִין Centum & viginti septem provinciæ, Esth.1.1. & 8.9. *Emphat.* עַל כָּל פִּלְכַיָּא וּפִלְכַיָּא Super omnes & singulas provincias, Esth.3.v.11. שְׁבוּק כַּרְגָּא לְפִלְכַיָּא Remissionem tributi provinciis fecit, Esth.2.18. *Construct.* לְכָל פִּלְכֵי מַלְכָּא In omnes provincias Regis, Esth.4.v.11. וּבְפִלְכֵי דוֹר מַעַרְבָא Et in tractibus Dori versus occidentem sive mare, Hebr. וּבְנָפוֹת דּוֹר, Jos.11.12. בֵּינֵי פִּלְכֵי עַמְמַיָּא Inter provincias gentium, Cantic.2.2. *Aff.* רַבְנֵי פִלְכָהָא Principes provinciarum ejus, Hebr. פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ, Jesa.19.13. *Apud Talmudicos*, מושיבין מלמדי תינוקות בכל פלך ופלך Constituūt pædagogos in singulis provinciis, Bava basra fol.21. Sic, אתה מושיב בתי דינין בכל פלך ופלך Cōstitues δικαστήρια in unaquaque provincia, Maccos fol.7.

Secundò, פֶּלֶךְ · פִּלְכָּא *Baculus, Scipio: Colus, de quo mulieres fila ducunt, apud Rabbinos.* Item *Fusus*, ein Spindel: מַחֲזִיק בְּפֶלֶךְ Sustinet se scipione, 2.Sam.3.29. in Hebræo: אין חכמה לאשה אלא בפלך *Non est sapientia mulieri nisi in colo.* Quippe extra colum & domestica, si vulgaris mulier alia tractet, errat & labitur pessimè, aut ineptit. *Sic Hebraicè*, וְכַפֶּיהָ תָּמְכוּ פָלֶךְ Et manus ejus tractant colum, Prov.31.19. *Apud Talmudicos*, אפילו על פלכה ועל עיסתה Etiam apud colum & massam ejus, hoc est, cùm colum tractat, aut massam subigit, Ketubh. cap.9. in Misna: חדא ידעא אפיא ובשולי וחדא ידעא פילכא ונולא Una sciebat exquisitè coquere & cibos præparare: altera erat perita coli & telæ, Bava bathra fol.13.2. הב לי פלכאי Da mihi colum meam, Sanhed. fol. 95. לאה תפסה פלך הודיה *Leah apprehēdit colum gratiarum actionis vel celebrationis*, hoc est, convertit se ad laudes gratiarum actionis, ita ut hæ fuerint ejus quasi opificium, Ber. rab. sect.71.

פְּלַךְ *Fila ducere de colo, Nere*, Spinnen. *Apud Talmu.*

Talmudicos, איתתא בהדי שותא פילכא Mulier cũ sermone colum tractat, Megilla fol.14.2.

פלכין *Securis. Corruptum est* πελέκυς, *unde* מהו כחנמל יורד כפלכין וקוצץ את האילנות Quid est quod dicitur כַּחֲנָמַל, Psal.78.47? descendit ut securis, & cædit arbores, in Jelammedenu. *Scribendum* פלכין *per Sajin, aut Samech in fine.* Vide & infra in פלק.

פלכין *Rotæ*, גלגלים. Sic ponit Aquinas, & citat ex Zohar. Sed illic reperio pro eo פולסין.

* פלל · פלפל · פלפול Vide suprà in פול.

פלל

פלל, הִתְפַּלֵּל *Precari, Orare, Hebr. quod Chaldaicè transfertur per* צְלָה, *ut suo loco videre est.*

תפלא · תפלין *Precatio, Oratio.* Apud Rabbinos ulteriùs est *Precatorium, Oratorium: Plurale,* תְּפִלִּין *gen. fœmin. Est autem lorum coriaceum duplex, quod precaturi sibi alligant, unum circa caput, alterum brachio sinistro. Illud appellatur* תפלין של ראש, *hoc* תפלין של יד. *In ejus medio est* בית *cellula, cui inclusa est membranula, continens inscriptos hos quatuor versiculos Scripturæ :* Sanctifica mihi omne primogenitũ, quicquid aperit vulvam inter Israëlitas, ex hominibus & ex jumentis, meum enim est, Exod.13.2. *Item,* Eritque cùm introduxerit te Dominus in regionem Chanaan, &c. ibid. vers.5. *Item,* Audi Israël: Dominus Deus noster Dominus unus est, Deuter.6.4. *Item,* Erit itaque si auscultando auscultaveris præceptis meis, quæ ego præcipio vobis hodie, diligendo Dominum Deum vestrum & colendo eum ex toto corde vestro, & ex toto animo vestro, &c. Deuter.11.v.13.14.15. *Cellula ista in Oratorio capitis distincta est in quatuor* בתים *cellulas alias, quibus singulis una membranula convoluta includitur. Hæc cellula arctè consuitur. Lora utrinq; ex hac cellula exeuntia, vocantur* רצועות. *Hæc Tephilla alligatur circa caput, ita ut cellula sit in media fronte, ubi pili desinunt, ut sit quasi ante oculos. Altera, quæ manui applicatur, alligatur brachio sinistro, ubi manui jungitur, quòd ea pars vicinior est cordi, & sic preces judicentur magis ex corde proficisci, aut cor in precibus magis afficiatur & ardeat. In Veteri Testamento Exod.13.16. Deut.6.8. Heb. vocantur* טֹטָפֹת, *pro qua voce Onkelus habet* תפלין. *Sic Jonathan ibidem. Locus capitis & manus, ubi ligatur, designatur à Jonathane* Exod.13.9. ubi scribit: וִיהֵי לָךְ נִסָּא הָדֵין חֲקִיק וּמְפָרַשׁ עַל תְּפִלַּת יְדָא בְּגוֹבְהָא דִּשְׂמָאלָךְ וּלְדוּכְרָן חֲקִיק וּמְפָרַשׁ עַל תְּפִלַּת רֵישָׁא קְבִיעָא בְּלָקֳבֵל עֵינָךְ בְּגוֹבְהָא דְּרֵישָׁךְ Eritq; tibi signum miraculosum hoc sculptum & explanatum in Tephilla (oratorio) manus, in altitudine (superiore parte) sinistræ tuæ, & in memoriale sculptum & explanatum in Tephilla capitis, ligatâ è regione oculorum tuorum in superiore parte capitis. *Et vers.16.* Et erit in signum sculptum & explanatum super manum sinistram tuam, וּלְתְפִלִּין בֵּין רִיסֵי עֵינָךְ & in Tephillin inter angulos oculorum tuorum. *Et Deuter.6.8. in Onkelo :* Ligabis ea in signum super manum tuam, וִיהוֹן לִתְפִלִּין בֵּין עֵינָךְ Eruntque in Tephillin inter oculos tuos. *Jonathan :* Et ligabis ea in signa scripta in manu tua sinistra, eruntque in Tephillin super cerebro tuo, è regione oculorum tuorum. *Item,* דִּי אֲנָא קָטַרְנָא תְּפִלִּין בְּיַד שְׂמָאלִי וּבְרֵישִׁי Quæ ligo Tephillin in manu sinistra mea & in capite meo, Cantic.8.v.3. וּלְאַחָתָא תְּפִלִּין עַל יְדֵיהוֹן וְעַל רֵישֵׁיהוֹן Et demittere Tephillin super manus ipsorum & super capita ipsorum, Esth.8.v.16. מִן לְעֵילָא דִּתְפִלָּא דְרֵישָׁא A' superiore parte Tephillæ capitis, Exod.39.v.31. Jonath. *Rursus in Jonathane :* Et ponetis verba mea ista super cor vestrum, & super animam vestram, & alligabitis ea, כַּד הִנּוּן כְּתִיבִין עַל תְּפִלָּא cùm fuerint scripta super Tephillam, in signum super altitudinem manus vestræ sinistræ, וִיהוֹן לִתְפִלִּין eruntque in Tephillas è regione cerebri inter oculos vestros, Deuter.11.18. *In Novo Testamento, quæ Græcè dicuntur* φυλακτήρια, *Syrè vocantur* תְּפִלִּין *: unde,* כפתין גיר תפליהון Dilatant enim phylacteria sua, Matth.23.5. *Quòd Tephillæ capitis super quatuor membranulas distinctas scribantur, & distinctis cellulis includantur, tradit Majemon Parte primâ, De Tephillin, capite 2. his verbis :* כיצד כותבין את התפלין של ראש כותבין ארבע פרשיות על ארבע קלפין וגוללין כל אחד ואחד לבדו ומניחין אותם בארבעה בתים שהן מחוברין בעור אחד id est, Quomodo Tephillæ capitis scribuntur? Scribunt quatuor istas sectiones Scripturæ sacræ super quatuor membranas, & convolvunt singulas separatim, imponuntque eas quatuor cellulis consutis in corio uno. *At Tephillæ manuum aliter ;* nempe, ושל יד כותבין אותן הד׳ פרשיות בארבעה דפין על קלף אחד וגוללין כמין ספר תורה מסופו לתחלתו ומניחו בבית אחד Tephillas manuum quod attinet, scribunt istas quatuor sectiones in quatuor paginas in membrana una, convoluntque in modum libri Legis à fine ad initium ejus, & imponunt cellulæ uni. Hæc ibi. *Intellige, quamq; sectionem scribendo distingui ad formam paginæ libri, ut una membrana distinctis paginis scribatur. Pluraliter utroque genere dicitur,* תפלין פסולות & תפלין פסולין Tephillæ prophanæ, illegitimæ. *Vide universam de his doctrinam in Majemone, & Schulchan Aruch Parte primâ Orach chajim, Synagog. Judaic. cap.4.* Cæterùm de Precatione legitur in Deuter. rab. sect. 23. in principio : *Decem nomina precum sunt, &c.* תְּפִלָּה בְּלֹא כַּוָּנָה כְּגוּף בְּלֹא נְשָׁמָה *Precatio sine intentione est sicut anima absq; corpore.* Sic, עִיקַּר הַתְּפִלָּה

כַּוָּנַת הַלֵּב *Præcipuum in precatione est intentio*, Aben Esra, Psalm. 78. Item, כָּל הַמַּרְבֶּה בִּתְפִלָּתוֹ נַעֲנֶה *Quicunque multiplicat orationem suam, exauditur.* Item, טוֹב מְעַט תַּחֲנוּנִים בְּכַוָּנָה מֵהַרְבּוֹת בְּלֹא כַוָּנָה *Meliores sunt orationes paucæ cum intentione, quam multæ sine intentione*, Orach chajim num. 1. sect. 4. גָּדוֹל כֹּחַ הַתְּפִלָּה אֲפִילוּ לְשַׁנּוֹת הַטֶּבַע וּלְהִנָּצֵל מִן הַסַּכָּנָה וּלְבַטֵּל הַגְּזֵרָה *Magna est vis precationis etiam ad mutandam naturam, ad liberationem ex periculis, & ad irritum reddendum decretum*, Cad hakkemach fol. 79. 4. הוו זהירין בתפלה שאין לך מדה אחרת יפה הימנה שהיא גדולה מכל הקרבנות *Estote cauti in precatione: nulla quippe est pulchrior virtus hac ipsâ, utpote quæ major est omnibus oblationibus, sicut dicitur*; Ad quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, &c. Jesa. 1. Ibid. fol. 80. 2. In Tanchuma fol. 85. col. 4. Multis nominibus vocatur התפלה Precatio: תפלה Precatio, תחנה Supplicatio, צעקה Vociferatio, זעקה Clamor, שועה Exclamatio, רנה Cantus, פגיעה Intercessio, נפילה Casus, seu Prostratio, עמידה Statio. Vide de Precatione Majem. parte primâ, in Hilchos Tephillah.

פלולינא, *Id est*, פרת ניפול שנופל מאיליו לפירורין, Talmud Hierosol. Pesachin cap. 3. fol. 30. 1.

פלוליה In Talm. Hierosol. Nedar. fol. 40. 2. ponitur pro Specie cujusdam herbæ.

פלם Hinc, מְפוּלָּם *Recens, Virens, Humens*: אַבְנִין מוּלְמִין Lapides recentes, Jobi 28. 3. Regia reddunt, *Fortes. Vox est Talmudicis usitata*: unde, בהו אלו אבנים המפולמות המשוקעות בתהום שמהן יוצאין מים שנ׳ ונטה עליו קו תהו ואבני בהו id est, *Bohu* Genes. 1. eo intelliguntur lapides recentes demersi in abysso, juxta illud quod dicitur, *Extendit super eo lineam inanitatis, & lapides vacuitatis*, Jesa. 34. 11. Glos. מפולמות לשון ליחלוח Vox מפולמות significat id quod recens & humidum est. Chag. fol. 12. Item, ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות Et affert leves lapides recentes, & fructus unius diei, id est, recentes, eodem die decerptos, Betza fol. 24. 2.

פִּילוּמָא *Palus, locus palustris. Sic adducitur in Aruch: sed pro eo in Talmud hodie legitur* קוֹרְדִּימָא, *quod Fluvii cænosi nomen*, Schab. cap. 22. in Misna fol. 147. *Sed in Mischnajoth in fol. cum notis Bartenoræ legitur sic.* אין יורדין לפולימא, *& sic quoque in Talm. Hierosolymitano. Rambam scribit esse Cisternam, in qua aquæ congregatæ sunt, & si quis ingrediatur, sudorem emittat. qui in die Sabbatho prohibitus. Bartenora explicat Locum palustrem.*

פְּלוּמָה *Pluma*: כְּמִטָּה וְכִפְלוּמָה Sicut lectus, & sicut pluma, Medr. Cantic. cap. 1. v. 17.

פְּלָמִידָא *Piscis nomen aut genus*, Talm. ע״ז folio 40. 1.

פלמניא *Femoralia, id est*, מכנסים. Sic adducitur in Jalkut sect. וישב, ex Beres. rabb. sect. 84. sed ibi aliter legitur. Vide פמל.

פולמוס πόλεμος *Bellum, Exercitus, Miles*: וּפוּלְמוּסִין בְּמָאנֵי זַיְינָא יְדַבְּרוּנֵיהּ Et exercitus instrumentis armorum abducent eum, Job. 5. 5. *Plurale*, אִשְׁבּוּק כְּדוּן עִמָּךְ מִן פּוּלְמוּסִין דְּעִמִּי Relinquam nunc apud te de militibus meis, Genes. 33. v. 15. *Apud Talm.* ראתא פולמוסא דמלכא למתא Quòd veniret exercitus regis ad urbem, Berach. fol. 30. 2. *Dicunt &* פולמוסיות, *ut in Parah cap. 8.*

פולמוסטוס *Bellator, ex Græco πολεμιστής, Talm.* מינו להן פולמוסטוס אחד Constituerunt sibi bellatorem, ducem belli quendam, Menach. fol. 85. 2. Bava basra fol. 144. 2. *In Aruch pravè est* פלמיטוס, *omisso ס in medio, quòd falsò explicatur à Guidone* Nuncius, Legatus. *Rectiùs scriberetur* פולמיסטוס. *Alibi legitur* פולוסמוסטוס.

פלמנטור *Legatus, Nuncius publicus. Sic scribitur in Aruch, & citatur ex Jelammedenu ex sect.* ואתחנן *sed non reperio illic. At in eodem libro sect.* במדבר *in fine legitur*: ואף אני מקרבו ועושה אותו פלמנטרין Etiamq; ego adduco eum, & facio eum legatum. *In Jalkut fol. 203. col. 4. legitur corruptè* עלמנטירין, *& explicatur in margine*, ממונות על ביתי *Præfectos, curatores domus meæ, Oeconomos.* Et in Talmud Hierosolymitano, libro Berachoth cap. 1. legitur: דומין למלך ששלח שני פלמטרין Similes sunt Regi qui mittit duos legatos: Glossa, שְׁלוּחִים.

דפלמנטרין Vide in ordine דפל.

פולימרכוס *Polemarchus*, πολέμαρχος, *Capitaneus, Princeps, Dux exercitus*: שלח המלך פולמרכוס אחד Misit rex polemarchum quendam, R. Sal. Hos. 14. 2. גוּבְרִין פּוּלִימַרְכִין Viri bellatores, Duces belli, Genes. 32. 6. in Targ. Hieros. Sic Gen. 33. 1. in Jon. דַּאֲנוּן פּוּלְמַרְכִין עַל פִּלְכַיָּא Qui erant capitanei super provincias, Esth. 5. 11.

פְּלָן, פְּלָנְיָא *Aliquis, Talis, ὁ δεῖνα, vox quâ innominatum significamus, cujus nomen supprimitur: dicitur & de inanitatis*: בטורא פלן In monte N. *Fœmininum*, פְּלָנִיתָא de muliere: אנא פְּלָנְיָא בַּר פְּלָנִיתָא Ego N. filius mulieris N. *Hebræi dicunt* פְּלוֹנִי, *ut traditur in Lexicis Hebraicis in Radice* פלה, *cujus fœmininum apud Rabbinos* פלונית: unde, פלוני בר פלוניתא N. filius mulieris N. *Quod Aruch, & inde alii, notant*, פלוני *etiam significare Viam, Locum, Introitum, id error est, & loca, quæ in Aruch adducuntur, pravè lecta & intellecta sunt.* Nam in Bereschit rabba sect. 48. quod citatur, legitur, אהל פלן של אברהם אבינו היה מפולש Tentorium N. Abrahami Patriarchæ nostri patens erat, scil. undequaque, ut omnibus ad illud patens esset via. Et in sect. 66. פולינו של יצחק אבינו מפולש היה Tentorium Isaaci patriarchæ nostri patens

patens erat omnibus. Glossator, אהלו Tentorium ejus. *Hæc postrema vox legenda* פוליונו i.e. *Papilio ejus*, ubi Pronomen more Hebræo pleonasticum est. *Papilio* apud Plinium Tentorium significat, ut notant Lexica Latina, & inde Gallicè *Pavillon*. Pro פלונו ergo in Aruch legendum פפליונו vel פוליונו, ut antè positum, & pro פולין hoc sensu פוליון. Vide & suprà in פיל.

פליניא *Femoralia*, Talm. Nedar. fol.55.col.2. *Alibi pro ista voce scribitur* פמלניא, *quod videtur accedere ad vocem Latinam*. Hinc, מכנסי הכהנים למה הן דומין כמין פמלניא של פרושים Subligacula sacerdotum cui assimilantur? subligaculis Pharisæorum, Nidda fol.13.2.

פלנדרסין *Nomen loci maritimi*: שבאו מפלנדרסין והפליגה ספינתם בים Qui venerunt ex Flandarsin, & divertebat navis ipsorum in mare, Erubhin fol.41.2. *Baal Aruch legit* פרנדסין.

פלנין *Pedilia, Impilia, Socci*, Rab.

פלניקרא *Sic scribitur in Aruch: melius* פילוניקיא, *Lis, Contentio, Dissensio. Est enim Græc.* φιλονεικία. *Pro eo pravissimè legitur in Schemot rabba sect.* 9. פלינקרא. Verba sunt, שמא יש פלינקרא למעלה Fortè est dissensio in superis. Aruch adducit idem ex Jelammedenu.

פלם *Librare, Appendere, Ponderare*, Hebraicè: & Rabbinicè *Frangere*, quod, si fiat dentibus, est *Mandere, Masticare*: ההוא חמרא דאכל נהמא פלמיה לסלא Asinus ille, qui comedit panem, & fregit cophinum, id est, masticavit, mandendo comminuit, contrivit, Bava kama fol.19.2. אורחיה נמי לפלומי סלא Mos ejus est etiam frangere sive masticare cophinum: Et mox, וחדר פלים Et rursus masticat, ibid.

פילם · פלם *Libra, Pondo*: ויהבו ליה פילם דבלתא Et dederunt ipsi libram palathæ ficuum, 1.Samuel.30.12. quod in Elia pravè per Mem in fine legitur.

פלם *Statera, Trutina, Bilanx: Pondus.* Hinc est apud Rabbinos, *Forma vocum, ad quam aliæ similes referuntur, & quasi appenduntur*: ut, Jesa.30. vers.2. in Kimchio: החסות שם בפלם גלות id est, חסות est nomen formæ גלות. Vide & Amos 5. v.11. Kimchio.

פילם *Siclus, ab Appendendo dictus*: עשרין פילם ליום Decem siclos in diem, Hebr. עשרים שקל, Ezech.4.10.

פולסא *Idem*: ut, נסב אלין י׳ פולסין Accepit decem istos siclos, Vajikra rabba sect.37. Glossa שקלים Siclos.

פולסא *Moneta rudis*. Talm. מאי אסימון פולסא Quid est ἄσημον moneta nō signata? idem quod פולסא, Metzia fol.47.2. & 87.2. ubi Glossator, פולסא מחוסר צורה *Pulsa*, id est, carens figurâ.

פרדוכוס *vel ut Aruch legit* פרוכסוס, *quod videtur esse Græcum* θαυμαστὸς *Admirabilis, Incredibilis.* In Bereschith rabba sect. 60. *Et Rebeccæ erat frater, cujus nomen* לָבָן *Laban.* R. Isaac dixit (eum sc. sic vocatum esse) לשבח פרדוכוס propter laudem admirabilem, hoc est, propter summam & admirabilem albedinem. Sic legitur in textu. Sed lectio Aruch præferenda (quamvis non intellexerit originem & etymologiam vocis.) Non enim dubito quin sit vox Græca, quam indicavimus. In Jalkut legitur פרדיכוס. In Medr. Schemuel sect. 1. פראורוכסים, quod legendum פראורוכסוס. In Bemidbar rab. sect. 10. fol. 238. 4. אפראורוכסים, eodem sensu, & de eodem Labane.

פְּרַדִּבְטָא *vel ut Aruch legit,* פְּרַדִּבְכָא *Præfectus lictorum, Lictor.* Glossator Talmudicus exponit סְרָדְיוֹט, de quo vide suo loco, Schabbas fol. 94. 1. Prima forma legitur in Aruch, altera in Gemara dicto loco.

פְּרַרְכַת *Otiosus, à literis & opificiis & ab omni negotiatione civili vacans, & ecclesiasticis operam dans,* Talm. Bava bathra fol. 55. 1.

פרדימס *Currus triumphalis. Sic Munsterus, David de Pomis, & alii.* Legitur in Vajikra rabba sect. 19. נטלו והחזירו בכל ערי יהודה וישב עליו בפרדימס והרגו וקרע את החמור והכניסוהו לתוכו הה״ד קבורת חמור יקבר Accepit (sc. Nebucadnezar) eum (nempe Jehojakimum) & circumduxit eum per omnes urbes Judææ, insidens ei in curru triumphali, & occidit eum, discissoque asino, inclusit eum illic. Atque hoc est, quod dictum est, *Sepulturâ asini sepelietur,* Jerem. 22. 19. In Jalkut libri Regum fol. 39. 1. absunt hæc duo verba וישב עליו, & simpliciter dicitur, והחזירו בכל ערי יהודה בפרדימס Et circumduxit eum per omnes urbes Judææ in curru triumphali. *Vox peregrina, cujus origo adhuc quærenda.*

פַּרְדֵּס · פַּרְדֵּסָא *Hortus, Pomarium: Paradisus,* παράδεισος. *Apud Rabbinos singulariter,* לקנות פרדס Ad comparandum hortum. *In Targum, plur.* גִּנְתְּשַׁקְיָן וּפַרְדֵּסִין Horti irrigui & pomaria, Hebr. וּפַרְדֵּסִים, Eccles. 2. 5. לְמֵישַׁר פַּרְדֵּסַיָּא In vallem hortorum, Hebr. עֵמֶק הַשִּׂדִּים, Genes. 14. 2. Jon. & T. H. חֲמוֹן יָת אִילָנֵי פַּרְדֵּסֵיהוֹן Viderunt arbores hortorum ipsorum, Jobi 2. 11. *Et fœmininè,* שומרי גנות ופרדסות Custodes hortorum & pomariorum, *apud Rabbinos.* Pro *Paradiso, seu loco beatorum in cœlis,* legitur in Talm. Chagiga fol. 14. 2. ארבעה נכנסו לפרדס Quatuor ingressi sunt in paradisum, scilic. על ידי שם per manus Dei, In Gemara. In Tosephos additur, ולא עלו למעלה ממש אלא היה נראה להם כמו שעלו Non quòd ascenderint realiter, sed videbatur ipsis ac si ascendissent. Aruch hîc notat; Locum in cœlis, ubi animæ colliguntur, vocari Paradisum.

פַּרְדְּסִי *Hortensis. Ejus oppositum* מִדְבָּרִי *Sylvestris.*

פַּרְדְּסָאוֹת · פרדסייאות *Custodes:* יום שבטל בו הושע בן אלה פרדסאות Die quo abolevit Hoseas filius Elæ custodes, quos constituerat Jarobeam in viis, ne ascenderent Israelitæ ad festum Hierosolymam, Talm. Bava bathra fol. 121. 2. Gittin fol. 88. 1. *Alibi pro eo legitur* פרוסדיות, *ut est in* פרס. Glossa שומרים. Vide interpretes 2. Reg. 17. v. 2. & infra in פרז in פְּרַוָּאוֹת. Sic Hos. 5. ab initio in Comm.

פַּרְדַּקִין *Columnæ excavatæ cum fenestellis,* Tal. Oholoth cap. 6. Vide & in Tal. Hier. Jom tobh cap. 2. fol. 61. col. 3.

פרדסקי *Nuncius, Legatus:* שדר פרדסקי בתריה Misit nuncium ad eum, Beresch. rabba sect. 94. fol. 106. 4.

פראורון Est vox peregrina & corrupta. Legitur in Schemoth rabba sect. 33. folio 151. col. 4. חתן כל זמן שלא נשא ארוסתא הוא הווה פראורון לבית חמיו משנשאה הרי אביה בא אצלה Sponsus iste, quamdiu non duxit desponsatam suam, subinde itat ad domum soceri sui; posteaquam autem eam duxit, pater illius venit ad ipsam: *Sic explicatur in glossa,* מְהַלֵּךְ תָּמִיד.

פַּרְדְּשְׁנָא *Donum, Munus, Honorarium:* הני פרסאי משדרי פרדשני להדדי Isti Persæ mittebant munera sibi invicem, Abhoda folio 72. 1. שַׁדַּר פַּרְדַּשְׁנֵי Misit honoraria, Megilla folio 13. col. 1. להאי רישנא האי פרדשנא Huicne principi tale donum offertur? Sanhed. fol. 94. 1. Glossa R. Sal. דורון Munus.

פרודוקין *Idem quod* פרוטגמא *πρόσταγμα Edictum, Mandatum*, Esth.6.10. in Targ. sec. Sic ibidem in plurali numero פרותקין Vox corrupta.

פרה *Fructuosum esse, Fructum edere, Fœtare, Fœtificare, Fructum proferre, Crescere fructificando*, Hebr.

פריא *Pueri, Parvuli, à crescendo sic dicti*, Tal. Hieros. Gittin fol.47.2. cap.5.

פריה *Fructificatio, Fœtificatio, Fœtus, Soboles, Fructus, Productio. Socius ejus*, רביה *Multiplicatio, quæ duo apud Rabbinos plerunque conjunguntur, ex illo* פרו ורבו *Fœtificate & augescite, vel, Crescite & multiplicamini, ut vulgò illud exprimunt.* De hoc multa apud Hebræos præcepta, quòd quisque tenetur producere suæ stirpis fructum, & qui illud non facit vinculo legitimi conjugii, sit instar homicidæ: unde, כל יהודי שאין עוסק בפריה ורביה כאילו שופך דמים *Quicunque Judæus non dat operam liberorum fructificationi & multiplicationi, perinde est ac si effunderet sanguinem, sicut dicitur, Effundens sanguinem, &c. Genes.9.6. & mox, Vos autem, Fructificate & multiplicamini*, v.7. Jevamoth fol.63.2.

פירי *Fructus, Hebr.* פרי. *Est instar* הירה *à* הוי, *Jod insertum ad indicandam vocalem Tzere:* פירי די אילנא In quo est fructus arboris, Gen.1.29. כפירי עובדיכון Juxta fructum operum vestrorum, Jerem.21.14. מפירי אילן גנתא De fructu arboris horti, Genes.3.2. *Plurale*, אילן פירין עביד פירין Arbor fructuum faciens fructus, Genes.1.11. *Cum Affix.* טבין פירי מן דהבא סנינא Meliores sunt fructus mei, quàm aurum purgatissimum, Prov.8. v.19. פירכון Fructus vestros, Ezech.36.8. *Rabbini frequenter etiam dicunt* פירות. *Apud Talmudicos,* פירא רבא ופירא זוטא Fructus magni & fructus parvi, Bava bafra fol.36 2.

איפוריא *Fructus. Plurale*, כל מיני איפוריא Omnis generis fructus, Ber.rab. sect.72.

פוריא, פוריתא *Lectus, Cubile, Sponda*, שפרין ורבין עליה *quòd fructificent & multiplicent se in ea, ut est in Ketubh. fol* 10.2. אשלא דפוריא עתיקא Funis lecti antiqui, Talm. Gittin fol.69.col.1. הויא להו פוריא דהוו מגני עלויה אורחי כי מאריך גוצי כי גוץ מתחין ליה Erant ipsis (Sodomitis) cubilia, in quibus cubare faciebant hospites viatores: si quis longior, decurtabant ipsum: si quis esset brevior, extendebãt ipsum, donec longitudini cubilis responderet, Sanhedr. fol.109.2. גני אפוריא Cuba in lecto; לא גנינא אפוריא Non cubo vel cubare soleo in lecto, ibidem. *Sic in Targum cum Affixo*, דאת משרי בפוריא חבתא Qui facis ut habitet in lectulo nostro amor, Cant.1.6.

Deinde פוריתא *Operculum*, Numer.19.15. in T. Hier. Vox suspecta. Fortè pro כפורתא.

פרין *Fructificatio, Fructus: Cum Aff.* על פרינה Et in fructificatione sua, Jobi 8.16.

אפריון *Lectus, Torus nuptialis, à Fructificando dictus*: הושיבה באפריון Collocavit eam in torum nuptialem, & Aharon & Miriam saltarunt coram ea, Sota fol.12.1. אפריון נמטייה Torum nuptialem exhibebimus ipsi, uxorem dabimus ipsi, q.d. gratiam referimus ipsi, Bava metzia in fine. Usurpant etiam hanc phrasin אפריון נמטייה in clausulis epistolarum, quando alii salutem adscribunt, אפריון נמטייה לאדוני קונה.

פרהגבנא *Exactor tributorum & teloniorum*: vel *Apparitor, Lictor*, Talm. Erubh. fol.36.col.2. Glossa נבאי הכס. *Et cum* ו *in medio, ut & aliàs hæ literæ commutantur*; אשכח להההוא פרהגונא דקא תפיס גנבי Invenit exactorem istum, qui comprehendebat fures, Talm. Bava metzia fol.83.2. פרהגבנא דמלכא Exactor regis, Bava kama fol.117.1.

פרהריא *Mola.* Baal Aruch citat ex Berachoth fol.56.1. ושחני בך קשייתא בפרהריא דדהבא Et molent tecum lapides dactylorum in mola aurea. *In nostris libris legitur* בריחיא *In molis, quod Guido male legit* ברוחיא *Vectes.*

פרהדרין *Paredri, Assessores, Commissarii, Consiliarii regii, qui regi assident*: מפרישין כהן גדול מביתו ללשכת פרהדרין Separant sacerdotem summum ex domo sua in conclave sive cameram assessorum regiorum, Tal. Joma in principio, Misna 1. *Græcum est* πάρεδροι *Assessores, qui dabantur ἄρχουσι, qui & postea* συνέδροι *dicti fuerunt.* In Gemara ibidem, fol.8.2. Quid לשכת פרהדרין? nunquid ab antiquo dictum fuit לשכת בולוטי conclave τῶν βουλευτῶν cõsiliariorum? principio doctum fuit לשכת בולוטי: ex quo autem sacerdotium pecuniis fuit venale, mutarunt illud singulis duodecim mensibus, sicut assessores hi quoq; mutati fuerunt singulis annis, & tunc vocarunt illud לשכת פרהדרין *Camera Assessorum.* Scribitur & פלהדרין.

פרהגן *Gubernator, Præfectus gentilis, idemq; hostis & angustator, id est,* מציק, *vel, dolo, ac machinationibus alios opprimens*: המוכר עבדו לפרהגן נכרי יצא לחירות Vendens servum suum gubernatori gentili, ipse exit in libertatem: Gittin fol.44.col.1. *In Aruch scribitur* אפרגון.

פרהסיא *παῤῥησία*: unde, בפרהסיא *Publicè, Palàm, Manifestè*, Num.11.10. in Aben Esra. *Oppositum ipsi,* בצנעא *Secretò, Occultè.*

פרן פרוורין *Suburbana, Urbes, pagi, & loca vicina urbi alicui*: הלכה כאנשי גליל בכל וכל פרוזהא נהוג כרב נהרדעא וכל פרוורוהי Consuetudo Galilæorum servatur in omnib. & omnia oppida vicina eorũ sequuntur consuetudinem Rabbi Jehudæ: Urbs Nahardea & oppida vicina ejus se-

quuntur consuetudinem R. Samuelis, &c. Ketubh. fol.54.1. *Sic per* ר *adducit etiam Elias in suo Methurgeman ex Targum, quod hodiè legitur per* ר, *ut mox in* פְּרְוָרִין *Num.* 34.6. *in Jon. legitur* פַּרְכִּידוּי, *quod legendum* פַּרְכִּידוּי *vel* פַּרְוִידוּי. *Aliâs etiam hæ duæ literæ commutantur, ut Rodanim, Dodanim.*

פַּרְוָה *Nomen Magi cujusdam, qui ad structuram templi Hierosolymitani ædificaverat cõclave aliquod, quod à suo nomine denominaverat* לשכת בית הפרוה Talm. Joma fol.30.1. & sæpius.

פַּרְתָּ *Humeri :* עַל פַּרְתָּ יִתְנַטְלָן Humeris portabuntur, Jesa.49.22. Hebr. עַל כָּתֵף.

פְּרוֹנְקָא Vide infrà in פרן.

פְּרוֹנְקָא *Nuncius, Legatus, Tabellarius :* קָרִיָנָא דְאִגַּרְתָּא איהו לִיהֱוֵי פְּרוֹנְקָא *Lector epistolæ sit tabellarius*, Talm. Bava metzia fol.83. quod *proverbiale* esse notat ibidem R.Salomon : Judæi hoc sensu usurpant ; Tabellarius ferens Epistolam, debet quoque ejusdem esse lector, & scire, quid in illa contineatur : האי ענבתא פרונקא דמלאכא דמותא היא Hæc pustula est nuncius angeli mortis. Pustula vel tumor sic dicitur à similitudine botri vel acini : nam עֵנָב Uva, Chaldaicè עִנְבְּתָא, Avoda sara fol.28.1. Sic, האי אסיסטא פרונקא דאשתא Hic tumor est nũcius febris, Ibid. חד יומא שבקוך ושוויך פרונקא Quodam die constituerunt te tabellarium, Succa fol.48.2. Gl. רָץ *Cursorem.*

פַּרְוָר *Suburbium, Suburbanum, oppida & loca vicina urbi. Plurale,* פַּרְוָרִין · פַּרְוָרַיָּא *Suburbia :* יְזוּעוּן פַּרְוָרַיָּא Cõmovebuntur suburbia, Ezech.26.15.18. *Dicitur &* פְּרִיל *vel* פְּרוֹל, *literis* ל *&* ר *commutatis, ut aliâs. Pluraliter,* פַּרְוִילִין, Levit.25.34. & Num. 35.v.2. in Jonath. דִּבְפַרְוָרַיָּא Quæ erant in suburbiis, 2.Reg.23.v.11. Sic Hebr. פַּרְוָרִים ibidem. *Apud Talmudicos :* הקונה שדה בסוריא בקונה בפרוארי ירושלם Qui emit agrum in Syria, est perinde ac si emeret in suburbiis Jerusalem, Gittin fol.8.2. Gl. בהפרכיא In Præfecturis. *Elias citat hæc per* ר, *& sic legitur quoque apud Talmudicos, ut paulò antè dictum.*

פְּרוּתָא *Nuncius, Legatus :* פרותא דגוים הואי Nuncius gentilium fui, Talm. Pesach.fol.95.2. *Videtur corruptum ex Græco* πρεσβευτὴς, *de quo & mox aliud erit.*

Deinde aliter : אול אפרותא דוולטפט, Bava metzia fol.73.2. *In parvo Aruch exponitur etiam* הילוך המים, *Germ.* Bort.

פרן *Unde in Hiphil* הפריז *Ampliare, Magnificare, Augere, Superaddere :* בפני שהפריז על מדותיו של הקבה Eo quòd amplificat super proprietates Dei, Nedar fol.32.1. מפריז על שדהו Superaddit agro, sc. proventum, proventum annuum auget, veluti qui antea accepit duos coros sive modios, meliorato & stercorato agro postea elocat pro tribus modiis, Talm. Bava metzia fol. 69.col.2. אבל אין מפריז לא על חנות ולא על ספינה At non auget neque hospitii neq; navis annuum tributum, ibid. Veluti si hospitium elegantibus imaginibus, figuris & signo pingat & ornet, aut navem suspensis pretiosis velis, ut hospites tantò magis invitentur, tunc licitum est nonnihil augere conductum pretium. Item, ולא כדברי הילל שמפריז על מדותיו Et non juxta verba Hillelis, qui superaddit moribus suis, id est, cujus mos est semper aliquid ad res adjicere, ne quid unquam minus fecisse videatur.

פירוס *Pyrrhus :* פירוס רשיעא Pyrrhus impius, Cholin folio 62.col.2. Glossa, Nomen est proprium hominis, qui impius habitus fuit in oculis ipsorum.

אפרותא · אִפְרִיזָא Vide in lit. א.

פְּרוּזְבִין פְּרוּזְבִין *Nuncii, Legati :* ושלח פרוזבין לפניו Et misit legatos ante se, juxta illud, Et emisit Jacob מלאכים nuncios ante se ad Esavum, Gen.32. v.3. Beresch. rab. sect.74. in fine. *Est Græcum* πρέσβυς, פְּרוּזְבִי, *unde pluraliter abjicitur ultima litera, sicut & in aliis fit,* לסטים *Latro, plur.* לִסְטִין.

פרוזבין *Interpres, Hebr.* מֵלִיץ. In Medrasch Schir hasschirim capite 1. v.2. תעשה את פרוזבין שליח בינותינו Agas tu interpretem & legatum inter nos.

פרוזבוטים · פְּרוּזְבוּטַיָּא · פְּרוּזְבְטִין *Nuncii, Legati, Oratores, Interpretes :* שאם יבואו פרוזבטין של מלך יהיו משיחין עמו בלשונו Quod si venerint legati Regii, loquantur cum iis linguâ ipsorum ; Sic citat Aruch ex Tanchuma in princip. Deutoronomii : משל למדינה ששלחה פרוזבוטים לעטר למלך Parabola de provincia, quæ mittit legatos ad coronandum regem, Schemoth rabba sect. 42. ההוא היום יום פרוזבוטי היה Fuit tum dies legatorum Regis, id est, comitia legatorum tum fuerunt, qui veniebant, & Regi de Imperio gratulabantur, &c. Schemoth rabba sect.5.fol.123.4. *Græc.* πρεσβευτὴς *Legatus.*

פרוסבול · פְּרוּזְבּוּל *Statutum, Constitutio de solvendo. Sic appellatum fuit Statutum peculiare Hillelis senis (qui vixit tempore templi secundi) de solvendo mutuo, nihil obstante jure Divino de eo remittendo in anno septimo.* Hinc in jure Hebræorum Talmudico legitur : פרוסבול אינו משמט וה אחד מן הדברים שהתקין הלל הזקן שראה את העם שנמנעו מהלוות זה את זה ועברו על מה שכתוב בתורה השמר פן יהיה דבר עם לבבך בליעל · עמד והתקין פרוסבול וזה הוא גופו של פרוסבול מוסרני לכם פלוני ודיינין שבמקום פלוני שכל חוב שיש לי אצל פלוני שאגבנו כל זמן שארצה והדיינין חותמים למטה או העדים *Prosbol* non remittit (debitum.) Hoc unum est ex rebus illis, quas constituit Hillel senex, cùm videret populum detrectantem mu-

tem mutuò dare sibi invicem, ac transgredi id quod scriptum est in Lege: *Cave ne sit in animo tuo ulla res nequam* (Deuter.15.v.9.) Extitit itaque (Hillel) & ordinavit prosbol: Trado sive testificor vobis NN. judicibus in loco N. quòd omne debitum, quod est mihi apud N. exigere velim, quocunque tempore voluero. Judices deinde subscribunt, & obsignant, aut testes. Leguntur hæc in libro Talm. Gittin cap.7. fol.36. & repetuntur in libro שביעית De anno septimo cap.10. ubi scribitur פרוזבול per ז. Ibidem, אין כותבין פרוזבול אלא על הקרקע Non scribunt prosbol nisi super fundo, id est, immobilibus: Item, פרוזבול המוקדם מותר והמאוחר פסול Prosbol antecedens rectum est: consequens profanum: scriptum de solvendo, ante mutuum datum exaratum, valet: quod post mutuum datum confectum, invalidum ac profanum est. *Interpretum alter scribit, esse* שם מורכב *Nomen compositum, & significatum ejus esse* תקון הענין *id est, Aptatio, Accommodatio, Constitutio, Dispositio rei alicujus, Statutum de re aliqua.* *Hinc* R *Obadias de Bartenora inquit, esse compositum ex* פרוז *i.e.* תקנה *Ordinatio, &* בול *id est,* עשירים *divites, quòd sit statutum scriptum pro divitibus. ne quid pecuniarum mutuo datarum perdat, etiam faciliùs eas pauperibus mutuò dent, quando sciunt se à jure remissionis anno septimo liberos esse.* Amplius apud Talmudicos legitur: מאי פרוזבול אמר רב חסדא פרוסבולי ובוטי אלו עשירים דכתיב ושברתי את גאון עזכם ותני רב יוסף אלו בולאות שבירודה בוטי אלו העניים דכתיב והעבט תעביטנו Quid est *prosbol?* Dixit Raf Chasda: *Prosbuli. Bule & Bute. Bule* sunt divites, sicut scriptum est: *Et frangam excellentiam roboris vestri,* (Levit.26.19.) Docuit Raf Joseph: sunt בולאות divites Judææ: *Bute* sunt pauperes, sicut scriptum est: *Mutuando mutuabis ei* (Deut.15.8.) Dixit Rabba ad quendam barbarum: Quid est *Prosbol?* respondit פרוסא דמלתא Dispositio rei, Gittin fol.37.col.1. Glossa פרוזא id est, תקנה *Constitutio, Dispositio.* Vide Chosen hammischpat sect.67. *Fortè est Græcum* προβουλὴ *Provisio, Præconsultatio: aut* προσβολὴ *Adjectio ad Legem Dei.* Philippus Aquinas addit, sic etiam vocari *Ovum, quod alicubi reponitur, ut gallina certum locum habeant ubi ponant ova.*

פרוח *Lapidis pretiosi nomen, cui tribus Ascher insculpta fuit,* Cantic.5.14. in Targum.

פרוזן · פרוזאורי *Custodes, Militum custodiæ, Milites præsidiarii. Prima forma adducitur hic in Aruch, & inde apud alios. Alterum extat in Targum editionis Venetæ:* ומני פרוזין על שבילא Et constituit custodes in via, Eccles.3.11. ובטילו בני פרוזין Cujus filii aboleverunt custodes, quos constituerat Jarobeam Impius super vias, Ruth.4.20. Sed in Echa rabbeti in præfat.fol.57.2. legitur פרוזאות. Talmudici legunt hodiè פרוזאות, & sic in Commentariis Hebræorum 1.Reg.17.2. Vide suprà in פרד.

פרוזדור *Porticus, Vestibulum, Antetriclinium. Interpretes Hebræi notant, esse vocabulum Græcum. Habet ergo affinitatem cum Græco* πρόθυρον *Vestibulum, id est, locus ante januam, stationi vel etiam deambulationi datus.* In Pirke avoth cap 4. R Jacob dicere solitus est: העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין id est, *Mundus hic similis est porticui coram mundo futuro: præpara ergo te in porticu, ut possis ingredi in triclinium:* טרקלין id est, τρίκλινον est ipsum היכל palatium: בית שער est פרוזדור, id est, πρόθυρον Vestibulum, Porticus mundi futuri, id est, vitæ æternæ. Comparanda ergo sunt in hac vita; quæ nos conducant in vitam futuram. Nam *mundus hic* הוא דרך ומעבר לעולם הבא *est via & vadum ad mundum futurum, in quo æternùm vivemus,* scribit Majemon. Vide Abarbinelem in hunc locum fusè. Raschi Genes.43.26. ad, *Et venit Joseph* הביתה *domum;* notat; מפרוזדור לטרקלין ex vestibulo in triclinium. *Item metaphoricè, Collum uteri,* Niddah cap.2. in Misna: ואם הוציא ראשו חוץ לפרוזדור Si protulerit caput suum extra vestibulum, scil. uteri, Schylchan Aruch in Jore deah de circumcis.num.26.2.sect.4. Vide Majem. in הלכות אסורי ביאה cap.5.

פרוזדגמא *Diploma, Epistola, Rescriptum, Decretum diplomate comprehensum. Videtur esse ex* πρόσταγμα*:* hinc, לא יהיו דברי תורה עליך כפרוזדגמא ישנה *Ne sint verba legis in oculis tuis, ut decreti inveterati, sive literarum obsoletarum,* אלא כפרוזדגמא חדשה *sed ut mandati recentis,* Jalkut fol.78.col.2. ex Pesikta Exod.19. Scribitur meliùs פרוסטגמא, ut est infrà in פרס. *Plur.* פורס פרוזדגמאות במדינה Divulgat diplomata per regionē: ג' פרוזדגמאות שלח הושע אצלכם Tres epistolas misit Jehosua ad eos, Vajik. rab. sect.17. משל למלך ששלח פרוזדגמא שלו למדינה Parabola est de rege, qui misit diploma mandati sui in urbem, Vajikra rab.sect.27.

פרזלא · פרזל Ferrum : פרזלא בפרזלא לטיש Ferrum ferro acuitur, Hebr. פרזל, Proverb.27.17. שקוהי די פרזל Crura ejus ex ferro, Dan.3.v.33. על רגלוהי די פרזלא Super pedes ejus ferreos, v.34. תקיפא כפרזלא Durum sive forte ut ferrum, v.40. וכפרזלא די מרעע Et sicut ferrū quod comminuit omnia ista, ibidem. *In Targum Hierosol. plerumq est* פורזלא.

פרזם *Comprimere, Stringere.* Citatur in Aruch ex Gittin fol.69. sed nunc ibi non extat.

פרזומא *Amiculum, Pallium, quo Hebræi in sacris in-*

crisinvolvunt caput, quod aliâs vocant מַלִּית . Hinc in Gemara, רמא תכלתא לפרומא לאינשי ביתיה Projecit fila hyacinthina in amiculum sacrum domesticorum suorum, Talm. Succa fol.11.col.1. Menach. fol.83. *Plural.* שירי פרומיות אסור לטלטלן בשבת Loculamenta amiculorum vetitum est transferre in Sabbatho, Schab. fol.125.1. *Videtur esse à Græco* περίζωμα. Sic legitur in Talm. Hierosol. Schab. cap.6. fol.8.col.2. פְּרוּזְמָא pro Hebræo הַמַּחֲלָצוֹת, Jesa.3. v. 22. *Id possit esse plurale* περιζώματα.

Deinde פירומא *Cerevisia ex hordeo*: פירומא שיכרא תאיני ואטמי Cerevisia ex hordeo, & sicera ficuum & mororum, Pesach. fol.107.1. Alii hinc scripserunt, esse *Siceram ex ficubus confectam*, quasi שיכרא תאיני essent explicatio vocis פירומא: sed exponitur in glossa, שֵׁכָר שְׂעוֹרִין. Alibi videtur sumi pro *Vase cerevisiario*: דקדיש בפרומא דשיכרא Qui desponat aliquam vase cerevisiæ, poculo cerevisiario, Kiddusch. fol.52.col.2. In nostris exemplaribus legitur hîc פירומא, quam lectionem Aruch quoque adducit in פרם, ubi explicat Cerevisiam dulcem. *Sic fortè exponi quoque posset in præcedenti loco. Glossator annotat, hoc sensu extare quoq. in Bava metzia cap.3.*

פרוק *Nomen proprium principis cujusdam tyrannici*, Bava metzia fol.49.2.

פְּרַח *Florere, Efflorescere, ut Hebraicè, sed rariùs in Targû usurpatur. Aphel,* אַפְרַח *Idem. Præteritum fœmin.* וְהִיא כַד אַפְרַחַת Eratque quasi florens, Hebr. כְּפֹרַחַת, Genes.40.10. וּמַשְׁכְּנָא דְתָרִיצֵי מַפְרִיחַ Et habitaculum justorum floret, Prov.14. v.11. Veneta מַפְרַע per verbum Syrum.

II. פְּרַח *Volare, Avolare, Evolare. Participium,* פָּרַח וְטָיֵס בַּאֲוִיר שְׁמַיָּא Volabat & evolabat in aërem cœli, Exod.20.2. Jonath. דִי שְׁלַח וּפְרַח Quæ se emittit & avolat, Hebr. וַיָּעֹף, Nah.3.16. כְּחוּרְמָנָא דְפָרִיחַ Sicut serpens qui volat, Proverb.24.v.32. כָּל עוֹפָא דְפָרַח Omnem avem quæ volat, Gen.1.21. *Fœminin.* מְגִלָּא פָּרְחָא Volumen volans, Zach.5.1. כְּפָרַחְתָּא דְפָרְחָא Sicut volatile quod volat, Proverb.26.2. *In Aphel,* אַפְרַח *Idem: vel Avolare fecit, Abegit, Fugavit, Dispulit, Ventilavit. Præterit.* וְאַפְרַח שְׂלָיו מִן יַמָּא Et avolare fecit coturnices à mari, Hebr. וַיָּגָז Et abripuit, Numer.11.31. וְאַפְרַח יָתְהוֹן אַבְרָם Et abegit eas Abram, Hebr. וַיַּשֵּׁב Et difflavit, Genes.15.11. *Particip.* וּמַפְרַח יַת דוּקָא Et ventilabit paleas, Jesa.28.v.28. דְמַפְרִיחַ גִּירָא בִּכְבָדֵיהּ In cujus jecur volat sagitta, Hebr. יְפַלַּח Secat, Prov.7.v.23. *Plurale,* חוּרְמָנִין מַפְרְחִין Basilisci volantes, Jesa.30.6. כְּמָא דְמַפְרְחִין אַבְנָא בְּקַלְעָא Sicut volare faciunt, dispellunt lapidem fundâ, Hebr. יְקַלְּעֶנָּה Fundâ ejiciet, 1.Sam.25.29. *Futur.* יַפְרְחִנַּהּ Volare faciet eam, 1.Sam.25.v.29. *Apud Talmudicos,* דפרח לביה Cujus cor avolat, id est, qui deliquium patiitur, Gittin fol.69.2. Vide mox פרחא. Præterea adducit Baal Aruch ex Bava kama folio 30. לא שנו אלא במפריח, quod explicat per בְּיָתֵר: sed hodie non sic legitur in nostra Gemara.

Apud Talmudicos per metaphoram, פרחי ופרחי *Iter facientes & volantes*, id est, הוֹלְכִים וְעוֹבְרִים *Euntes & transeuntes*, Ketubh. fol.61. Glossa notat, אורחים esse qui aliquandiu subsistunt in loco aliquo: פרחי esse eos, qui rectà pergunt.

פֶּרַח *Flos: & metaphoricè, Suprema pars candelabri sacri lumen continens. sic dicta, quòd florû figuras contineret: unde,* פֶּרַח שֶׁל מְנוֹרָה, *apud Rabbinos,* Kelim cap.13. *& inde,* פְּרָחֶיהָ Flores ejus, Exod. 25.v.31. in Hebræo. Item *Pubes in juventute:* unde, קָטָן פּוֹרֵחַ *Minorennis pubescens,* שנראה עליו צמר שיער *in quo conspicitur prima lanugo*, ut Baal Aruch scribit. Vide in Berachoth fol. 47. col2. Item, פִּרְחֵי כְהֻנָּה *Germina vel puberes sacerdotii, filii adolescentes sacerdotum, in quibus sacerdotium efflorescit, Sacerdotes juvenes:* פרחי כהונה מוציאין אותו חוץ לעזרה ומפציעין את מוחו Juvenes sacerdotes educunt eum extra atrium, & cōtundunt ipsi cerebrum, Sanhed. fol.81.2. Glossa, כהני בחורים שמתחיל זקנם לפרוח Sacerdotes juvenes, quibus incipit barba progerminare, & proximi sunt fungendo sacerdotio: ופרחי כהונה איש כסתו בארץ Et juvenum sacerdotum quisque habebat pulvinar in terra, Tamid cap.1. in Mischna: Præcedit illic, והרובים שומרים שם Et juvenes custodias agebant ibi. Unde in Gemara legitur, התם קרי להו רובים הכא קרי להו פרחי כהונה Illic vocavit eos pueros, juvenes, hîc vocat eos juvenes sacerdotes, &c. Glossa in Mischna, explicat שהגיעו לעבודה Qui pertigerunt ad cultum divinum, scil. exercendum.

פִּרְחָא *Bruchus, Melolontha, locustæ species:* אֲכַל פִּרְחָא וּמוֹתַר פִּרְחָא Comedebat bruchus, & reliquum bruchi, &c. Hebr. יֶלֶק, Joel.1.3.

פִּרְחָא *Capparis*, apud Talm. Berach. fol.36. col.1.

פִּרְחָא *Defectio, Deliquium:* פרחא דלבא *Deliquium animi*, Ohnmacht/ Talm. Gittin fol.69.2. Sic exponit R.Sal. שלבו פורח Cujus cor avolat, Gallicè *Pasmer.*

פִּרְחָא, *Emph.* פִּרְחֲתָא *Volatile, Volucris, Volucres:* פְּרִיסָא מְצוּדְתָא עַל פִּרְחֲתָא דְגַדְפָּא Expanditur rete volatili alarum, id est, quod alas habet, Hebr. בַּעַל כָּנָף, Prov.1.17. הֵיךְ פִּרְחֲתָא דְפָרְחָא Sicut volatile, volucris quæ volat.

פְּרוּחִין *Capilli muliebres circa tempora capitis vagi & volantes, quæ ligamine non comprehenduntur:* unde apud Talmudicos, כְּלִיא פְּרוּחֵי Vitta constringens capillos vagos, Schab. fol.57.2.

פרדיותא

כפרחייתא *Ligamenta brevia, vel, laqueoli, quales in palliis haberi solent, ut collo alligari queant*, R.Sal. exponit Gallicè, פינרצא, Schab. fol.59.2.

אפרחין · אפרוחין *Pulli, avium propriè à Volatu:* וּבִקְּעָה וְדָגְרָה Et fovet, calefacit pullos, Jerem.17. v.11. אפרחים או ביצים Pulli aut ova, Deuter.22.v.6. *Cum Aff.* וְגַנְתָא עַל אֶפְרֹחֶהָא Et gallinam cum pullis suis, id est, plejadas, Hebr. עיש Arcturum, Jobi 38.v.32. וְאֶפְרוֹחִין יְגַמְעוּן אַדְמָא Etiam pulli ejus sorbent sanguinem, Jobi 39.33. al. 30.

פרט *Particulatim, Speciatim, Singulatim aliquid agere, quod ad varia accommodari potest. Oppositū ejus est* כלל. *Hinc illud de Musicis,* הַפֹּרְטִים *Modulantes, minurientes, vocem quasi in minimas particulas frangentes, Amos 6.5. in Hebræo. Sic apud Rabbinos,* פורט ואוכל Sigillatim legit & comedit, veluti in vindemiis singulos acinos; *de malis Punicis*, singula grana intus contenta, Talm.Maaseroth cap.2. מְגַרֵּר בָּאֶשְׁכּוֹל ופורט ברמון Grana vel acinos singulos colligens botri & comedens, & grana mali Punici, ibid. cap 3. Item, ופרט בשורא דירושלם Et partes fecit, in partes rupit murum Jerusalem, 2.Reg.14.v.3. in Regiis, Veneta, ופרץ, juxta Hebræum. Item, יש פרשה שכולל בתחלה ופורט בסוף Est sectio Biblica, quæ generaliter loquitur in principio, & specialiter in fine. Rursus apud Talmudicos, פרטורי נואף להוצא Particulavit, id est, rupit adulter parietem in partes, Nedar. in fine: פריטא שפותיה Particulatim, in duas partes fissum fuit labium ejus, Bava bathra fol.117.col.1. *Item de monetis,* הפורט סלע In minutos nummos mutans siclum, Talm. Maaser scheni, cap.2. Eleemosynarii, quando non habent pauperes, quibus distribuant nummos, פורטים לאחרים ואין פורטין לעצמן transmutant (monetas parvas argenteas) aliis, sed non transmutant sibi ipsis, Bava metzia fol.38.1. & Bava bathra fol.8. col.2. ne judicentur vilius sibi permutare: אין פורטין לא מתיבת המוכסים ולא מכיס של גבאין Non commutant (Siclos) ex arca publicanorum, neq; ex loculo exactorum publicorum, Bava kama fol.113.1. Habent enim plerumq; varios & malos nummos.

Deinde exponitur in Aruch פְּרַט per שָׂחַק *Ludere, Jocari.* Adducuntur exempla duo: primum ex Bava kama fol.117.1. פריטן ספוותיה Ludebant labia ejus: *In Gemara legitur,* הוא דפריטא, ספוותיה, *& exponitur in glossa,* נקרעה, *Ruptum erat labium ejus ex vulnere. Sic idem esset quod* פְּרַץ. Alterum est in Echa rab. cap.2.v.10. יתבין ופרטין בנבוכדנצר Sedebant & jocabantur de Necucadnezare. *In meo exemplari legitur per Thau,* מפרתין. Sic mox, אף הוא מפרתיה Etiam ipse deludebat eum, deridebat eum.

פרט · פרט *Particulare, Singulare, Individuum, Speciale.* Item, *Aera minor, numerus annorum mundi infra millenarium:* לִפְרַט קָטָן Ad supputationem minorem, omisso sc. millenario, quem brevitatis causâ plerumque solent omittere. בִּפְרָט *In specie, Particulariter, Speciatim, Præsertim. Apud Talmudicos,* פרט *Particularitas, Acini decidui, qui ex lege pauperibus erant relinquendi.* Hinc, איזהו פרט הנושר בשעת הבצירה Quod est particulare (in Bibliis sic appellatum, Levit.19.v.10.)? quod decidit tempore vindemiæ, Peah cap.7. Nempe grana singula, quæ decidunt ab uvis tempore vindemiæ, quin etiam duo grana habentur pro particularibus, juxta illud; שני גרגרין פרט שלשה אינן פרט Duo grana particulare sunt: tria autem non sunt particulare; tria scil. conjuncta adhuc pediculo Ibid. Acini decidui & singulares relinquendi erant pauperibus, juxta præceptum divinum, וּפֶרֶט כַּרְמְךָ לֹא תְלַקֵּט *Et particularitatem vineæ tuæ non colliges, sed pauperi & advenæ relinques illam*, Levit.19.10. *Sic in Targum Hierosol.* ופרט כרמכון Et particulare, grana singula decidua vineæ vestræ, Ibid.

פריטתא *Idem:* פריטתא דרמונא Particularitas mali punici, Bemidbar rabba sect.12. Jalkut Exod. fol.57.col.1. ubi explicatur, בקלפה Sicut cortex malogranati; sc. interior, ubi grana conspiciuntur.

פרט *Excepto:* הַחֲרֵם אוֹתָהּ וְכָל אֲשֶׁר בָּהּ פרט לנכסי צדיקים שבחוצה לה Devoveto eam & omnes qui sunt in ea (Deuter.13.15.); exceptis facultatibus justorum, qui extra eam sunt, Sanh.112.1. וּשְׁלָלָהּ *Et spolium ejus*, Deut.13.16. פרט לכסף הקדש ולכסף מעשר Excepto argento sancto, & argento decimarum, ibid. pag.2.

פְּרָטִי *Particularis, Singularis, Specialis, Individuus:* ספור פרטי Prædicatio particularis, apud Logicos: עִנְיָנִים פְּרָטִיִּים Res particulares. *Fœminimum,* הַשְׁגָּחָה פְּרָטִית Providentia particularis. Disputant Hebræi, An detur in Deo Providentia specialis de rebus particularibus & singulis? Vide Majem. in More hannevochim.

פרטין Vide infrà in פרטט.

פרטיות *Particularitas, Singularitas.*

פרוטה *Nummus minor, Numulus, Moneta parva quævis, quæ pro majori & meliori commutari solet. Pruta fuit duplex: alia ex argento, alia ex ære. Ad alia particularia & minima deinceps transfertur. Apud Talmudicos*, Mulier vel uxor acquiritur tribus modis: pecuniâ, literis, congressu. Pecuniâ; secta Schammæi dixit, בדינר ובשוה דינר Denario, aut quod æquivalet denario: Secta Hillelis dixit, בפרוטה ובשוה פרוטה וכמה היא אחד משמנה באיסר האיטלקי Numulo, aut quod æqui-

valet numulô. Quantum valet pruta? eſt octava pars Aſſarii Italici, Kidduſchin in princip. Gloſſa, פרוטה של נחשת Numulus hîc intelligitur æreus. De Aſsir vide in אסר. Vide & Schulchan Aruch par. 4. numer. 31. כל פרוטה ופרוטה מצטרפת לחשבון גדול *Quando multi oboli coacervantur, tandem etiam fit ſumma magna*, Sota fol. 8. 2. כל מי שנותן פרוטה לעני *Quicunq; dat obolum pauperi unum, Deus reddit ei* פרוטות *obolos multos*, Vajikra rabba ſect. 34. גזל שוה פרוטה Rapina quæ valet obolum, id eſt, minimi pretii, minimâ pecuniâ æſtimanda. פרוטה היא אחד מל״ב במעה כסף שהיא אשפירו אוטומאני ששוקל י״ו גרעיני שעורה, h. e. Pruta eſt (numulus) unus ex triginta duobus numi argentei, Aſperi videlicet Otomanici, qui ponderat ſedecim grana hordei, Jore deah numer. 294. ſect. 6. Ergo pondus Prutæ erit dimidii grani hordeacei. Et ſic ſcribit Rambam in הלכות שקלים cap. 1. הפרוטה חצי שעורה Peruta eſt dimidii grani hordeacei. *Plurale*, פרוטות *Numuli*: מטבע שאינה מתחלקת לפרוטות Moneta quæ nô dividitur in partes minores. Item *Partes, Particularia*: מפני שהוא כמוציא פרוטות Quia eſt quaſi emittens particularia Talm. Kelim cap. 2. De vaſe hortenſi nomen, quo fit irrigatio, & infrà latum eſt, plenum foraminibus, ſuprà oris anguſti, quod cùm patet, exeunt aquæ inferiùs guttatim, quod dicit פרוטות.

פְּרוּקְטוֹת *Nummi minuti ærei vel cuprei, idem quod* פרוטות, Talm. Bava metzia fol. 46. col. 1. Propriè non ſignati numuli, דליכא עליהו צורתא in quibus nulla eſt figura impreſſa, ut ajunt ibi Hebræi.

פְּרִיטִין *Particularia, Minutiæ, Minuti nummi*: פריטין דכספא Minuti nummi argentei, דדהבא aurei, Bav. baſra fol. 165. 2. & 166. 1. *Legitur & in Targum Jon.* Deut. 14. 25. וִיהוֹן פְּרִיטֵי צְרִירִין בִּידָךְ Et erunt nummi ligati in manu tua.

פְּרוּמִיוֹת *Mulæ, ſpecialis mularum ſpecies, ſignis munditiei vel immunditiei carens*, Talm. Kilaim capite 8. Conjungitur ipſi רַקָּבִים, etiam mularum ſpecies.

פִּירָטוֹן *Piratæ*: וספינות של פירטון מקיפות אותו Et naves piratarum circumdabât ipſum, Schemot rabba ſect. 17. *Præſtaret legi* פִּירָטִין *pluraliter, à ſingulari* פִּירָטִיס πειρατὴς, *quomodo dictus fuit primus prædo marinus, unde deinceps omnes tales dicti ſunt Piratæ.*

פּוּרְמִיתָא *Teſtamentum, ultima hominis voluntas ſcripto comprehenſa*: שדא פורמיתא לביתיה Projecit teſtamentum in domum ejus, Talm. Sanhedr. fol. 96. 2. *Baal Aruch legit* פירמא.

פַּרְטוּמִין *Primi, Primores, Primarii*: יצאו פרטומי לקראתו Egreſſi ſunt primores in occurſum ejus.

Corruptum Græcum πρῶτοι, *quaſi dicas* פרוטמין πρῶτοι. *Sic citat Aruch ex Vajikra rab. ſect. 30. Sed illic, ut & in Jalkut, legitur pro eo,* גְּדוֹלֵי *Magnates.* In Tal. Hieroſ. autem legi, ואפרטומות מקיפין את העיר, quod hinc exponi poteſt, *Et primates, duces, capitanei cingentes urbem*, Ketubh. fol. 26. col. 4. Et in Bereſch. rabba ſect. 1. פלן פראטאמא, quod in Jalkut ſcribitur פרוטמא. In Vajikra rab. ſect. 28. פרטוי דיהודאי *Primores Judæorum*, πρῶτοι.

פרוטגמיא. *Vox corrupta videtur, pro* פְּרוֹגַמְיָא, *vel* פרוֹגַמְיָא *id eſt*, προγάμια *Pronuptialia dona, quæ ante nuptias dabantur, Donationes ante nuptias.* *Plurale*, ואותן שבע שנים הן הן פרוטגמיא של צדיקים Et iſti ſeptem anni ſunt pronuptialia juſtorum in futuro ſæculo, Vajikra rabba ſect. 11. in principio: דאכיל פרוטגמיא אכיל משתותא *Qui comedit pronuptialia dona, jam conſumpſit convivium ipſum nuptiale*, Talm. Hieroſol. in Schebhiith cap. 4. Qui deliciis omnibus in hoc mundo fruitur, carebit deliciis ſæculi futuri.

פרוטימוס πρότιμος *Præhonorabilis, Digniſsimus, Præſtantiſsimus vir*, Schem. rab. ſect. 15.

פּוּרְטְעָנֵי *Culices.*

פְּרוּטִיקְטוֹר *Protector.* Sic Guido ex Schemoth rabba ſect. 37. Legitur illic, ועשאו פרוטיקאטור שלא יהי זן מפלטין Et fecit eû protectorem, ne eſſet alens profugos, & abſumerent reliquum regis. Gloſſator inquit, videri legendum פראקוראטור *Procurator*, interpres agens & curans negotium alterius. Philip. Aquinas explicat · מיסב הראשונה *Qui primus accumbit, ſedet.*

פּוּרְטִירָא *Janitor, Oſtiarius*, Italicè, *Portiere, Portinaro*: יתיב קמי פורטירא ועביד גרמיה מתנמנם Sedebat ante janitorem, & fecit ſeipſum quaſi dormientem. Sic citat Aruch ex Ber. rab. ſect. 22. Sed ibi legitur nunc פלטירא.

פְּרוֹטְרוּט *Minutum, Minutiæ, Particularitas cujuſque rei.* Hinc ſcribit R. Salomon ad vocem הַפּוֹרְטִים, Amos 6. 5. שהמשורר על פי כלי זמר מחתך את הדבור בפרוטרוט הכל לפי נקימות הכלי להגביה ולהנמיך Quòd cantor juxta præſtitutum inſtrumenti muſici incidit ſermonem (vocem) in minutias planè juxta ſuavitatem inſtrumenti, exaltando & deprimendo: Item *Minutum monetæ, minuta moneta vulgaris, quæ pro majori transmutatur.* In Medraſch Tillim Pſal. 23. Quantum eſt פרוטרוט? unum de quadringentis & octoginta novem, quaſi פרטר, quæ literæ totidem in numero continent: In Echa rabbeti in præfatione folio 57. col. 3. legitur, ומוציאין עצמן חמשה עשר אלף בפרוטרוט Et educebant ſeipſos (egrediebantur) quindecim millia cum minutiis (id eſt, & adhuc nonnulli pauci ultra illa quindecim millia.)

פרי פריפרין *Ligna polita & eleganti, apta ad lectos & thalamos nuptiales:* להביא פריפרין Ad adducendum ligna, Bava metzia cap.6. in principio Misnæ. Glossa, עצים משופים ונאים לעשות לו אפריון.

פרין · פורין · פורִיתָא Vide supra in פרה.

פְּרַק In Pahel, *Frangere, Rumpere, Abrumpere, Disrumpere*, & ita habet affinitatem cum verbo פרק. Item *Diruere, Exscindere, Succidere. Participium Pehil, sive Passivum,* מתוקדא בנורא ומפרכא Succensa est igne, & dirupta, diruta, Hebr. כסוחה, Psal.80.17. *Infinitivus,* לִפְרָכָא בִּנְיָנָא Addirucdum ædificium, Eccl.3.3. Elias, לִפְרָכָא. *Ithpehal sive Ithpahel, Præteritum,* אתפריכו גופניא Fractæ, Excisæ sunt vites, Hebr. אמללה Languebit, Jesa.24.7. *Particip.* היך עִסְבָא דְמִתְפָּרְכָא Sicut herba quæ exscinditur, Psal.90.6.

Apud Rabbinos, אגוזין שנפרכין ביד Nuces quæ franguntur manu: שתהא נפרכת Ut sit rupta, Tal. Bechor. cap.6. ab initio.

Talmudicis ulterius est, *Quærere, Interrogare, Opponere, Objicere quæstionem contrariam, quâ alterius sententiam Infringere quis conatur:* לפרוכי Ad opponendum: יש למיפרך vel איכא למיפרך Est objiciendum, objici, quæri potest contra illud: פָּרִיךְ Quærit, opponit. מְפָרְכִינַן, Quærimus, objicimus, pro מפרכין אנן.

פירכא *Quæstio, Objectio contraria.*

פריך *Fractum, Fragile:* פריך הֲוָה כקיסא Disrupta, fracta fuit, ut lignum, Hebr. יבש Exaruit, nempe cutis ipsorum, Zerrissen/ gespalten/ Thr. 4.v.8. *Apud Rabbinos,* דַּהֲבָא פְרִיכָא Aurum fragile, Ketubh. fol.67.1.

פרוכין *Tusa, Contusa, Confracta grana aristarum, Far tusum:* פרוכין רכיכין Contusa & tenuia, Hebr. גֶּרֶשׂ, Levit.2.14. ופרוכין לא תיכלון Et tusa non comedetis, Hebr. וְכַרְמֶל Et spicas virentes, Lev.23. v.14. *Aff.* מפרוכה De contuso ejus, Levit.2.16. וְתִקְטוֹף פירוכין Et decerpes spicas manu tuâ, Deuter.23.26. Jon.

מפרכתא *Frangibulum, lignum vel lapis, quo olivæ franguntur in torculari,* Bava basra fol.67.2.

מַפְרַכְתָּא *Fractiones, Rupturæ, Ruinæ:* ומן גברא דְמַלֵּל מַפְרְכָתָא Et viro qui loquitur fractiones, verba scilic. quæ in proximi damnum & excidium tendunt, Hebr. תהפכות Subversiones, perversiones, perversitates, verba perversa, à recto & justo declinantia, Prov.1.2. Singulare posset esse מפרכית. Pravè in Venetis legitur מפרכיתא, & in Regiis, מפרכיתא singulariter. Melius pluralè, ut respondeat Hebræo.

Secundò פרך in Pahel, *Ligare, Colligare in Manipulum. Particip.* וְהָא אֲנַחְנָא מְפָרְכִין פִּרוּכִין בְּגוֹ חַקְלָא Ecce nos ligamus manipulos in agro, Hebraicè מאלמים אלמים, Genes.37.7. in Targ. Jonath. & Hierosol. *Baal Aruch legit* מכרכין כירוכין, *in* כרך *secundo, quæ lectio fortè melior.* יִתְפָּרְכוּן Ligentur, constringantur, Ber.rab.sect.1.

פרוכין *Manipuli, Fasciculi, Gen.37.7. ubi tamen præstaret legi* פרוכן, *formâ fœmininâ, ut apparet ex sequentibus:* קמת פרוכתי Substitit manipulus meus, מְחַזְרָן פְרוּכְתְהוֹן Circuibant fasciculi vestri, וגחנן לפרוכתי Et inclinabant se coram fasciculo meo, *quæ leguntur etiam ex forma* פורכא, *quod pravum videtur.*

פרוכתא *Velum Aulæum:* וְתַעְבֵּד פְּרוּכְתָּא דְתִכְלָא Et facies velum hyacinthinum, Hebr. פרכת, Exod.26.31. מגו לפרוכתא Ab interiori parte veli, vers.33. מִבָּרָא לִפְרוּכְתָּא Ab exteriori parte veli, v.35. *Apud Rabbinos,* פרכות שחורות Vela nigra, פרכות לבנות Vela alba, juxta Baal Aruch, Pirke R.Eliezeris cap.41.

Tertiò פרך *Scabere, Scalpere, Abradere, Abrumpere scabiem. Vicina est significatio primæ: nam scabendo rumpitur cutis aut scabies:* apud Talmudicos, סכין ומפרכין לאדם ואין סכין ומפרכין לבהמה Ungunt & scalpunt hominem, non autem ungunt & scalpunt pecus, scil. in Sabbatho; hominem, oblectationis & voluptatis causâ, quæ homini in sabbatho mandata est, non autem pecori aut bestiæ, Schab.fol.53.2. Glossa, מפרכין Abradunt, scil. גלדי מכה crustas plagæ.

פרוך *Scalptura, Fricatio:* סיכה ופרוך Unctio & fricatio.

פרך *Nomen proprium loci:* אגוזי פרך ורמוני באדן, Talm. Orla in fine. Horum locorum nuces & mala punica in pretio erant, & carius æstimabantur. *Hinc Guido notavit,* פרך *significare Nucem.* Author Aruch scribit, *Nuces istas sic dictas fuisse, quòd Fragiles essent, & manu facilè frangerentur, à prima hujus Radicis significatione.*

פרכין *Rupturæ Minutiæ ruptæ:* מתוך שעשוין פרכין Quòd essent factæ minutiæ minutiæ, Rosch haschana fol.13.col.2. De leguminibus quibusdam mentio, quæ quotidiè Conteruntur & absumuntur, neque in horrea colliguntur, ut frumentum, ut decimæ de iis dari possint.

פרכין *Nomen vasis vel instrumenti culinarii,* Tal. Kelim cap.12. Author Aruch vult esse *Fragmentum lintei, quo ollas & scutellas abluunt:* alii aliud.

פרכריגמא *Nummus adulterinus,* κίβδηλον νόμισμα, vel juxta Aruch, *Nummus prohibitus, non quòd falsus vel adulterinus, sed ut moneta Principis prohibentis propria, meliùs distrahatur.* Legitur in Parah cap.1.

פרכוי *Nomen provinciæ aut populi,* Genes.10.3. in Targ.Hierosol. Sic פרכואי Thren.4.22. quod autem videtur esse pro פרסאי ex vers. seq.

פְּרְכִיתָא Sic adducitur in Aruch, sed in libro citato legitur פרכימא per כ in medio. Vide suprà in פרכ.

פרכוטם · פרכוניס In Echa rabbeti cap.3.17. Mulier quædam duxit filium suum אצל חד פרכוטס. Glossa; לפי הענין קפילא אומן המתקן מאכלים Juxta sensum est Caupo, qui præparat cibos. In Medr. Koheleth cap.1.8. legitur pro eo פרכונים.

פְּרְכִיל *Uva cum racemo, sive etiam parte palmitis:* יד הפרכיל Manus racemi, pars quâ uva à propagine abscinditur & tenetur, der Kamm/ Oketzim cap.1. פרכילי ענבים Racemi uvarum, die Kammen/ vel, pars palmitis, quâ ferri & suspendi solent, Succa fol.10.1. & alibi: ובידו פרכיל ענבים Et in manu sua habebat palmitem uvarum, Schemoth rab.sect.15.

פְּרוֹכִימְמוּס *Dux, Antesignanus in bello. Græcè* πρόμαχος, in Jelammedenu. *Aruch scribit, sic vocari Advocatum in lingua Græca.*

פִּרְכֵּס *Movere, Motitare se, Trepidare, Tremere, ut fit in corpore moribundo. Elias exponit* Zabelen *vel* Zappelen: כְּפוּרֵת יְדַי יָאוּת וְלָא בְּשָׁעַת צַעֲרִי אֶפְרְכֵּס Liga manus meas benè, ne tempore doloris mei trepidem, Genes.22.10. de Isaaco. Pravè illic in Jonathane legitur נִפְרְכֵּס. *Apud Rabbinos,* מְפַרְכֵּס לָצֵאת Tremebat, timebat egredi, Ber.rab.sect.63. R.Salom. Genes.25.v.22. עוף המפרכס Avis trepidans, ut galli vel gallinæ faciunt, abscissâ gulâ: apud Talm. הותזו ראשיהם אעפי שמפרכסין טמאין כגון הזנב של הלטאה שהיא מפרכסת Si abscissa sint capita ipsorũ, etiamsi trepident adhuc, immunda sunt, ut cauda lacertæ, quæ (abscissa) adhuc trepidat, Oholoth cap.1. עד שתפרכס Donec tremorem edat, scil. inter mactandum, Cholin folio37.1. והרוג מפרכס Et occisus trepidabat adhuc, Sanh. fol.37.2. Sic ibi legendum. כיון שפירכסה Postquam trepidaverit, Cholin fol.38.2.

פִּרְכּוּס *Agitatio, Trepidatio, Commotio:* וכשכשה באזנה הרי זה פירכוס Et motitat aure sua, quæ est trepidatio.

II. פִּרְכֵּס *Fucare, Fuco ornare capillos, colore aut alio modo:* לא כחל לא שרק ולא פרכס Non fucavit oculos, neque fucavit faciem, neque fucavit capillos, Sanhed. fol.14.col.1. Item, אין מפרכסין לא האדם ולא את הבהמה ולא את הכלים Non fucant vel hominem, vel bestiam, vel vasa, Bava metzia, fol.60.1. & 2. כוחלת ופירכסת Quæ fucat oculos, & ornat capillos, Ketubh. fol.54.1. זונות מפרכסות זו את זו Scorta fucãtia capillos invicem, Schab.fol.34.1.

פִּרְכּוּס *Fucus, Fucatio:* פרכוס האדם מאי היא Fucatio hominis qualis est? veluti qui canos capillos fucat colore, ut fiant nigri. Item *Plicatio capillorum.* Sic explicatur in Ketubh. fol.54.1.

פְּרַכְסִים · פרוכסים *Praxis:* לא אתית אלא מיחמי פרוכסין דידכון Non veni nisi ut viderem praxin vestram, quomodo judicetis, &c. Talm.Hieros. Bava metzia cap.2.

פרל פירולין *Berylli, lapides pretiosi, idem quod* בירולין, Exod.25.7. in Jon.

פָּרַם *Dissuere, Discindere suturam, Lacerare, Hebraicè. Hinc apud Rabbinos,* פְּרִימָה *Scissura, Laceratio vestium versus suturam, &* קְרִיעָה *Scissura, Laceratio vestium extra suturam. Id fiebat in luctu, & aliis gravioribus calamitatibus. Apud Talmudicos,* כהן אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו Sacerdos apprehendit vestes ejus, si lacerantur, lacerantur: Si verò dissuuntur, dissuuntur, Sota fol.7. col.1. in Misna: Author Aruch dicit ad hunc locum, קריעה fieri בגופו של בגד in ipso corpore vestis, פרימה verò במקום התפר in loco suturæ: בגדיו יהיו פרומים וראשו פרוע Vestes ejus erunt laceratæ, & caput ejus denudatum. *Hinc deinceps latius extenditur, pro Secare, Incidere, Succidere, & in primis de oleribus & herbis dicitur:* פְּרָמִינְהוּ פְּרִימָא רַבָּא Incidit ea scissione magnâ, scilicet olera ad esum, Talm. Berach. fol.39.col.1. האי מאן דפרים סלקא Is qui incidit betam, Schab. fol.74.col.2. ופרומה משני צדדיה Et dissuta ab utroque latere suo, id est, distentis & patẽtibus circa collum & pectus vestibus, כדרך ארומיות שבצרפת juxta morem mulierum Idumæarum, quæ in Gallia sunt, inquit Glossator in Gittin, fol.90.2.

פְּרִימָה *Discissio, Dilaceratio, disruptio, ut antè in exemplo. Item Dilaceratio vestis secundum suturam, cui solet conjungi* קְרִיעָה *Dilaceratio vestis in solido extra suturam:* אין בין מצורע מוסגר למצורע מוחלט אלא פריעה ופרימה Non est differentia inter leprosum inclusum & absolutum, nisi retectio (capitis) & laceratio (vestis secundum suturam) Megilla fol.8.col.2. Leprosus absolutus his duobus opus habebat: at leprosus dubiè, & ideo ad examinandum inclusus, iis opus non habebat.

פרומאי *Artifices, qui norunt contignationes q. discindere, dissolvere,* Glossa, שוברי התקרה, Metzia fol.42.1.

פִּירְמָא. Apud Talmudicos in Gemara: מאי קיפה אמר רבה פירמא, Cholin fol.120.col.1. unum por alterum explicatur, קיפה exponunt interpretes תבלין Condimenti speciem. Vide infrà suo loco in קף. Author Aruch deducit ex priori significatione, ut sit *Incisum & minutum carnis, quod coquendo fundum ollæ petit.* Vide Gittin fol.69.1. שבעה בוני מפירמא דסילקא Septem pugillos caulium betæ, ושבעה בוני מפרמא דכרתי & septem pugillos caulium porri, Gl. קני calamos.

שורמי

פרצופי *Larva, Forma vultus ficta ad terrendum pueros & ludendum*: In Gemara, מאי לוקשמן רבא פרצי פלמוסקא : כר רב הונא אמר פרצופ. Glossa, הנקשורת על הפרצוף לשחוק או להבעית הבנים קטנים hoc est, פרצי est larva alligata super faciem ad ludendum, aut terrendū pueros parvos, Schab. fol.66.2. *In Medrasch Psalmorum, Psal.17. & 55. scribitur* פרצופא : ut, פרצופי נתון לפני עיניהן של מזיקן : Larva datur ante oculos spirituum nocivorum istorum: Quod si peccata hominis promereantur, אותה הפרצופא נגלית מעל פניו של מזיק, ista forma vel larva retegitur à facie spiritus mali, ac aspicit hominem, & lædit ipsum. Desumpta sunt ista ex Devarim rabba sect. ראה, ubi vide. *Scribitur &* פרצופי, glossa, מסוה *Velum. Baal Aruch adducit cum Daleth*, פרצופי.

פרוזמא Vide suprà in פרוזמא.

פרומביא *Frænum*: בזממא ופרומביא Camo & fræno, Hebr. בְּמֶתֶג וָרֶסֶן, Psalm. 32. v. 9. בְּכֵפְלָא רְפְרוּמְבִיָא מַן יְעוּל In duplicationem fræni ejus quis ingredietur? Jobi 41. 4. *Eliæ videtur esse corruptum ex Latino. Convenit Græcum Φορβεία. Apud Rabbinos*, תן פרומביה בפיהם כחמורים של טחונין, Inde frænum ori ipsorum sicut asinis molitorum, Psal.9. in Medrasch. In Gemara, ולובדקים בפרומביא Et Lybiani asini, cum fræno egredi die Sabbatho licitum; Schabbas cap.5. in initio. Hi scribuntur fuisse majores & fortiores, in laude & pretio. Proverbium quoddam, in quo occurrit, vide in ארן.

פרמוסקא *Dominatus, Primatus*: הַהֵם גַּבְרֵי דִפְרְמוּסְקָא הוו Ibi viri primatus fuerunt: Glossa, אנשי השלטון Viri dominii, Bava mezia folio 93. 2.

פרמקוס *Pharmacus*, Φάρμακος, *Veneficus, Magus*: אמר לו פרמקוס פרמקוס Dixit ipsi, Magus, magus est, Beresch. rabba sect. 77. Alii citant פרקוס.

פרמשתק *Membrum viri*: ופרכשתקו אמרה ורוח Membrum ejus cubitus & spithama, Moed katon fol.18.1. Glossa פרמשתק. In textu ut & in Aruch, scribitur פרמשתקו, sed in Glossa sine ק, & sic in Tanchuma in Exod. sect.182.

פרן *Dotare, Dotem dare. Infinitivus cum Futuro*, מִפְרְנָא יִפְרַן יָתָהּ לֵיהּ לְאִנְתּוּ Dotando dotabit eam sibi in uxorem, Exod.22.15. in Jonath. & sic T. Hierof. מִפְרְנָא יִפְרַן לֵיהּ לְאִנְתּוּ pro Hebr. מָהֹר יִמְהָרֶנָּה . *Sic apud Rabbinos*, ולא היו מפרנין אלא בפה Neque fuerunt dotantes, id est, neque dotem dederunt nisi ore; verbis scilic. nudè promissam, & non reipsâ præstitam, Beresch. rabba sect.60. & sect.74. ספרנסים *Placebant, Demulcebant*. Sic Glossator in hunc locum exponit, & sic R. Moses ben Nachman in sectione ויחי. Aruch aliter. *Hinc legendum*, בְּמַפְרְנֵי בְתוּלָתָא Sicut dotant virgines, ibid. in Jon. v.16. pro quo legitur בְּמַפְרְנֵי, juxta dotes, & sic in Onkelo, כְּמוֹהַר.

פורן · פורנא *Dos*: פורן וכתובה Dotem & literas dotales, Genes.34. v.12. in Targ. Hierosol. pro Hebræo מהר. *Sic apud Rabbinos*, פורנא רב עלי Dos magna incumbit mihi, id est, magnum incumbit mihi donum propter nuptias ipsi dare, si deseram eam, nec tantum est in facultatibus meis, Ber. rabba sect.17. לית לי מן הן ליתן לה פורנה Non est mihi, unde dem ipsi dotem: אנן יהבינן לה פורנא שבקה סנך Nos dabimus ei dotem, tu dimitte eam: בן פסיק לה פורנא ושבק יתה Sic constituit ipsi dotem, & dimisit eam, ibid. *Corrupta hæc sunt ex Græco* Φέρνη, *unde & verbum apud LXX. Græcos*, Φερνῇ φερνιεῖ αὐτήν, Exod. 22.15. Hinc ulteriùs est *Lucrum*: ut, פורנא ליתמי id est, הריוח ליתומים Lucrum pupillis datur, Talm. Kethubh. fol.54.1. Item, גמלים של ערביא אשה נוטה פרנא מהכה De Camelis Arabiæ mulier levat lucrum, Ketubhoth fol. 67.1.

פאראפרנן παραφέρνα, παράφερνα *Bona, quæ sponsa præter constitutam dotem secum fert, Dotalia dona*, in Talm. Hierosol. Gittin cap.5. folio 47. col.2. נכסים שהכניסה לו פרה פרנן Bona quæ adfert (uxor) ei (marito) παρὰ φέρνην præter dotem, &c. Sic, כפרא פרנן דידה Ex paraphernо ipsius, Ketubhoth Hierosol. fol. 30. col.2. cap.5. Vide & Nasir cap.5. Bava bathra cap. ult. In glossa explicatur rectè, תוספות כתובה. In Bereschith rabba sect.80. corruptè pro hac voce legitur פרא פורן & sect.65. פרפורנין.

פרן *Ædificii regii genus, instar* בסילקי *basilicæ*, Tal. Taharoth cap.6.

פורני *Furnus*: שהרהין פת פורני Qui pignori dedit panem furni, id est, panem majorem in furno coctum, Talm. Pesachim fol.31. 2. אין אופין בפורני חדשה Non coquunt in furno novo, Beza fol. 34.1. הביאו לפניו פת פורני Adduxit ante eum panem furni, Avoda fol.35.2.

פורניתא *Furnaceum, Panis furnaceus*: שפורניתא אפויה לך Quòd furnaceum coctum est tibi, Ber. rabba sect. 67.

פורנה *Foramen, in quod pessulus januæ ingreditur*: הפין והפורנה טמאין Pessulus & foramen immunda sunt, Tal. Kelim cap.11.

פורני · פורנא πόρνη, πορνεία, *Scortatio*, Beresch. rabba sect.40. In Vajikra rabba sect. 33. scribitur; Aquilam, locum illum Ezech. 23. vers. 43. וָאֹמַר לַבָּלָה נִאוּפִים transtulisse, פיליאה פורני id est, παλαιὰ πόρνη Vetula meretrix. Unde meliùs scribitur פליאה, sine Jod priori.

פרנין, *unde*, שִׁירָא מְבָא פְרָנִין Sericum optimum

mum Paringanum, Esth. 5.1. & 6.10. in Targ. sec. Quidam legunt פרנרא.

פרנרא *Epitheton serici, à loco sic dicti.* Vide שירה in שיר.

Apud Rabbinos שְׁטַף *etiam est, Festinare, currere cum impetu, ut aqua exundans:* שטופי זמה Immersi in scelere & vitiis, sceleribus dediti, & iis quasi diluvio obruti. שַׁטְפָא *Festinatio, cursus, acceleratio:* אגב שיטפך אתיא לך Propter festinationem tuam evenit tibi hoc: דִּלְמָא אַגַּב שִׁיטְפָךְ רְהִיט לָךְ גְּמָרָא Fortè propter festinationem tuam accurrit tibi doctrina ista, Schabb. fol. 130.2. Nidda fol. 53.2. כשהייתה שטוף בגרסתך Quando fuisti immersus in lectione tua, studiis tuis: שַׁטְפוּהוּ רַבָּנָן לְרַבִּי אֱלִיעֶזֶר Obruerunt (q.d. submerserunt eum, scil. suis argumẽtis & rationibus) Rabbini R. Eliesarem, & adduxerunt eum in sententiam suam, Nasir fol. 32.2. *Sententia proverbialis,* בְּשַׁעַת עָקְתָא נִדְרָא בְּשַׁעַת רְוָחָא שִׁיטְפָא *Tempore angustiæ, votum: tempore respirationis, inundatio:* Bereſch. rab. sect. 81. Ægrotus votum facit pietatis: liberatus à morbo, voti obliviscitur, & diluvio scelerum & vitiorum, quasi inundatione, abripitur. Exemplo Jacobi id afferunt, qui, iter in Syriam ingressus, vovit votum, Genes. 28 20. Itinere prosperè cõfecto, voti fuit oblitus, aut tardavit reddere, unde Deus ipsum monuit: *Surge, ascende in Bethel, &c.* Genes. 35.1. Da der Kranck genas/ ward er böser alß er zuvor was/ dicunt Germani.

שְׁטַר *Dominatus, dominium, id est,* מֶמְשָׁלָה, *ut Elias exponit:* וְלִשְׁטַר חַד הֲקֵימַת Et dominatum

natum unum erexit, Dan.7.v.5. Sic redundat ל in voce שטר. R.Saadias & Aben Esra legunt שְׂטַר, quod exponunt סטר vel צַד Latus, Et ad latus unum constituit, scil. regnum, non toti regno dominabatur, sed parti: וְאִדְּרוֹנֵי שִׁטְרֵי מַזָּלַיָּא Et cubicula pro dominio planetarũ vel signorum cœlestium, Job.9.9. הֲתַפִּיק שִׁטְרֵי מַזָּלַיָּא Num produces dominia planetarum? Heb. הֲתוֹצִיא מַזָּרוֹת, Job.38.32. אִין תְּשַׁוֵּי שִׁטְרֵי גַּלְגַּלֵּיהּ בְּאַרְעָא Num pones dominia sphærarum ejus (cœli) in terra? Heb. מִשְׁטָרוֹ, Job.38.33. Veneta habent שטריה Dominium ejus. Id si retineatur, tunc abesse potest vox sequens, & est שטריה ut מִשְׁטָרוֹ.

II. שְׁטָר *Scriptum obligationis vel contractus, instrumentum literarum vel contractus. Emph.* ונסבית יַת שְׁטָרָא זְבִינַיָּא Et accepi literas vel contractum emptionis, Hebr. אֶת סֵפֶר הַמִּקְנָה, Jerem.32.v.11. שְׁטָרָא פְּתִיחָא Contractus erat apertus, explicatus, scil. ad legendum, ibid. וִיהָבִית יַת שְׁטָרָא דִזְבִינַיָּא Et dedi literas emptionis, Jere.32.12. וּכְתָבִית בִּשְׁטָרָא וְחַתְמִית Et scripsi in contractum & obsignavi, Jerem.32.10. *Plurale,* סַב יַת שְׁטָרַיָּא Accipe literas contractus hujus, Jerem.32.14.

Apud Rabbinos generalius sumitur: המוכר שטר חוב לחבירו Vendens literas debiti socio suo, id est, chirographum; שְׁטַר כְּתוּבָּה Literæ matrimoniales: כתב ליה שטרא אחרינא Scripsit ipsi literas alias, chirographum aliud. שטרי חליצה Literæ juris affinitatis. שטר שכתב בו ריבית קונסין אותו Literæ, in quibus scripta est usura, illæ mulctātur. שְׁטַר צַוָּאָה Literæ preceptionis sive mandati, de ultima scil. voluntate, id est, Testamentum. שטרי חוב המוקדמין פסולין Chirographa debiti quæ antevertuntur (alio antiquiore chirographo) reproba sunt, Bava metzia fol.72.col.1. *Pluraliter fœmininè effertur* שְׁטָרוֹת: unde, שטרות מזויפים Literæ falsæ, adulteringe. Instrumenta literarum falsata, R.Salom. Jesa.10.1. שטרות מחילה Literæ remissionis debiti, id est, Apocha, confessio solutionis: שטר הרשאה Literæ licentiæ, quibus plena potestas alicui datur exigendi debitum, Gewaltsbrieff. *Et masculinè,* שטרי הודאות *Literæ confessionis debiti.* Rursus, כל השטרות שחותמים גוים פסולים חוץ משטרי מקח וממכר ושטרי חוב וכו׳ Omnes contractus subsignati per gentes (id est, Christianos) irriti sunt, exceptis contractibus empti & venditi, & contractibus debiti, &c. Hinc fuit מִנְיַן שְׁטָרוֹת *Numeratio contractuum.* Nempe cùm Alexander Macedo, deleto Persarum regno, & Græcorum novè instituto, urbem Jerusalem bello aggredi & delere paratus esset, egressus ad eum Simeon, qui justus cognominatus fuit, Pontifex maximus, habitu sacro pontificali, eum à bello dehortatus est, ac planè avertit. In ejus rei memoriam eo anno omnibus Sacerdotum filiis Alexandri nomen datum est, & literas contractuum concludebant non ab annis creationis, sed ab Alexandro, quam supputationem appellarunt מִנְיַן שְׁטָרוֹת.

III. שטר *Inungere vulnus aut partem aliquam corporis læsam:* או אשטר לך משטר Aut inungã tibi (oculum) unguento, Glossa אמשה Bava metzia fol.85.2. Hinc est *Intingere panem in jure carnis aut edulio liquido, quod dicunt Intingere panem:* או מישטר קאשטר ואכיל Aut intingendo intingit (panem) & comedit, Pesach. fol.44.1. Nasir fol.36. col.2. *Hinc Aruch legit locum istum in Targum,* וְיִשְׁטְרוּן עַל שִׁיחְנָא Et inungent super ulcus, pro Hebræo וְיִמְרְחוּ, Jesa.38. v.21. Veneta male sine dubio habent, וְישׁוּרְטוּן. Regia, וְיִשְׁמְחוּן commodè.

* שיב · שיבא Vide suprà in שבב.

* שיר Vide suprà in שור.

* שיח · שיחא Vide suprà in שוח.

* שיט · שיטא · שיטין Vide suprà in שטט.

* שין Vide suprà in שון.

* שיל Vide suprà in שאל. שילו *Schilo: nomen proprium viri, quod in adagio veteri extat:* שילו חֲטָא וְיוֹחָנָא מְשַׁלֵּם *Schilo peccavit, & Johanni solutio imponitur,* Beres. rab. sect.25. Pro passivo משתלם potest etiam dici מְשַׁלֵּם Persolvit. Simile vide in טוב in voce חוביה.

שין *Mejere, Mingere. Verbum erat olim prolatione obscœnum & turpe, unde & non multùm fuit usu tritum.* Nomen inde remansit,

שִׁינָא *Urina, aqua vesicæ. Apud Talmudicos,* שִׁינָא בְּעַמּוּד הַשַּׁחַר כְּאֻמְטְמָא לְפַרְזְלָא Mictio sive urinæ emissio ad ortum auroræ, est (corpori) sicut chalybs ferro, Berachoth fol.62.2. Sic mox pro שינא dicitur יציאה Egressus, exitus manè, sc. ad evacuandum ventrem, idem corpori præstat. שִׁינָיו נוֹשְׁרוֹת Aquæ ejus effluunt, sponte scil. & ex morbo, Schab. fol.82.2. Hinc in textu sacro bis scriptum שיניהם quod regulariter punctandum & legendum fuisset שֵׁינֵיהֶם: sed quia hoc usu communi in vocibus obscænis erat, pro eo legerunt & pronunciarunt מֵימֵי רַגְלֵיהֶם Aquas pedum suorum, ut à Masorethis notatum, 2.Reg.18.27. & Jesa.36.12. ubi R.Salomon שיניהם exponit צואה לחה excrementum humidum sive liquidum, id est, urina, aqua excrementitia. Sic Germani Urinam honestatis causâ vocant Aquam, & sic Hebræi Aquas pedum, quia è medio pedum emittuntur. Aruch in שן primo horum meminit. Item, שיני דכרכשא Urinæ vesicæ: R.Salomon in forma emphatica adducit apud Jesajam, דְּכַרְכַּשְׁתָּא. Id aliàs significat etiam Intestinum rectũ, quod & dicunt חלחולת, quod

quod majoribus excrementis, ut Hebræi vocăt, egerendis destinatum est.

* שיקא · שיק Vide supra in שוק.

* שיפא · שיף Vide in שוף & in שפף.

* שיצין Vide שץ.

שיר שֵׁיר · שֵׁירָא *Catena, catenula, sive ad ornatum sive ad vinciendum: Monile, ornamentum, tam brachiorum, quæ Armillæ, quàm pedum, quæ Periscelides vocantur, ex auro confectæ ut armillæ, formâ catenæ:* שֵׁיר בִּדְהַב טָב דְאוֹפִיר Cum catena ex auro optimo Ophir, Esth.8.15. שֵׁיר דְפַרְזֶל עָלַת בְּנַפְשֵׁיהּ Catena ferrea invasit corpus ejus, id est, catenâ corpus ejus ligatum fuit, Psalm.105.v.18. *Plurale,* וּתְרֵין שֵׁירִין יְהַב עַל יְדָהָא Et duas catenas vel armillas dedit super manus ejus, Heb. וּשְׁנֵי צְמִידִים, Genes.24.v.22. שֵׁירִין וְשַׁבְּכִין Catenas & armillas, Hebr. הַצְעָדָה וְצָמִיד quod reddunt, Periscelides & armillas, & sic Fagius quoque in Targum interpretatus est, Numer.31.50. Jonathan habet, שֵׁירַיָא מִן אֶדְרָעֵיהוֹן Catenas à brachiis ipsorum. לְמֵיסַר מַלְכֵיהוֹן בְּשֵׁירִין Ad vinciendum reges ipsorum catenis, Hebr. בְּזִקִּים, Psal.149.8. וְשֵׁירַיָא עַל יְדָהָא Et catenulas armillares sive armillas in manus ejus, Hebr. וְהַצְּמִידִים, Genes.24.47. *Constr.* וְשֵׁירֵי יְדַיָא Et armillas manuum, Hebr. וְהַשֵּׁרוֹת, Jesa.3.v.19. וְשֵׁירֵי רִגְלַיָא Et catenas pedum, Hebr. וְהַצְּעָדוֹת, Jesa.3.20. Catenulæ istæ erant periscelidum loco.

Apud Talmudicos: Cum quibus rebus jumentum (in sabbatho) egreditur, & cum quibus non egreditur &c? ומוס בשיר וכל בעלי השיר יוצאין בשיר ונמשכין בשיר Et equus cum catena, & omnia quibus catenæ competunt, egrediuntur cum catena, & trahuntur cum catena: Schab. cap.5. in princ. Catena intelligitur, quæ equis, canibus, aliisque parvis similibus animalibus ad collum inditur, cui orbiculus inest cum loro sive fune ad ducendum animal illud. Hæc catena, quia facit ad custodiam animalis, non censetur pro onere, ideoque licitum, ut animal cum ea in sabbatho egrediatur. Onera autem, quâ onus sunt, in sabbatho portare prohibitum est, tam homini quàm animali.

שִׁיר *Canticum.* Vide in שור.

שֵׁירִין *Hami. Sic respondet Hebræo* חַח: ut, וְאֶשֵּׁוֵי שֵׁירִין בְּלִיסָתָךְ Et imponã hamos in maxillas tuas, Hebr. חַחִי Hamum meum, 2.Reg.19.28. Jesa.37. v.29. וְאֶתֵּן שֵׁירִין בְּלִיסָתָךְ Et dabo sive ponam hamos in maxillis tuis, Hebr. חַחִים, Ezech.29.4. & 38.4.

שֵׁירָא · שִׁירְאָה *Sericum:* הוא שִׁירָאָה פַּרְנְגָן טָבָא Est sericum Parnaginum optimum, Esth.5.v.1. & 6.10. Libri vulgò habent שִׁירְאָה quasi sit idem cum superiori שֵׁירָא Catena. Pro פרנגן cap.6. est פרנגן. Videtur pravum esse, aut idem cum eo, quod Talmudici פרנדא vocant: unde, משחרב מקדש ראשון בטל שירא פרנדא Ex quo vastatum fuit Templum sive Sanctuarium primùm, cessavit sericum Parnadinum, Sota fol.48.col.2. in Gemara. Glossa שירא est מין משי species serici. Baal Aruch hoc exemplum adducit in שרה, & legit שירה. Item, אנא שירא פרנדא קרינא ליה Ego sericum Parnadinum voco illud, Schab. cap.2. in princ. Species fuit certi serici: שירא לחוד ושירא פרנדא לחוד Sericum seorsum, & sericum Parnadinum seorsum: ibidem.

שִׁירָאִים *Vestimenta sive pallia serica:* השיריים הכלך הסיריקון חייבין בציצית, ibidem in Schab. Nominantur hîc tres serici species, ex quibus si vestimentum sit confectum, illud tenetur habere filamenta sacra, quæ dicuntur ציצית, de quibus suo loco agitur. חכך דשיראי Vermis sericorum, Schabb. fol. 90.1. בכולהון שיראי In omnia serica, Berach. fol.56.1.

שִׁירָה *Turma, turba, exercitus, caterva:* בְּשֵׁירוֹת *Catervatim,* Rab.

שִׁירַיִם *Duæ tertiæ cubiti,* Eruvin cap.2. & 5. in Mischna.

שִׁירַיִן *Residuum, reliquum, extremitas reliqua. Sic quandoq; apud Talmudicos reperitur cum uno* י *in medio, & est idem quod* שְׁיָר, *quod scribi solet cum duplici* י *in medio* שייר: ut, כרכן בשירי הלשון Si circumvolverit ea in reliquo, id est, extremitate linguæ, (id est, particulæ lanæ) Parah capite 3. למי שמשים עצמו כשירים *Ei qui ponit seipsum tamquam reliquum*, id est, tamquam adventitium, minimum, indignum, ר״ה fol.17.2. ושירים ניגהו Quia sunt reliquiæ, Sevach. fol.112.1.

שירוי · שירת · שירן Vide infrà in שרה.

שיש שִׁישָׁא *Marmor, ut Hebraicè:* בְּאַבְנֵי צִיצָא וְשִׁישָׁא Lapidibus lucentibus & marmoris, Esth.1.2. in Targum secundo. טבלא של שיש Tabula marmorea, Rab. אבני שישא Lapides marmorei.

שישא pro *Phiala, Lagena*, quod adducit Aruch, legitur in Talmud אַשִּׁישָׁא.

שית שִׁיתָא Vide infrà in שת.

שִׁיתָא · שֵׂית *Agnus:* תּוֹרְתָא או שִׁיתָא Aut bovem aut agnum, Heb. שֶׂה, Levit.22.28. Aliâs transferri solet אִימַר vel אִמְּרָא.

שִׁיתִין *Ficuum malarum species,* Talm. Erubh. fol.18.1. Demaj cap.1.

שִׁית *Fundamentum:* בשעה שכרה דוד שיתין Quo tempore fodit David fundamenta (Templi sancti) natabat abyssus (aquarũ supra terram) Talm. Maccoth fol.11.1. Succa fol.53.col.1. שיתין id est, יסודות. Hinc & illud, ירדו לשית Descendunt ad fundamentum, scil. altaris, ubi erat cavitas

vitas rotunda, in quam descendebant affusa libamina, quam cavitatem vocant שית, Meila cap.3. in Misna: Succa fol.49. col.1. Significatio à שות.

שְׁכַב *Jacere, Cubare, Decumbere, quietis & somni causâ, unde per Dormire sæpè explicatur, ut Hebraicè: item Concumbere, concubitu scil. maritali. Decumbit etiam qui ægrotat, sed hoc usu plerumq; plenè dicitur* שְׁכִיב מְרַע *Decumbit ex morbo, propter morbum, id est, ægrotus est, ægrotat. Decumbit deniq; qui mortuus est, & dormit somnum perpetuum. Unde est Occumbere, Mori, &, Dormire cum patribus dicitur, Qui mortuus est sicut patres. Præteritum,* כִּזְעֵיר־פּוּן שְׁכִיב Penè concubuisset aliquis ex populo cum uxore tua, Genes.26.10. אִם לָא שְׁכִיב גְּבַר יָתִיךְ Si non concubuit aliquis tecum, concubitu te vitiavit, Numer.5.19. וּבְהַהִיא עֵילָא שְׁכִיב יִשַׁי צַדִּיקָא Et propter istud peccatum (Evæ) mortuus est Iischai justus, Ruth.4.22. וּשְׁכִיב עַל אַרְעָא Et cubabat in terra, 2.Sam.12.16. וּשְׁכִיב חִזְקִיָּהוּ Et dormivit, decubuit Chiskias cum patribus suis, 2.Reg.20.21. הֵיכְמָא דִשְׁכִיב אַהֲרֹן אָחוּךְ Sicut occubuit, id est, mortuus est Aharon frater tuus, Deuter.32.50. דִּשְׁכִיבַת עֲלוֹהִי Eò quòd jacuit in ipso, incubuit ipsi, 1.Reg.3.19. אֲנָא שְׁכִיבִית וּדְמֵכִית Ego decubui & dormivi, Psal.3.6. מֵעִידָן דִּשְׁכַבְתָּא A quo tempore dormivisti, Jesa.14.8.&c. *Participium,* דְּאַתְּ שְׁכִיב עַל סִטְרָךְ Quibus tu cubas in latere tuo, Ezech.4.9. *Plurale,* נָיְמִין שָׁכְבִין Dormitant, cubant, Jesa.56.10. שָׁכְבֵי בֵית קְבוּרְתָא Cubantes in sepulchro, Psal 88.6. &c. *Infinitivus,* וְאִם מִשְׁכַּב יִשְׁכַּב גְּבַר יָתַהּ Et si concumbendo concubuerit aliquis cum ea, Levit.15.24. Est activum, pro, Cõcubitu vitiaverit eam, &c. לְמִשְׁכַּב בְּשׁוּוְיֵהּ Ad decumbendum, dormiendum in lecto suo, 2.Sam.11.13. *Imperativus,* וּשְׁכוּב בְּטוּרָא Et morere in monte, Hebr. וּמֻת בָּהָר, Deut.32.50. Sic antea ad Præteritum: וְאַתְּ שְׁכוּב עַל סִטְרָךְ Tu autem cubato in latus tuum, Ezech.4.v.4. *Fæmininum,* שְׁכִיבִי עִמִּי אֲחָתִי Concumbe mecum soror mea, 2. Sam. 13.11. *Futur.* אֲרוּם כְּדוּן לְעַפְרָא אֶשְׁכּוּב Nunc enim in pulvere cubabo, id est, mox moriar, Job.7.21. וְתִשְׁכּוּב עִם אֲבָהָתָךְ Et dormies cum patribus tuis, 2.Sam.7.12. וְיִשְׁכּוּב בִּכְסוּתֵיהּ Et jacebit sive dormiet in vestimento suo, Deuter.24.v.13. וּגְבַר אוֹחֲרָן יִשְׁכְּבִנַּהּ Et vir alius concubitu vitiabit illam, Deut.28.30. נִשְׁכּוּב בִּכְהָתַת חוֹבָנָא Jacemus in pudore peccatorum nostrorum, Jerem.3.25. *Ithpahel, Futurum,* וּנְשַׁיָּא יִשְׁתַּכְבָן Et uxores concubitu vitiabuntur, Zach.14.2. וּנְשֵׁיהוֹן יִשְׁתַּכְבָן Et uxores ipsorum vitiabuntur, Jesa.13.16. *Aphel, Præterit.* לְזִקַּיָּא דִשְׁמַיָּא מַן אַשְׁכֵּיב Utres cœli quis facit ut decumbant in terra, id est, quis demittit, dejicit? Job.38.37. וְאַשְׁכְּבֵיהּ עַל עַרְסֵיהּ Et decumbere fecit eum in lecto suo, 1.Reg.17.19. וְיַת בְּרַהּ מִיתָא אַשְׁכִּיבַת לְוָתִי Et filium suum mortuum cubare fecit, id est, deposuit apud me, 1.Reg.3.20. וְאַשְׁכִּיבְתֵּיהּ לְוָתַהּ Et deposuit eum apud se, 1.Reg.3. ver.20. וְאַשְׁכְּבַתֵּיהּ עַל עַרְסָא Et deposuit eum in lectum prophetæ Domini, 2.Reg.4.21. וְאַשְׁכְּבַתֵּיהּ עַל בִּרְכָהָא Et fecit cubare eum vel dormire in genua sua, Jud.16.19.

Apud Rabbinos, לָא שְׁכִיב אִינִישׁ בְּלָא זִמְנֵיהּ *Non moritur homo absq; tempore suo,* id est, ante tempus suum, quod à Deo ipsi constitutum, Bava metzia fol.85.1. & sicut suprà in exemplis Targum. דְּלָא לִשְׁכּוּב ר׳ אֱלִיעֶזֶר Ut nõ moreretur R.Eliezer, Ibidem.

שְׁכִיב *Decumbens, Cubans. Quando de ægrotante dicitur, additur ipsi plerumq;* מְרַע: ut, הָא אֲבוּךְ שְׁכִיב מְרַע Ecce pater tuus cubans est ægrotus, cubat, decumbit ex morbo, vel, propter morbum, Hebr. חֹלֶה Ægrotat, Genes.48.1. in Jonathane. שְׁכִיב מְרַע הוּא Decumbit ægrotans, Hebr. חֹלֶה, 1.Sam.19.14. Veneta habent שְׁכִיב ex forma Participii: לְאַסָּאָה שְׁכִיב מְרַע Ad sanãdum ægrotum, Hebr. וְעֵת לִרְפּוֹא, Eccles.3.3.

שְׁכִיב · שְׁכִיבָא *Mortuus:* עִדָּן לְמִבְכֵּי עַל שְׁכִיבָא Tempus est deflendi mortuum, Heb. עֵת לִבְכּוֹת, Eccles.3.4. לְמֵיקַם שׁוּם שְׁכִיבָא Ad erigendum nomen mortui, vel, mortuo, scil. sine liberis, Ruth. 4.v.10. אִתְנְשִׁית הֵיךְ שְׁכִיבָא Oblivioni datus sum sicut mortuus, Hebr. כְּמֵת, Psalm.31.13. *Plurale,* כְּמָא דַּעֲבַדְתּוּן עִם בַּעֲלֵיכוֹן שְׁכִיבַיָּא Sicut fecistis cum maritis vestris mortuis, Heb. עִם הַמֵּתִים, Ruth.1. v.8. וְשַׁבַּחַת אֲנָא יַת שְׁכִיבַיָּא Et laudavi ego mortuos qui jam demortui sunt, Eccl.4.2. Malè in Ven. legitur שְׁכִיבָא singulariter, contra structuram.

שְׁכִיבָה *Dormitio, Cubatus, sive somni naturalis causâ, aut morbi, aut mortis.* Unde R.David ad illud, לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן *In dolore jacebitis, Jesa.*50.11. scribit, השכיבה הזאת שאמר כמו שכיבת חולי או המות Cubatio vel dormitio hæc de qua dicit, est vel cubatus morbi vel mortis.

שְׁכַב · שִׁכְבָא *Cubatus, cubitus, concubitus. Constr.* גְּבַר אֲרֵי יִשְׁכַּב יַת אִתְּתָא שְׁכְבַת זַרְעָא Vir cùm concubuerit cum muliere concubitu seminis, Levit.19.v.20.

שׁוּכְב · שׁוּכְבָא *Idem:* גְּבַר בִּי תִפּוֹק מִנֵּיהּ שִׁכְבַת זַרְעָא Vir à quo egrediatur concubitus seminis, i.e. semen propter concubitum, per hypallagen locutionis, Lev.22.4. Sic Num.5.13.

שְׁכִיבָא · שְׁכוּבְתָא *Idem:* שְׁכוּבַת זַרְעָא Concubitus seminis, Levit.15.16. Jonathan habet שׁוּכְבַת. *Cum Aff.* לָא תִתֵּן שְׁכוּבְתָךְ Non dabis concubitum tuum, id est, semen concubitus, Levit.18.23. וּגְבַר דִּי יִתֵּן שְׁכוּבְתֵּיהּ Et vir qui dederit (semen) concubitus sui, Levit.20 15.

מִשְׁכַּב · מִשְׁכְּבָא *Idem:* item *Cubile, Cubiculum, locus cubandi, Stratum, Lectus:* כְּמִשְׁכַּב נִדְּתָהּ יְהֵי לַהּ Sicut ſtratum ſeparationis ſuæ menſtruæ erit ipſi, Levit.15.verſ.26. כָּל מִשְׁכְּבָא דְּיִשְׁכּוּב עֲלוֹהִי Omne ſtratum in quo cubuerit, Levit.15.4. בְּמִלֵּי בֵּית מִשְׁכְּבִי In verbis ſtrati mei, Job.7.v.13. חֶזְוֵי רֵאשָׁךְ עַל מִשְׁכְּבָךְ Viſiones capitis tui in cubili tuo, Dan.2.28. בֵּירַת מִשְׁכַּבְהוֹן Locus cubatus, cubile ipſorum, Ezech.32.25. *Plurale,* מִשְׁכְּבֵי אִתְּתָא Concubitu mulieris, Lev.18.20. & 20.13. מִשְׁכְּבֵי דְכוּרָא Concubitus maſculi, Num.31.18.

מַשְׁכּוּבִיתָא Geneſ.30.40. in Jonathane, vide in מסך.

שְׁכַב · שְׁכָב *Meta, pars molæ inferior, quaſi Cubans infra ſuperiorem, quæ dicitur* רְכַב *vel* רְכָב *quaſi Vehens ſuper inferiorem, Latinè Catillus.* Sic interpretes ſcribunt Deut.24.6. Apud Talmudicos legitur in Bava baſra cap.2. in princ.

אִשְׁכַּבְתָּא *Macellum. Posuit illud in* אשך, *etſi* א *ſit ſervile. Sed videtur hujus loci eſſe, ut Macellum dicatur, quia laniones faciunt, ut ibi Cubent & Moriantur animalia mactanda:* סַכִּינָא דְאִשְׁכַּבְתָּא Culter macelli, i.e. mactationis, quo laniones utuntur in mactando: Schab. fol.123.2. Non licet eum ferre in die Sabbatho. Gloſſa, אשכבתא i.e. בית מקלין Domus macelli. *Sic* אִשְׁכָּב *poſſit eſſe Lanio, qui aliâs dicitur* קַצָּב.

שכח *Infinitivus,* דְּמִשְׁתַּדַּל לְמִשְׁכַּח יָתְהוֹן Qui occupatus eſt invenire ea, Eccleſ.1.17. Sic cap.8.17. Pſal.36.3. *Notantur & alia quædam ex forma Pehal, ut infrà declaratur, ſed pleraq; ſunt ex Aphel,* אַשְׁכַּח *Invenire, Reperire, Aſſequi, Conſequi. Præteritum,* ולְאָדָם לָא אַשְׁכַּח סמך Adamo autem non invenit ſubſidium præſens ipſi, Hebr. מְצָא, Geneſ.2.4. Sic deinceps huic verbo Hebræo reſpondet. וְלָא אַשְׁכַּחַת יוֹנָה Sed non invenit columba, Geneſ.8.9 כָּל עָקְתָא דְאַשְׁכַּחְתַּנָא Omnem anguſtiam quæ invenit nos, i.e. evenit, accidit, Num.20.14. אם כְּעַן אַשְׁכַּחִית רַחֲמִין קֳדָמָךְ Si nunc inveni, i.e. obtinui gratiam coram te, Gen.18. v.3. דִּי הַשְׁכַּחַת גְּבַר Quod inveni virum ex exulibus Judæis, Dan.2.25. Eſt cum ה characteriſtico, ex forma Hebraica: deinde ultimum Pathach irregulare eſt, pro Tzere. וּבַקַּרוּ וְהַשְׁכַּחוּ Inquiſiverunt & invenerunt, Eſræ 4.19. Rurſus cum ה characteriſtico loco א, ut ſæpè in Daniele & Eſra. Nam inter loquendum & ſcribendum Chaldaicè, ſubinde ipſis Hebraiſmus occurrit. Sic, לָהֵן הַשְׁכַּחְנָא עֲלוֹהִי Idcirco invenimus in eo, Dan.6.6.&c. *Infinitivus,* לְהַשְׁכָּחָה Ad inveniendum, ut invenirent, Dan.6.5. לְאַשְׁכָּחָא, Geneſ.27.20. *Sine* א *in fine,* לֵית לֵיהּ רְשׁוּ לְמִשְׁכַּח Non eſt ipſi poteſtas invenire, non poteſt invenire, Eccleſ.8.17. Forma Hieroſolymitana eſt, poſterioribus paraphraſtis familiaris, quâ, etiam extra Pehal, aſſumitur מ characteriſticum ad formationẽ Infinitivi. In Pehal eſſet לְמִשְׁכַּח. Sed hoc Verbum in Aphel ſuam formam & uſum præcipuum habet. *Imperativus,* וְאַשְׁכַּחוּ נְיָח לְנַפְשְׁכוֹן Et invenite requiem animabus veſtris, Jerem.6.16. *Futurum,* אִם אַשְׁכַּח בִּסְדֹם Si invenero in Sodoma quinquaginta juſtos, Gen.18.26. וּתְהַשְׁכַּח בִּסְפַר דָּכְרָנַיָּא Et invenies in libro memoriarum, id eſt, rerum memorabilium, in libro Annalium, Eſræ 4.15. לָא נְהַשְׁכַּח לְדָנִיֵּאל Non invenimus in Daniele ullam cauſam, Dan.6.v.5. כַּד תַּשְׁכְּחוּן יָתֵיהּ Cùm inveneritis illum, Geneſ.32. v.19. *Ithpehal vel Ithpahel,* אִם אִשְׁתַּכָּחָא יִשְׁתְּכַח בִּידֵיהּ Si inveniendo invenietur in manu ejus furtum, Exod.22.3. וְהִשְׁתְּכַח בְּאַחְמְתָא Et inventum eſt in tablino, Eſræ 6.2. זָכוּ הִשְׁתְּכַחַת לִי Juſtitia inventa eſt in me, Dan.6.v.22. גַּבְרָא דְאִשְׁתְּכַח כַּלִּידָא בִּידֵיהּ Vir in cujus manu, id eſt, penes quem, inventus fuerit ſcyphus, Gen.44.17.&c.

שְׁכִיחַ *Inventum, præſens, idem quod* הַמְּצֻא *Quod exiſtit & invenitur:* דְּלָא שְׁכִיחַ *Quod non ampliùs invenitur & exiſtit.*

Ceterum Elias in Methurgeman vult, ea quæ ſunt ſingularis numeri, ex ſuperiori forma activa, ſcribi ab initio cum Pathach, ex forma Aphel: ſingularia autem cũ Chirek ex forma Pehal: ut, וְלָא יִשְׁכְּחוּן Neq; invenient, Amos 8.12. מֵאֲתַר דְּתִשְׁכְּחוּן In quocunque loco inveneritis, Exod.5.11. אֲרוּם יִשְׁכְּחוּן בֵּית קְבוּרְתָּא Nam invenient locum ſepulturę, Job.3. v.22. Sic Jerem.5.1. Hoſ.5.6. Amos 8.12. *At verò hæc obſervatio non eſt univerſalis, & quidem pleraq; Tempora ad Futurum uſq;, ex forma Aphel, ſive ſingularia, ſive pluralia ſint, efferuntur: rariùs ex Pehal,* לְמִשְׁכַּח, Eccl.1.17. וּתִשְׁכַּח Et invenies, Prov.3.4. *Futurũ plurale promiſcuè notatur, nunc ex Aphel nunc ex Pehal cum Chirek ab initio. Ex Aphel,* וְתַשְׁכְּחוּן, Judic.14.12. יִשְׁכְּחוּן, 1.Sam.25.8. & ſic alia multa. *Exemplis multis patet, Conjugationem Chaldæam Aphel, & Hebræam Hiphil, ſæpè ſignificationem ſimplicem Conjugationis Kal ſive Pehal obtinere.*

Apud Talmudicos, ut & Syros, præterea eſt idem quod יָכוֹל *Poſſe, & tunc abſolutè uſurpatur ſine Pronomine aut Nomine, quod ab eo regatur.*

Deinde שָׁכַח Hebraicè *Oblivisci.* Unde

שִׁכְחָה *Oblivio, Oblitũ.* Præceptum Divinum eſt Deuter.24.19. *Quando metes meſſem tuam in agro,* & obliviſceris *manipuli in agro, non reverteris ad accipiendum eum: peregrino, pupillæ & viduæ relinques, &c.* Ejuſmodi *Manipulũ oblivione relictum,* vocant Rabbini שִׁכְחָה, & conjungere ſolent hæc tria, לקט פאה ושכחה. Vide Talm. Peah & Majem. in Hilchos mattanos anijim cap.1.

שְׁכַךְ Hebr. *Poni, Ponere se, Sedari, Quietari, Quietum reddi, vel, reddere. Pihel,* שַׁכֵּךְ *Ponere, Componere: Sedare, Placare, Mitigare. Ejus usus singularis est in Phrasi quadam Rabbinica.* Exodi 19.v.18. legitur in textu Hebræo, וַיַּעַל עֲשָׁנוֹ כְּעֶשֶׁן הַכִּבְשָׁן *Et ascendit fumus ejus sicut fumus clibani.* Ad hæc verba scribit Rabbi Salomon; יכול ככבשן הזה ולא יותר Itáne ascendit fumus ejus sicut fumus clibani tantùm, nec amplius? ת״ל בֹּעֵר בָּאֵשׁ עַד לֵב הַשָּׁמַיִם Quomodo ascenderit, docet locus alius, ubi dicitur, *Ardebat igni usque ad medium cæli, Deut.* 4.11. ומה תלמוד לומר כבשן Quid ergo sibi vult, quod hîc dicitur *Clibani?* כדי לשכך את האוזן שהיא יכולה לשמוע נותן להם סימן הנכר להם Ad componendum aures, ut rem possint audire (id est, comprehendere, intelligere) proponit ipsis signum vel similitudinem, quæ eis est cognita. Sic dicitur alibi, *Sicut leo rugit*, Hos. 11.10. Ecquis verò largitur leoni robur illud præter Deum, quomodo ergo assimilat eum (Deum) scriptura Leoni? Ideò quia nos cognominare & assimilare solemus Eum creaturis suis לְשַׁכֵּךְ אֶת הָאֹזֶן ad demulcendum aures, id est, ad accommodandum se captui aurium, &c. Sic adhuc bis in seqq. *Ergò* לְשַׁכֵּךְ אֶת הָאֹזֶן *est idem quod, Accommodare se ad aures, sive captui aurium vel auditorum, quod aliâs dicere solent*, Loquitur Scriptura linguâ filiorum hominum. *Nota, pro* לשכך, *in editionibus Venetis omnibus & Basileensi, legi* לשבר: *sed prior lectio extat in antiquo exemplari Constãtinopolitano, & in Medrasch Tanchuma fol 31. col.3. & in Jalkut fol.80. col.1. Unde ea omninò videtur præferenda.* Eadem etiam phrasis occurrit in libro Halichoth olam fol.31. col.1. edit. Mant.

שַׁכְשֵׁךְ *Lavare, Abluere, Eluere:* ומשכשך ליה מסאניה Et abluebam ipsi calceos ejus, Sevach. fol.94. משכשכן במים Abluunt ea in aquis, ibid. fol.33.2. ושכשך בידו Et abluit in eo, ibid. fol.57.2.

מַשְׁכּוֹכִית *Dux gregis, bestia prima, reliquas post se trahens, à verbo* מָשַׁךְ. *Inde in Gemara;* Vendens alicui עֵדֶר Gregem, si tradiderit ipsi משכוכית ducem gregis, illicò emptor קָנִי acquirit sibi totum gregem, Kama fol.52.1. Vide ibi. *In Targum*, וִיהַב בְּרֵישׁ עָנָא מַשְׁכּוֹכִיתָא Et posuit in principio gregis ducem pecoris, Genes.30 40. in Jon. Glossa; Est bestia vel pecus, quod antecedit gregem, gestans tintinabulum, & cætera sequuntur eam. Dux gregis ipse caper, quem tota armenta sequuntur.

שכל *Aphel,* אַשְׂכֵּל *Intelligentiam habere, Intelligere, ut Hebraicè: Intelligentem reddere. Præteritum,* לָא אַשְׂכִּילוּ פְרִישָׁוָתָךְ Non intellexerunt miracula tua, Psalm.106.7. Sic Job.34. v.27. *Participium,* אִין אִית מַשְׂכִּיל An sit aliquis intelligens, Psalm.14.2. טוּבוֹי דְמַשְׂכִּיל לְעַנְיֵי O' felicem illum, qui intelligẽtiam habet pauperum, Psalm.41.2. *Infinitivus,* פְּסַק לְמִשְׂכַּל לְאוֹטָבָא Cessat intelligentiam adhibere ad benefaciendum, Psalm.36.4. *Similis forma suprà in* שכח *quoque notata. Ex Pehal esset* למשכל: *sed in ea Conjugatione Verbum inusitatum est. Sit ergo pro* לְאַשְׂכָּלָא: *nam quandoque, etsi rariùs, Infinitivus Aphel sine* א *paragogico invenitur:* ut, אַרְבִּיק 1.Sam.30 8. item אצלח 1.Sam.26.25. *Imperativus,* וּכְדוּן מַלְכַיָּא אַשְׂכִּילוּ Nunc ergo, ô reges, intelligentes estote, Psal.2. vers.10. *Futurum,* אַשְׂכְּלִנָךְ וְאַלְפִנָךְ Intelligentem reddam te & docebo te, Psal.32 8. אַשְׂכְּלִנָךְ בְּאוֹרַח שְׁלִים Intelligentem reddam te in via perfecta, Psalm.101.2. הַאִית דִּי יִשְׂכֵּיל An sit aliquis qui intelligat, Psalm.53.3. אֵימָתַי תַּשְׂכִּילוּן Quando intelligentes eritis, Psalm.94. vers.8. *Ithpahel,* מִשְׂתַּכַּל הֲוֵית Intelligentiam adhibens fui, consideravi, animum adverti, Dan.7.8. *Pleraq. hujus significati scribunt ex forma* סכל.

שְׂכַל, שִׂכְלָא *Intellectus, Intelligentia, Instructio, Institutio ad intelligentiam. Sic pro Hebræo* מַשְׂכִּיל *usurpari solet in titulis Psalmorum:* לְדָוִד שִׂכְלָא טָבָא Davidis intelligentia bona, id est, prudens institutio ad intelligentem reddendum lectorem, Psal.32.1. שִׂכְלָא טָבָא יְהִיב חִסְדָא Intellectus bonus dat gratiam, Proverb.13.15. וְתַשְׁכַּח חִסְדָא וְשִׂכְלָא Invenies gratiam & intelligentiam, Prov.3.v.4. וּפִתְגָמוֹי לָא בְשִׂכְלָא Et verba ejus non sunt cum intellectu, Job.34.35. בְּשִׂכְלָא טָבָא Cum intellectu bono, Psalm.47.8. שִׂכְלֵיהּ דְבַר נָשָׁא Intellectus hominis, Proverb.19.v.11. *Apud Rabbinos,* שֵׂכֶל *Intelligentia:* שכלים הנפרדים *Intelligentiæ abstractæ.* De his vide R. Mosen in More par.2. cap.4.

שׂוּכְלָא *Idem:* מַרְדּוּתָא דְשׂוּכְלָא Castigatio cum intellectu, Prov.1.3.

שְׂכוּל, שְׂכוּלָא *Idem:* לְכָל אֲתַר דְּמִתְפְּנֵי שְׂכוּלָא Ad quemcumque locum respicit intelligentia, id est, vir intelligens, Hebr. יַשְׂכִּיל, vel, ibi intelligentia erit, id est, prosper successus, Proverb.17.v.8.

שׂכלתנות *Intelligentia. Per apocopam in hac forma usitatam:* נַהִירוּ וְשָׂכְלְתָנוּ Lumen & intelligentia, Dan.5.11.

שׂוּכְלְתָן *Intelligens: emphaticè,* וּדְחָשֵׂךְ שִׂפְוָתֵיהּ שׂוּכְלְתָנָא Qui cohibet labia sua, intelligens est, Proverb.10.19.

שִׂכְלִי *Intellectualis, Rab.* מִצְוֹת שִׂכְלִיּוֹת Præcepta intellectualia: illis opponuntur מִצְוֹת מַעֲשִׂיּוֹת Præcepta practica.

שִׂכְלוּת *Intellectus, Intellectio.*

הַשְׂכָּלָה *Intelligentia, prudentia. Nomen ex Hiphil efformatum, ut multa apud Rabbinos.*

מוּשְׂכָּלוֹת *Intellectualia, Scientiæ, Disciplinæ intellectua-*

tellectuales: Notiones intellectus: מושכלות ראשונות Notiones primæ, מושכלות שניות Notiones secundæ, קִנְיַן הַמּוּשְׂכָּלוֹת Habitus notionum, habitus intellectualis.

מְשִׁיכְלָא *Mensuræ genus. Aruch & R. Salom. exponunt* סֵפֶל *quod explicant Simpulum: Paraphrastes Chaldæus nunc Lagenã, nunc Phialam:* במשיכלא דמיא In simpulo aquæ, Kidduschin fol. 52.2. *Hîc videtur esse Pelvis, Pelluvium, vas lavandis pedibus aptum.* Agitur enim ibi de muliere pedes in vase isto lavante. דמפקי ליה משיכלי Proferebãt ipsi pelves, Glossa ספלים, Moed katon fol.18.2. In Schabbas fol.77.2. משיכלא מאשי כולא משיכלתא מאשי כלתא hoc est, מְשִׁיכְלָא dicitur q. מאשי כולא Lavans omnes (Vas sc. vel pelvis in quo omnes lavant:) משיכלתא dicitur, משיא כלתא Lavans sponsam (hoc est, Vas singulare & minus, unde sponsæ & aliæ honoratiores personæ se lavant.) Vide & in עי׳ fol.39.1. Gittin fol.69.2. *Et aliter, Stragula aut Tegumentum lecti speciale & pretiosum:* unde in Levit. rabba, sect.23. de Jael & Sisera, ex Jud.4.18. *Et operuit illum* בַּשְּׂמִיכָה. Quid est שְׂמִיכָה? בסודרא Linteo: Alii dixerũt, במשיכלא. Vide R. Davidem Jud. 4.

שִׁיכְלֵי · שִׁיכְלִין *Coturnicum certa species & vilior:* vide in פסי · פסיון.

שַׁכְלֵל *Absolvere, Consummare, Finire, Perficere: Fundare, fundamenta ponere. Ortum est ex Hebræo* כלל*, assumptâ literâ* ש *ab initio, ut in aliis multis. Pahel Præteritum,* שַׁכְלִיל אַרְעָא וְדַיָּרַהָא Fundavit terram & inhabitatores ejus, Hebr. רקע Expanderis, firmans, Jesa.42.vers.5. דְשַׁכְלִיל אַרְעָא Qui fundavit terram, Hebr. יֹצֵר Formans, Jesa.45.18. בְּנָהִי וְשַׁכְלְלֵהּ Ædificaverat eam & perfecerat eam, Esræ 5.11. שַׁכְלְלִית אַרְעָא בִּגְבוּרְתִי Fundavi terram potentiâ meâ, Hebr. רקע Jesa.44.24. וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ Et muros absolverunt, Esræ 4.12. שַׁכְלִילוּ בִּנְיָנָךְ Perfecerunt ædificia tua, Ezech.27.4. Hebr. כָּלְלוּ, unde apparet ab Hebræo esse deductum. Sic, שַׁכְלִילוּ שׁוּפְרֵיךְ Absolutam reddiderunt pulchritudinem tuam, ibid. vers.11. *Participium,* וּמְשַׁכְלַל בְּשׁוּפְרֵיהּ Et consummatum est pulchritudine suâ, id est, & absolutæ ac perfectæ est pulchritudinis, Heb. וכליל יפי Ezech. 28.12. In Venetis est וּמְשַׁכְלַל ex forma Hebraica. *Est autem Participium præteritum passivum. Activum,* וּמְשַׁכְלֵל קַרְיָא בִּנְכְלִין Et fundans sive absolvens urbem per dolos, sive, in dolis & fraudibus, Hebr. וְכוֹנֵן Hab.2.12. *Fœmininum passivum,* אֲנָא מְשַׁכְלְלָא בְּשׁוּפְרָא Ego consummata sum pulchritudine, Hebr. כְּלִילַת יֹפִי Ezech.27.3. *Infinitivus,* לְשַׁכְלָלָא בֵּיתָא Ad fundandum domum, Hebr. לְיַסֵּד 1.Reg.5.17. וְשׁוּרַיָּא דְנָה לְשַׁכְלָלָה Et murum hunc vel istum perficiendi, Esræ 5.3. *Futurum,* תְּשַׁכְלֵל שׁוּרֵי יְרוּשְׁלֵם Perficies muros Jerusalem, Hebr. תִּבְנֶה Psal.51. v.20. אֲרוּם הָיְכְנָא תְּשַׁכְלְלִנַּהּ Nam sic perficis eam, Heb. תְּכִינֶהָ Psalm.65.10. הוּא יְשַׁכְלְלִנַּהּ Ipse perficiet eam, Hebr. יְכוֹנְנֶהָ Psalm.87.5. *Ithpahel, Præteritum,* אִשְׁתַּכְלַל בֵּיתָא Absoluta fuit domus, Heb. כָּלָה 1.Reg.6.38. דְאִשְׁתְּרֵי וְאִשְׁתַּכְלַל Quod inceptum & absolutum est, Heb. לְכָל תִּכְלָה Omni absolutioni, Psalm.119.96. לְמִן יוֹמָא דְאִשְׁתַּכְלְלַת A' die quo fundata est, Hebr. לְמִן הַיּוֹם הִוָּסְדָה Exod.9.18. וְאִשְׁתַּכְלְלוּ שְׁמַיָּא Et absoluti fuerunt cæli, Heb. וַיְכֻלּוּ Exod.2.1. *Infinitivus,* לְאִשְׁתַּכְלָלָא Fundari, Hag.2.18. *Futur.* וְתִשְׁתַּכְלַל קַרְתָּא דְסִיחוֹן Et perficietur restauratio urbis Sichonis, Heb. וְתִכּוֹנֵן Numer.21.28 וְשׁוּרַיָּה יִשְׁתַּכְלְלוּן Et muri perficientur, Esræ 4.16. ubi שׁוּרַיָּה est pro שׁוּרַיָּא. Sic hæ duæ literæ sæpè in hujus libri Chaldaismo permutantur.

שַׁכְלוּל *Fundatio, fundamentum:* דְהוּא רֵישׁ שַׁתָּא לְשַׁכְלוּל עָלְמָא Qui est principium, id est, primus mensis anni à fundatione terræ, Genes. 7.11. in Targ. Hierosol. שַׁכְלוּלֵי שְׁמַיָּא זָעוּ Fundamenta cælorum commota sunt, 2.Sam.22.8. Pro hoc Psalm.18. est וְאֻשַּׁיָּת quod idem est.

שכם שְׁכֶם *Sichem, nomen proprium filii Hamoris, qui Dinam, filiam Leæ, violavit, ob cujus delictum, alii ejus contives omnes, pœnas luerunt.* Unde *Proverbium* enatum, שכם נְסִיב וּמִגְבָּאֵי קְטִיעַ *Sichem rapuit, & Migbai fuit succisus.* Legitur in Bereschith rabba, sect. 80. in illud: *Et obediverunt Hamoro & Sichemo filio ejus omnes egredientes per portam urbis istius,* Genes.34.v.24. Nempe Hamor pater & Sichem filius, post violatam Dinam, & pactum de circumcisione, iverunt ad portam urbis, & ingredientibus persuaserunt pactum de circumcisione, & de opulento commercio cum Jacobo & ejus familia. Tandem adveniens civis quidam de agro מִגְבָּאֵי portans onus suum, nomine מוּבִילְתֵּיהּ cùm intellexisset historiam de Sichem & Dina, dixit: שְׁכֶם נְסִיב וּמִגְבָּאֵי קְטִיעַ *Sichem accepit* (scilic. uxorem) *Migbai exscinditur.* Id in commune proverbium mox tractum, quando quis alienæ culpæ pœnas persolvit. Sæpè enim *Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.* Sæpè posteri luunt pœnas, quas meruere Majores. Sæpè aliquis de plebe ob minorem culpã ad supplicium trahitur, ut graviores culpas eluat istorum, quos vel metus offensionis, vel opulentia, vel amicorum authoritas, à supplicio publico occultat & abstrahit. Nam juxta Juvenalem, *Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Apud Talmudicos,* שכם נסיב ומגבאי גזיר Maccoth fol.11.col.1. *Hîc* גזיר *idem quod* קְטִיעַ *quod est pro* קְטִיעַ*: Sic in*

Jalkut

Jalkut in Gen. num.134. Sic etiam adducitur in Comment. in Bereſch. rabba ſect.25. Sunt ergo hic plures authores, apud quos legitur מנבאי. *Aruch in litera* מ *ab initio, legit* מבנאי, *& deducit à* בנא, *quaſi* מבנאי *ſit Agricola, cultor terræ: quomodo etiam ſcribitur in Talmud Eruvin fol. 64. 2. ubi in Toſephos ſcribitur, quòd hoc Nomen admodum familiare & frequens fuerit inter gentes. Eodem modo reperitur in Talm. Hieroſol.* יץ *cap.1. Interpres in Bereſchith rabba, dicit eſſe nomen proprium civis Sichemitani. Hoc probum. Nam & alia nomina propria virorum ſic in adagia traducta ſunt, & quidem in ſimilem ſenſum. Veluti,* טוביה חָטָא וְזִגוּד מִנְגִיד *Tobias peccavit, & Sigod vapulat: Vide* טוביה *in* טוב. *Item* שילו חטא ויוחנא משתלם *Schilo peccavit, & Jochana ſive Johannes perſolvit debitum.* Vide ſuprà in שיל. Vide etiam Druſii Adagia, Decuria 5. & decur.10.

שכם *Hiphil,* הִשְׁכִּים *Conſentire, Convenire, idem quod* סכם *hoc ſenſu:* לא השכימו Non conſentiunt inter ſe. *Paſſivum,* הוּשְׁכַּם: & inde, שֵׁם מוּשְׁכָּם *Nomen conveniens ſenſu cum alio Nomine, id eſt, Synonimum.* Item הִשְׁכִּים *Manè, matutino tempore, diluculo ſurgere vel aliquid agere,* ut Hebr.

הַשְׁכָּמָה *Conſenſus, Conventum:* item *Manè, matutinum, diluculum:* משה בהשכמה עלה ובהשכמה ירד Moſes ipſo manè aſcendit, & manè deſcendit, ſcil. in montem, & de monte Sinai.

שְׁכַן *Habitare, Cohabitare, Inhabitare. Heb. In Targum transferri ſolet per* שְׁרָה, *rariſſimè manet:* דְשָׁכִין שְׁמֵיהּ בִּירוּשְׁלֵם Cujus nomen habitat in Jeruſalem, magis quàm in ulla alia urbe terræ Iſrael: vel ex Pahel, רַשְׁכֵּין Qui habitare fecit, Cant. 3.10.

שְׁכֵין *Vicinus, qui alteri cohabitat, vel juxta alium habitat:* טָב שְׁבָבָא קָרִיב מֵאַח רָחִיק Melior eſt vicinus propinquus, quam frater lõginquus, Prov. 27.v.10. Veneta pravè habent שִׁיכְנָא, quod puto olim fuiſſe ſcriptum שכינא pro שְׁכִינָא, etſi analogia in medio poſtulet Scheva. הֲוֵינָא קְלָנָא לְשִׁכְבָנָא Fuimus opprobrium vicinis noſtris, Pſal.79.4. וַאֲתֵיב לְשִׁכְבָנָא Et redde vicinis noſtris ſeptuplũ, Pſalm.79.12. Veneta habent לְשִׁיכְנָנָא quod puto legendum לְשִׁיבְבָנָא quod idem, & ita ſæpiùs per שִׁבָב transferri ſolet, ut eſt videre in שבב. מִן כָּל שִׁבְבָיִךְ Ab omnibus vicinis tuis, 2.Reg.4.3: *Apud Rabbinos;* הרחק משכן רע *Elonga te à vicino malo,* Avoth cap.1. אוי לרשע ואוי לשכנו *Væ improbo & væ vicino ejus,* Succa in fine. Vide Ralbag, Prov.29.6. Nam ſemper aliquid mali propter vicinum malum: איזהו חלי רע יותר שכן רע *Quænam eſt ſumma ægritudo? Vicinus malus.* In Miſchar, happeninim.

שְׁכוּנִין *Tabernacula, tecta caſtrenſia:* דְשָׁרָן בִּשְׁכוּנִין בְּמַדְבְּרָא Qui (Arabes) habitant in tabernaculis in deſerto, Judic.8.v.11. Sic Jerem.32. & 9.26. Apud Rabbinos, *Cubilia, Cubicula:* בשכוני גואי הואי In cubiculis interioribus ego fui habitans, tu autem בשכוני בראי in cubiculis exterioribus, Bava baſra fol.30.2. & 159.

שְׁכוּנָה *Vicinia: Platea, Vicus urbis, ubi homines cohabitant:* משכונה לשכונה De vico in vicum, vicatim, Rab.

שְׁכִינָא · שְׁכִינְתָּא *Habitatio, Cohabitatio. In ſpecie dicitur de præſentia, gloria & majeſtate divina aut Divinitate, quando dicitur hominibus eſſe præſens, aut cum eis converſari, auxilio ſuo, gratiâ & ſalutari præſentiâ adeſſe.* Communiter explicatur, *Gloria vel Majeſtas divina, divinitas glorioſa;* Chriſtianus Gerſon in Verſione Germanica cap.11. Sanhedrin, reddit, die Göttliche beywohnung/ *Divina cohabitatio vel præſentia.* Elias in Tisbi & Methurgeman monet, *Spiritum ſanctum eâ locutione deſignari. Id tamen non ubique convenit, ſed rarius fortè. Is enim ſolet propriè nominari* רוּחַ הַקֹּדֶשׁ. *Idem ſcribit, Hebræum* שָׁכַן *quando ad Deum refertur, transferri per* שְׁרָה, *ſed cum additamento* שְׁכִינָא, *ne putetur Deus corporaliter habitare vel verſari cum hominibus. Nec tantùm de hoc Verbo illud verum, ſed & quando actiones, paſſiones, qualitates corporales, aut partes & membra corporis Deo tribuuntur, tunc periphraſticè per* שְׁכִינָא *illa transferuntur, ut omnis corporeitas à Deo removeatur. De quâ re Onkelos inſigniter commendatur à Majemonide in libro More nebhochim cap.27. immò per totum librum primum illud argumentum argutè & ſolerter ab iſto Authore pertractatur. Vide etiam Druſium ad loca difficiliora Pentateuchi, in Exodo, cap. commentarii 54. Sic ubi textus Hebræus dicit* שָׁכַנְתָּ בּוֹ Habitaſti in eo; *Targum,* שְׁרִיתָא שְׁכִנְתָּךְ בֵּיהּ Habitare feciſti majeſtatem tuam in eo, Pſal. 74.2. וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹכָם *Targum,* וְאַשְׁרֵי שְׁכִנְתִּי בֵּינֵיהוֹן Et habitare faciam majeſtatem meam inter eos, Exod. 25. verſ. 8. אֲשֶׁר אֲנִי שֹׁכֵן בְּתוֹכָם *Targum,* דִשְׁכִנְתִּי שָׁרְיָא בֵּינֵיהוֹן Inter quos habitat divina mea majeſtas, Num.5. v.3. הַסְתֵּר Abſcondendo me, *Targum,* סַלְקִית שְׁכִנְתִּי מִנְּהוֹן Abſtuli majeſtatem vel glorioſam præſentiam meam ab eis, Jeſa.57.17. וְלֹא תֵצֵא בְּצִבְאוֹתֵינוּ Neque egredieris cum exercitibus noſtris, וְלָא תַשְׁרֵי שְׁכִנְתָּךְ בְּחֵילְוָנָא Neque habitare facies majeſtatem tuam, vel glorioſam aut divinam præſentiam tuam inter exercitus noſtros, Pſalm.44.10. וְהֵמָּה מִיָּדְךָ נִגְזָרוּ Et ipſi à manu tua exciſi ſunt, *Targum,* וְהִנּוּן מִאַפֵּי שְׁכִנְתָּךְ אִתְפְּלִגוּן Et ipſi à conſpectu majeſtatis tuæ divinæ diviſi vel divulſi ſunt, Pſalm.88.6. לָמָה פָּנֶיךָ תַּסְתִּיר Quare faciem tuam abſcondis? *Targum,* לְמָה שְׁכִינְתָּךְ

יְקָרָךְ תְּסַלֵּק Quare majestatem glorię tuę aufers? Psal.44.25. Sic, שְׁכִינַת יְקָרֵיהּ Præsentiam gloriæ suæ, Jesa. 40.22. וְיֵשׁ יְהוָה עִמָּנוּ Et est Dominus nobiscum, וְאִית שְׁכִנְתָּא דַיְיָ בְּסַעֲדָנָא Et est majestas divina in auxilium nostrum, Judic. 6. 13. לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם Ut habitare faciat nomen suum ibi, *Targum*, לְאַשְׁרָאָה שְׁכִנְתֵּיהּ תַּמָּן Divinam majestatem suam, Deut.12.11. כִּי מִימִינִי Nam à dextera mea est, *Targ.* מְטוּל דִשְׁכִנְתֵּהּ שָׁרְיָא עֲלַי Propterea quia ejus majestas habitat vel quiescit super me, Psalm. 16.8. וַאֲשֶׁר הִסְתַּרְתִּי פָּנַי מֵהָעִיר Et quòd abscondi faciem meam ab urbe, *Targum*, וְדִסַּלְּקִית שְׁכִנְתִּי מִן קַרְתָּא Quòd abstuli divinam præsentiam vel majestatem meam ab urbe, Jerem.33.5. *Cæterùm pro Majestate, vel Majestate gloriæ, ut antè ex Psalm.44. alibi simpliciter est* כָּבוֹד *Gloria: nam Gloria Dei est majestas ejus, & majestas Dei est gloria ejus*: ut, לִשְׁכֹּן כָּבוֹד בְּאַרְצֵנוּ Ut habitet gloria (ejus) in terra nostra, Psalm.85.10. Aben Esra hîc plenè habet כבודו Gloria ejus, scil. Dei, id est Majestas ejus, שְׁכִינָתוֹ vel שְׁכִנְתֵּיהּ, quomodo tamen Targum hîc non habet, sed simpliciter juxta Hebræum יְקָרָא id est, כָּבוֹד. Item, גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל Migravit gloria ab Israele, *Targum*, גְּלָא יְקָרָא מִיִּשְׂרָאֵל 1.Sam.4.21. id est, propter ablatam & captivam arcam sacram ab Israele, migravit gloria sive gloriosa præsentia divina, cujus signum & testimonium erat arca sacra fœderis, & cum cujus præsentia erat gratia Dei conjuncta, ab Israele. Item, וְאֶכָּבְדָה Et glorificabor, Hag.1.8. *Targ.* לְאַשְׁרָאָה שְׁכִנְתִּי בֵיהּ בִּיקָר Ut quiescere vel habitare faciam ibi majestatem meam in gloria.

Apud Rabbinos multa passim de שכינה *mentio.* אין השכינה שורה מתוך צער אלא מתוך שמחה *Divina præsentia non quiescit in tristitia, sed in lætitia, id est, super homines tristes & melancholicos, sed super lætos & alacres.* Pro צער quidam legant עצבות, quod idem. Inde dicunt, divinam majestatem discessisse à Jacobo, quando Josephum à feris dilaniatum (ut putabat) nimio plus lugebat, Genes.34. Postea verò, cùm intellexisset, Josephum adhuc in Ægypto vivere, & quidem in maxima dignitate, exhilaratum fuisse, & divinam majestatem ad ipsum rediisse. Id innui, ubi dicitur: *Et revixit spiritus Jacobi patris ipsorum, Genes.45.v.27.* R. Salomon ibi scribit: *Et revixit spiritus*, שרתה עליו שכינה Quievit super eo divinitas, quæ discesserat ab ipso; nempe propter luctum & mœrorem. Onkelus ibi vertit, וּשְׁרַת רוּחַ קוּדְשָׁא Et quievit spiritus sanctus super Jacobo. Jonathan: וּשְׁרַת רוּחַ נְבוּאָה Et quievit spiritus prophetię, qui discesserat ab ipso, quando vendiderunt Josephum. Dicunt etiam, השכינה שורה עם הענוים והשפלים ובורחת מגאים וממכעסנים *Divina gratia habitat cum mansuetis & humilibus: fugit autem à superbis & iracundis.* Item, אין הקבה משרה שכינתו אלא על גבור ועשיר וחכם ועניו *Deus non habitare facit divinitatem suam, nisi super forti, divite, sapiente, & humili*, Nedar. fol.38.1. Probantur ibi singula ab exemplo Mosis. R. Bechai in sect. ויגש, Gen.45. מיום ששרתה שכינה בהר סיני וכו' A' die quo quievit divinitas in monte Sinai in datione Legis, non recessit ab Israele, usque dum vastata esset domus sanctuarii prima. A' quo autem tempore vastata fuit domus prima, non habitavit divinitas in Israele: nam in Domo sanctuarii secunda non habitavit Divinitas. Sed non est sensus, quòd non habitaverit divinitas in domo secunda ullo modo: invenimus enim, quòd habitaris divinitas (in Domo secunda) in duabus myriadibus, sicut scriptum est: *Revertere Domine ad myriadas Israelis*, Num. 10.36. Rursus scriptum est: *Currus Domini sunt duæ myriades*, Psalm.68.18. In Pirke avos, cap.3. legitur: עשרה שיושבין ועוסקין בתורה שכינה שרויה ביניהם *Decem qui sedent & operam dant Legis studio, divinitas habitat inter illos.* Divinitas habitat inter illos, id est, שכינה עמהם Divinitas est cum ipsis, vel, שכינה האלהית שרויה ביניהם Majestas divina habitat inter eos, juxta illud, *Deus in medio judicum judicat, Psalm.82.v.1.* In priori membro hujus versus dicitur: אֱלֹהִים נִצָּב בַּעֲדַת אֵל *Deus stat in cœtu Dei*, Targum, אֱלֹהִים שְׁכִנְתֵּיהּ שָׁרְיָא *Majestas ejus habitat.* Est ergo אֱלֹהִים & שְׁכִינְתָּא idem, Deus scilic. & Majestas Dei, vel, Deus, & Gloria Dei, ut paulò antè dictum: & אלהים vel שכינה האלהית Deus & majestas divina. Sic loquitur Abarbenel in cap.3. Pirke abhot. Elias in suo Tisbi: *Rabbini nostri vocant spiritum sanctum* שְׁכִינָה, *eò quòd Quiescit super prophetas.* Sic fortè apud Rabbinos communes: non autem in Targum, ut patet ex superioribus. *Rabbini quandoque* שכינה & רוּחַ הַקֹּדֶשׁ *promiscuè usurpant.* R. Salomon 1. Sam. 1. vers.15. scribit ad Verba Hannæ sacerdoti Eli respondentis: לֹא אֲדֹנִי *Non mi domine*, scil. ebria sum, *sed mulier amaro animo*, id est, mæsta & tristis, q.d. Non tu es dominus (judex) in causa hac, sed prodis teipsum, שאין רוח הקדש שרתה עליך quòd spiritus sanctus non habitat apud te, ut scire possis, num ego ebria sim. Glossa hęc petita est ex Talmud, ubi legitur, לא אדון אתה בדבר זה לאו איכא שכינה ורוח הקדש גבך שדנתני לכף חובה ולא לכף זכות Non tu es dominus in causa hac: non est divinitas & spiritus sanctus apud te, quòd judicasti me tanquam culpabilem, non autem ut insontem: Berachoth fol.31.2. Sic Genes.45.27. ubi in Heb. legitur, וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב *Et revixit spiritus Jacobi:*

R. Salomon,

R.Salomon, שרתה עליו שכינה שפירשה ממנו Quievit ſuper eo divinitas, quæ diſceſſerat ab ipſo, nempe propter luctum, ut antè dictum: *Onkelos,* וּשְׁרַת רוּחַ קוּדְשָׁא Et quievit ſpiritus ſanctus ſuper Jacobo: *Jonathan*: Et quievit רוּחַ נְבוּאָה ſpiritus prophetiæ. Tria hîc pro eodem ponuntur. Vide & 1. Sam. 16. 12. 13. R. Davidem. *Sed alibi* שכינה *&* רוח הקדש *distinguuntur*: unde apud Talmudicos in libro יומא Joma, cap. 1. in fine, ubi quærunt, *Quare Hag. 1. 8. ſcribatur defectivè* וְאִכָּבְדָ, *& legatur* וְאִכָּבְדָה? Reſpondetur: אלו חסרו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני ואלו הן ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה ורוח הקודש ואורים ותומים, Iſtæ ſunt quinque res (id eſt, defectu iſtius literæ ה quæ quinque ſignificat; ſignificantur quinque res iſtæ) quæ fuerunt in ſanctuario primo (id eſt, Templo primo) & non fuerunt in ſanctuario ſecundo, nempe; Arca ſacra cum operculo propitiatorio & Cherubim, Ignis cęleſtis, Majeſtas divina, Spiritus ſanctus, Urim & Tummim. Hæc ſic adducuntur quoque in Jalkut in hunc locum: à Paulo Fagio in Pirke abhoth cap. 6. ſect. Dicit R. Jehoſua: ab authore libri לקח טוב in Haggęum prophetam: à R. Salomon in Comment. Rabbi Davide in Comment. & aliis. Nemo enim ſciens authoritati Gemaræ facilè adverſatur. Si ergo Gemara hîc enumerat quinque res diverſas, quæ defuerunt in Templo ſecundo, tunc שכינה & רוח הקדש non ſunt idem: ſi autem ſunt idem, tunc enumerat tantùm quatuor res, & interpretatio iſta non reſpondet ſcripturæ vocis iſtius cum defectu literæ ה, quatenus illa quinque in numero denotat. Aliud tamen R. Bechai in Commentario ſuo in Pentateuchum videtur innuere, qui in ſect. ויגש paulò aliter iſtam gloſſam Talmudicam citat, inquiens: וארצה בו ואכבדה. Scriptum eſt ואכבר cum defectu literæ ה, quia defuerunt ibi quinque res, ארון ושמן המשחה · ואש · ושכינה · ואורים ותומים Arca, Oleum unctionis, Ignis cæleſtis, Divina majeſtas, Urim & Tummim. Pro ſpiritu ſancto ponit Oleum unctionis, quo inunctus fuit Aharon ad ſacerdotium, Exod. 29. 7. & reges, ut ex hiſtoria regum notum. Lapſus hic memoriæ hujus authoris fuit, ex qua illud citavit, non ex authoritate Gemaræ, à qua non receſsiſſet, ſi eam inſpexiſſet. Sed de authoritate Gemaræ Author Aruch non patitur quemquam errare, qui, quaſi digitis, quinque iſtas res enumerat & recenſet in Radice כבר hoc modo: Scriptum eſt ואכבר & legimus ואכברה. Quid docet nos iſta diverſitas? Quinq; res, quæ defuerunt in Templo ſecundo ex Templo primo; nempe hæ,

ארון כפורת וכרוב אחד · שכינה שני · רוח הקודש שהוא נבואה שלישי · אורים ותומים רביעי · אש מן השמים חמישי id eſt, Arca operculum & Cherubim, una res: divina majeſtas, res ſecunda: ſpiritus ſanctus, qui eſt prophetia, res tertia: Urim & Tummim, res quarta: Ignis de cælo, res quinta. Hinc liquidò res iſtæ quinque patent. Quæritur tamen, *An in Templo ſecundo ſpiritus ſanctus vel ſpiritus prophetiæ non fuerit, cùm tamen habuerint prophetas, quorum ultimi fuerunt Haggæus, Zacharias & Malachias?* Reſpondet R. Bechai in loco antè dicto: Scriptura dicit ואכברה, quaſi dicat אשרה בו הכבוד שהוא שכינה אלא שלא שרתה בו תדיר כמו בבית ראשון Habitare faciam in eo Gloriam, quæ eſt ipſa שכינה majeſtas mea: ſed non habitavit in eo ita jugiter ut in Templo primo. Et mox: Propterea dicit ואכברה Et glorificabor: לבאר כי הכבוד היה שם שהוא השכינה ad declarandum, quòd Gloria Dei fuerit ibi quæ eſt ipſa שכינה. *Hoc ſenſu uſurpat Johannes Græcum* σκηνή *in Apocal. cap. 21. v. 3. quando ait;* Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης; Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν, θεὸς αὐτῶν. Sed pergendum nunc ad alia Radicis שכן derivata, & ſignificata.

שְׁכַן · שְׁכַן *Subſidère, Subſidere ut fæces ſubſident, vel undæ ſubſidunt. Hoc ex Cubandi ſignificato devenit, quod à Munſtero & aliis dicitur Submergi:* דמא דבשרא שכן דמא דכברא קפי Sanguis carnis iſtius ſubſidet, ſanguis hepatis ſupernatat, Cholin fol. 111. 2. אַיְידֵי דְמַיָא יַקִּירֵי שָׁכְנֵי תְתָאֵי וּפִירָא קָפֵי מִלְעֵיל Poſtquam aquæ graviores ſubſidunt, fructus autem (pinguedo) natat in ſummo, Cholin fol. 62. col. 2.

Munſterus & alii ex eo, שכן *Conſervare, Cuſtodire.* Falsò. *Error natus ex Aruch, ubi locus ex Targum pravè allegatur. Locus eſt,* יִצְרִנְהוּ כְּאִישׁוֹן עֵינוֹ Cuſtodivit eum ut pupillam oculi ſui, Deuter. 32. 10. *Targum Jonathanis,* נַטְרִינוּן חַכְמָא דִשְׁכִינְתָא נָטְרָא בָבָא דְעֵינוֹי Cuſtodivit eos ſicut divina majeſtas conſervat pupillam oculi ſui. *Poſtremæ duæ voces pravè hodie in iſto Targum leguntur,* בְבֵי דְעֵינוֹי *citra ullam formam Grammaticam. Targum Hieroſol.* נְטַר יַתְהוֹן וְעֵינֵי יַתְהוֹן הֵיךְ דְשִׁיכְנְתָא נָטְרָא עֵינָא Cuſtodivit eos, curavit eos, ſicut divinitas cuſtodit oculum. *Aruch:* שְׁכִנְתָא בָבָא דְעֵינָא. *Omiſit Verbum* נטר *quod Cuſtodire ſignificat, & ſchinna poſuit pro* שכינא *ut rectè in Jonathane eſt, & pravè in T. Hier.* שיכנא *tranſpoſitis duabus mediis literis. Poſsit tamen fortè alius quoque eſſe verborum Targum iſtius ſenſus.*

מִשְׁכַן *Habitaculum, Tabernaculum, Tentorium:* וְאַשְׁרִיאוּ תַמָּן יַת מִשְׁכַן וּמְנָא Et fecerunt ut habita-

tet ſive

ret five maneret ibi tentorium aut tabernaculum conventus, id eſt, conſtituerunt, collocarunt ibi tabernaculum eccleſiæ, Heb. אֹהֶל מוֹעֵד Joſ.18.1. *Emphat.* רְמוּת מַשְׁכְּנָא Figuram, ſimilitudinem tabernaculi, Heb. תַּבְנִית הַמִּשְׁכָּן Structuram, modum, formam ſtructuræ tabernaculi, Exod.25.9. Sic deinceps pro אֹהֶל & מִשְׁכַּן uſurpatur. כְּמַשְׁכַּן יְקָרָא Sicut tabernaculum gloriæ, Jeſa.40.v.22. לְמַשְׁכַּן זִמְנָא In tabernaculum conventus-ſacri, Exod.28.v.43. יַת מַשְׁכְּנִי Tabernaculum meum, Levit.15.31. לְמִידַר בְּמַשְׁכְּנָךְ Habitare in tabernaculo tuo, Pſalm.15.1. *Plurale,* דְּיָתְבֵי מַשְׁכְּנִין Habitantium in tentoriis, Hebr. אֲבִי יֹשֵׁב אֹהֶל Geneſ.4.v.20. מַשְׁכְּנַיָּא לְתַקִּיפָא דְּיַעֲקֹב Tabernacula forti Deo Jacobi, Hebr. מִשְׁכָּנוֹת Pſalm.132.verſ.5. תַּרְחִיק עַוְלְתָא מִמַּשְׁכְּנָךְ Procul removebis iniquitatem à tabernaculis tuis, Hebr. מֵאָהֳלֶךָ Job.22.23. נֵעוֹל לְמַשְׁכְּנוֹי Ingrediemur in tabernacula ejus, Pſal.132.7. &c.

שַׁלְשֵׁל *Mittere, Transmittere:* בימי מלכות יון היו משלשלין להם שתי קופות של זהב Tempore regni Græcorum miserunt ipsis duas arcas plenas auri, & obtulerunt duos agnos: Alio tempore שלשלו להם miserunt ipsis duas arcas auri, & obtulerunt duos hœdos: dixit R. Levi: Tempore impii istius regni היו משלשלין להן fuerunt mittentes ipsis duas arcas auri, & obtulerunt duos hœdos: tandem שלשלו להן miserunt ipsis duas arcas auri, & obtulerunt duos porcos. Quum nondum pervenissent Græci ad dimidium murum, prosiliit porcus, & exsiliit ex terra Israëlis ad quadraginta milliaria. Tunc iniquitate populi Israëlis factum, ut cessaverit sacrificium juge, & vastata fuerit domus templi, &c. Tal. Jeruschalmi in libro תענית de jejunio cap.4.

שַׁלְשֵׁל *Demittere deorsum, Hebr.* הוריד. *Præteritum,* וְשַׁלְשֵׁלַת מִיכַל יַת דָּוִד Et demisit Michal Davidem per fenestram, Hebr. וַתֹּרֶד, 1.Sam.19. v.12. וְשַׁלְשֵׁלְתִנּוּן בְּאַטְוָא Et demisit eos fune ex fenestra, Hebr. וַתּוֹרִדֵם, Josuæ 2.15. דְּשַׁלְשֵׁלְתְּנָא בֵיהּ Per quam nos demisisti, Jos.2.18. *Sic apud Talm.* המשלשל דפנות מלמעלה למטה Demittens asseres de super deorsum, Succa capite 1. in Mischna. שִׁשַׁלְשֵׁל את ידו למטה Qui demisit manum suam deorsũ, Schab. fol.5.1. משלשלין את הפסח בתנור עם חשכה Demittunt agnum paschalem in furnum, quando tenebrescere incipit, Schab. fol.19. col.2. Os furni in superiori parte erat, ideoque assanda demittebant in furnum. משלשל החבית Demittens dolium de tecto vel superiori loco deorsum, si ceciderit super aliquem, eumq; occiderit, Maccoth cap.2. in initio. *Hic locus pravè citatur in Aruch in primo* של, *nempe* משילה בחבית, *unde Munsterus posuit,* מְשִׁישְׁלָא *Dolium, Veges. Hæc significatio est sequentis nominis* חבית. *Quid autem Veges?*

שִׁלְשׁוּל *Demissio: descensus, locus declivis, demissus & in profunditatem declinans:* להוי בשלשול ולוה בשלשול Hinc per descensum sive declivitatem, & illinc per descensum, Erubhin fol.83.2.

שִׁלְשֵׁל *Purgare. Laxare alvum, quasi alvum Demittere:* מאכילין אותו בדברים המשלשלים Cibant cũ rebus purgantibus: כסא קמא מרפי אירך משלשל

Poculum

Poculum primum (istarum aquarum) emollit alvum, alterum purgat, tertiũ ut intrat sic exit: Schab. fol.110.1. *Dicitur de purgatione vehementiori, veluti in diarrhœa vel dysenteria.*

שִׁלְשׁוּל *Purgatio, Laxatio: Diarrhœa, fluxus alvi.* Item *Cæcilia*, ut Columella vocat, sive *Serpens cæcus*, Germ. ein Blindschleyche. In Gemara ad illud: *Quod graditur super pectus*, Levit.11.42. זה נחש Id est, Serpens, & quicquid ejus specie comprehenditur, ut est שלשול Cæcilia, & quicquid cæciliæ simile est: Cholin fol.67.2. *Munsterus simpliciter dicit* Vermis. *Sed R. Salomon ait,* תולעת ארוכה ודומה לנחש *Vermis longus similis serpenti, gaudens fimo. Vocatur autem* שלשול *à lubricitate.* Alibi vocatur לשום שלשול קטן Propter vermem parvum, Cholin fol.40.1. Hîc simpliciter explicatur תולעת. Vide Beres. rab. sect.51. ab initio, ubi videtur esse *species Limacis.*

שַׁלְשֶׁלֶת *Catena, Hebr.* שַׁרְשֶׁרֶת, *unde plurale,* שַׁרְשׁרוֹת, *Exod.*28.14. שַׁלְשֶׁלֶת הַקַּבָּלָה Catena kabalæ. Liber est historicus, historiam temporum connectens instar catenæ. *Plural.* וְשַׁלְשְׁלִין דִּכְסַף Et catenas argenteas, Hebr. וּרְתֻקוֹת, Jesa.40.19. Veneta habẽt Chirek ab initio, & sic, עֲבִיד שִׁלְשְׁלָן Fac catenas, Hebraicè עֲשֵׂה הָרַתּוֹק, Ezech.7.23. וְאַיְתִיאוּהִי בְּשַׁלְשְׁלָן Et adduxerunt eum catenis, Ezech.19.4. Sic Nah.3.v.10. *Alia forma,* שַׁלְשְׁלָן דְּפַרְזֶל Catenæ ferreæ, Esth.1.1. in sec. Targum בְּשַׁלְשְׁלָן Catenis, Hebr. בַּעֲבֹתִים, Psalm.118.27. וְשַׁלְשְׁלָוָתְהוֹן Et catenas ipsorum, Heb. וּמוֹסְרוֹתֵיהֶם, Psal.107.v.14.

שׁוּלְשְׁלָא *Idem:* שׁוּלְשְׁלֵי רַשִׁיעַיָּא Catenas improborum, Psal.129.14. שְׁרִיתָא לְשׁוּלְשְׁלָוָתִי Solvisti catenas meas, Heb. פִּתַּחְתָּ לְמוֹסֵרָי, Psal.116.16.

שׁוּשִׁילָא · שׁוּשַׁלְתָּא *Idem. Videtur ex præcedenti forma esse contractum, excluso* ל, *siquidem hoc benè factum sit, & non potius sit cum eo legendum. Emph.* שׁוּשַׁלְתָּא דְמַלְכַיָּא מַשְׁרֵי Catenam regum solvit, Hebr. מוּסַר מְלָכִים, Job.12.18. עַנִּיאוּ בְשׁוּשַׁלְתָּא רִגְלוֹי Afflixerunt catenâ pedes ejus, Hebr. בַכֶּבֶל Compede, Psal.105.19. *Plurale,* וְתַרְתֵּין שׁוּשְׁלָן דִּדְהַב Et duas catenas aureas, Exod.28.14. in Jonath. ubi Targ. Hieros. habet שׁישְׁלָן, quod potiùs legendum שֻׁשְׁלָן: nam י sæpè solet esse index vocalis Kibbutz, propter affinitatem soni. Sic, שׁוּשְׁלָן מְתַחְמָן Catenas terminatas, Hebr. שַׁרְשֹׁת, Exod. 28.22. in Jonathane. *Emphat.* שׁוּשִׁילָתָא קְלִיעָתָא Catenas implexas, Hebr. שַׁרְשְׁרֹת הָעֲבֹתֹת, Exod. 28.14. וְשׁוּשְׁלֵי עֲרוֹדָא Et catenas onagri quis dissolvit? Hebr. וּמֹסְרוֹת, Job.39.8.

שַׁלְשֵׁל *Catenare, Connectere:* הִשְׁתַּלְשֵׁל *Catenari, catenis vinciri vel constringi. Participium.* דִּמוֹבִיל מָרֵי מַלְכַיָּא כַּד מִשְׁתַּלְשְׁלִין Qui ducit consiliarios quasi catenatos, Hebr. שׁוֹלָל, Job.12.v.17. *Apud Talmudicos:* החרובין משישלשלו Siliquæ arbores ex quo catenatæ fiunt, id est, ex quo incipiunt grandescere, & rami instar catenæ dependere, Scheviith cap.4. Item, *Ordine catenato & continuo procedere, consequi:* וזה משתלשל אל מה שאין לו תכלית Et hoc catenaretur, id est, procederet in infinitum.

הִשְׁתַּלְשְׁלוּת *Catenatio, ordinata conjunctio & tractatio:* השתלשלות הסבות Catenatio, conjunctio causarum.

שְׁלַם שְׁלִים *Absolvere, Absolvi, Complere, Compleri, Impleri, Perfici, Consummari: Consumi, Absumi, Deficere. Diversis verbis Hebraicis in diversis Conjugationibus respondet. Præteritum,* אֱלָהֵן שְׁלִים כַּסְפָּא Sed absumptam esse pecuniam, Hebr. כִּי אִם תַּם הַכֶּסֶף, Genes. 47.18. וּשְׁלִים כַּסְפָּא Et absumpta fuit pecunia è terra Ægypti, Hebr. וַיִּתֹּם הַכֶּסֶף, Genes. 47.15. עַד דִּשְׁלִים כָּל פִּתְגָמָא Donec completum vel absolutum esset omne verbum, quod præceperat, Hebr. עַד תֹּם, Jos.4.10. *Fœminin.* וּשְׁלִימַת עֲבִידַת עַמּוּדַיָּא Et absolutum fuit opus columnarum, 1.Reg.7.22. וּשְׁלִימַת Et absolutum fuit totum opus tabernaculi, Hebr. וַתֵּכֶל, Exod.39.32. וּשְׁלִימַת שַׁתָּא הַהִיא Et absolutus cùm esset annus iste, exacto isto anno, Hebr. וַתִּתֹּם, Genes. 47.18. וַהֲוָה כַּד שְׁלִימוּ כָּל עַמָּא לְמִעְבַּר Fuitq; cùm absolverent universus populus trajicere Jordanem, Hebr. כַּאֲשֶׁר תַּמּוּ, Josuæ 4.1. עַד דִּשְׁלִימוּ Donec consumerentur, Jos.8.24. הֲשְׁלִימוּ עוּלֵימַיָּא Num absolverunt pueri, num omnes transiverunt? Hebr. הֲתַמּוּ, 1.Sam.16.v.11. אֲרֵי שְׁלִימוּ יוֹמֵיכוֹן Nam completi sunt dies vestri, ut mactemini, Hebr. מָלְאוּ, Jerem.25.34. *Participium pehil,* עַד כְּעַן מִתְבְּנֵא וְלָא שְׁלִים Hucusq; ædificatur, nec dum est absoluta, Esræ 5.v.16. *Plurale,* כְּדֵין שְׁלִימִין יוֹמֵי מְטוּרֵיהוֹן Sic complebantur dies mundi earum, Esth.2.12. בָּתַר דִּשְׁלִימִין Postquam completi fuissent duodecim menses, Esth.2.13. *Infinitivus,* עַד יוֹם מִשְׁלַם Usque ad diem compleri, quo completi fuerint dies consecrationum vestrarum, Levit.8.33. לְפוּם מִשְׁלַם לְבָבֶל Quum completi fuerint Babyloniæ septuaginta anni, Heb. לְפִי מְלֹאת, Jerem. 29.v.10. עַד מִשְׁלַם יוֹמֵי שַׁבְעָא Donec exacti fuissent dies septem, Jobi 1.4. *Futur.* וְיִשְׁלְמוּן יוֹמֵי אֶבְלָךְ Et complebũtur dies luctus tui, Jesa.60 20.

שַׁלֵּם *Perficere, Complere, Persolvere, reddere, rependere, retribuere, compensare. Præteritum,* כְּמָא דַעֲבַדִית כֵּן שַׁלֵּם לִי יְיָ Sicut feci, sic rependit mihi Dominus, Hebr. שִׁלַּם, & sic plerumq; hoc verbum redditur, Judic.1.7. וְשַׁלֵּם יָת בֵּיתָא Et perfecit domum, 1.Reg 9.25. יוֹמָנָא שַׁלֵּמִית יָת נִדְרַי Hodie persolvi vota mea, Prov.7.14. וְלָא כְּעַוְיָתָנָא שַׁלֵּם לָנָא Neque juxta iniquitates nostras rependit nobis, Hebr. גָּמַל, Psal.103.10. Sic ex Pahel pro

hoc verbo semper legendũ est. לְמָא שַׁלֵּמְתּוּן בִּישָׁא Quare rependistis malum pro bono? Hebraicè שִׁלַּמְתֶּם, Genes.44.4. *Participium*, מְשַׁלֵּם גְּמֻלָא Qui reddit retributionem omnibus inimicis suis, Jesa.66.6. הֲגְמֻלָא אַתּוּן מְשַׁלְּמִין קֳדָמַי Num retributionem vos rependitis mihi? Joel.4.v.4. *Infinitivus*, שַׁלָּמָא יְשַׁלֵּם תּוֹרָא Persolvendo persolvet bovem, Exod.21.36. *Imperat.* שַׁלֵּם טַב עַל עַבְדָּךְ Repende bonum servo tuo, Hebr. גְּמֹל, Psal.119. v.17. *Futur.* וַאֲנָא אֲשַׁלֵּם Et ego rependam, Deuter.32.35. עֲבֵד לִי וַאֲשַׁלֵּם לָךְ Fac mihi aliquid, & rependam tibi, Mich.7.3. אֲרוּם תְּשַׁלֵּם עֲלַי Quum rependeris vel contuleris in me beneficium, Psal.142.v.8. יְשַׁלֵּם ut paulò antè ad Infinitivum. וִישַׁלֵּם יָתֵיהּ בְּרֵישֵׁיהּ Et reddat sive rependat illud in caput ejus, id est, in solidum, Levit.6.5. al.5.24. וִישַׁלֵּם יָאוּת צִדְקָךְ Et perficiet pulchritudinem justitiæ tuæ, Job.8.v.6. וּלְמָה יְשַׁלְּמִנַּנִי מַלְכָּא Et quorsum rependat mihi rex beneficium hoc? Hebr. יִגְמְלֵנִי, 2.Sam.19.37. וִישַׁלְּמוּן Et persolvent, Jesa.19. v.21. *Ithpehal vel Ithpahel, Participium*, וּפוּרְעֲנוּתָא טָבְתָא מִשְׁתַּלַּם לֵיהּ Et beneficium optimum rependitur ipsi, Prov.19.17. *Infinitiv.* עֲתִידִין לְאִשְׁתַּלָּמָא Futuri sunt ad persolvendum, futurum est ut persolvatur ipsis pœna iniquitatis ipsorum, Jesa.42.19. *Futurum*, אֲרֵי פֵּירֵי עוֹבָדֵיהוֹן יִשְׁתַּלְּמוּן Nam fructus operum ipsorum persolventur ipsis, Heb. Fructus operum suorum יֹאכֵלוּ comedent, Jesa.3.10. וְלָךְ יִשְׁתַּלְּמוּן נִדְרַיָּא Et tibi persolventur vota, Psal.65.2.

אַשְׁלִים *Implere, Complere, Absolvere, perficere: Reddere.* *Præteritum*, וְלָא אַשְׁלִים Neque implevit, id est, plenè ivit post timorem Domini, sicut David pater ejus, Hebr. מִלֵּא, 1.Regum 11.6. וְהַשְׁלְמַהּ Et perfecit illud, id est, perfectè numeravit, Dan.5.26. ה ex forma Hebraica loco א characteristi. וַיָי אַשְׁלֵימִנּוּן Dominusque perfecit cum eis, id est, prorsus eos consumpsit & hostibus tradidit, Deuter.32.30. pro Hebr. הִסְגִּירָם, Inclusit eos in manus hostiũ. אַשְׁלֶמְתָּא מֵימַר רְעוּתָךְ Perfecisti verbum voluntatis tuæ, 2.Sam.22.26. וַאֲנָא אַשְׁלֵמִית Ego autem implevi post timorem Domini Dei mei, id est, quàm potui plenè & integrè Deum colui, Hebr. מִלֵּאתִי, Josuæ 14. v.8. *Participium*, וּמִלַּךְ שְׁלִיחוֹהִי מַשְׁלִים Et consilium legatorum suorum perfecturus, Jesa.44.26. אִם מַשְׁלְמִין Num perfecerint, 2.Sam.20.18. *Imperat.* הַשְׁלֵם קֳדָם אֱלָהּ יְרוּשְׁלֶם Redde coram Deo Jerusalem, Esræ.7.19. *Futurum*, וְאַשְׁלֵם קֳדָמוֹהִי כָּל שְׁנַיָּא Et complebo corã ipso omnes annos, Jesa.38.15. וְתַשְׁלִים בֵּיהּ אַשְׁלָמוּת אַבְנָא Et implebis in eo impletione lapidum quatuor ordines, Hebr. וּמִלֵּאתָ, Exod.28.v.17. אֲרוּם יַשְׁלִים Nam perficit sicut in principio statutum de me, Jobi 23.v.14. *Apud*

Rabbinos proverbiale est, שִׁילוֹ חֲטָא וְיוֹחָנָא מִשְׁתַּלֵּם *Schilo peccavit, & Johanni persolvitur illud*, id est, Johannes persolvit illud, plectitur, punitur, Beres. rab. sect.25. & 64. Simile vide in נגר.

אַשְׁלֵים *Pacem inire, pacem facere vel pangere: Pacem habere, Pace vel prosperitate frui.* *Præteritum*, וְאַשְׁלֵם יְהוֹשָׁפָט Et pacem iniit Josaphat cum Israële, 1.Reg.22.v.45. בְּרַם אַקְשֵׁי לְוָתֵיהּ וְאַשְׁלֵים Quis durior fuit erga ipsum, & prosperitate usus? Hebr. וַיִּשְׁלָם, Job.9.4. וְאַשְׁלֵמַת עִם יְהוֹשֻׁעַ Nam pacem fecit cum Jehosua, Josuæ 10.v.4. וְאַשְׁלֵמַת עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Et pacem fecit cum filiis Israël, Jos.11. v.19. אֲרֵי אַשְׁלִימוּ Nam pacẽ inierant habitatores Gibeon cum Israële, Jos.10.1. וּכְנַעֲנָאֵי Et Chananæi, qui assimilantur bestiis agri, pacem habent tecum, Job.5.23. וְאַשְׁלִימוּ עִם יִשְׂרָאֵל Et pacem fecerunt cum Israële, 2.Sam.10.19. *Ithpehal, Præteritum*, וְאִשְׁתְּלֵם Et pacem habeto, Job.22.21.

שְׁלָם *Pacatus, pacificus, pacem colens. Plurale*, שְׁלָמִין אִנּוּן עִמָּנָא Pacifici sunt nobiscum, pacem colunt nobiscum, Genes.34.21.

שְׁלָם · שְׁלָמָא *Pax, salus, prosperitas. Latè patet, ut Hebraicè*: שְׁלָם לְכוֹן *Pax sit vobis*, Hebraicè שָׁלוֹם לָכֶם, Genes. 43.22. Sic Judic.19.20. & 6.23. pro *Salvete, Salvi sitis. Rabbini pro eo dicunt* שָׁלוֹם עֲלֵיכֶם *Pax sit super vos. Christus Syrè dixit*, שְׁלָמָא עַמְּכוֹן *Pax vobiscum*, Johan.20.19.21. *Et sine Pronomine*, וַאֲמַר לְמַלְכָּא שְׁלָם Et dixit ad regem, *Pax*, id est, *Salve rex*, 2.Sam.18.28. וְאַתְּ שְׁלָם וּבֵיתָךְ שְׁלָם וְכָל דִּילָךְ שְׁלָם *Tu salve, salva sit domus tua, salvi sint omnes tui*, 1.Sam 25.6. *Doctoribus, magnatibus & principibus duplicata est salus*: שְׁלָמָא לְמָר שְׁלָמָא לְמָר *Pax domino, pax domino*: שְׁלָמָא עֲלֵיכוּ מַלְכֵי שְׁלָמָא עֲלֵיכוּ מַלְכֵי *Pax vobis reges, pax vobis reges*: Gittin fol.62.1. Sic vocantur ibi Rabbini magni. Duplicationem probant ex 1.Par.12.18. Quod Rabbini vocentur Reges, ex Prov.8.15. *Per me Reges regnant.* הֲשְׁלָם לֵיהּ וַאֲמַרוּ שְׁלָם Num pax ipsi est, id est, num salvus & incolumis est? & responderunt, Salvus est, Genes.29.6. וְתִשְׁאֲלוּן לֵיהּ בִּשְׁמִי לִשְׁלָם Rogabitis in nomine meo de pace, id est, eumque nomine meo salutate, וּשְׁאֶלְתֶּם לוֹ בִשְׁמִי לְשָׁלוֹם, 1.Sam.25.5. וַאֲמַר הֲשְׁלָם יֵהוּא וַאֲמַר מָה הֲשְׁלָם Et dixit: Num pax est, ô Jehu, id est, num prosperè se res habent? & respondit: Quid pax, id est, quorsum quæris, num prosperè se res habeant, tot stupris & maleficiis matris tuæ Izebel adhuc durantibus? 2.Sam.9.v.22. לְדָרְיָוֶשׁ מַלְכָּא שְׁלָמָא כֹלָּא Dario regi pax omnis, id est, salutem plurimam, Esræ 5.7. וְעַל כָּל שְׁלָמָא Et de omni pace, quâ ego ipsum affecero, Jerem.33.9. וּקְשׁוֹטָא וּשְׁלָמָא רְחִימוּ Veritatẽ & pacem diligite, Zach.8. v.19. לְמִשְׁאַל לִשְׁלָמָא לָךְ Qui te salutet, Jere.15.5. *Cum Pronominib.* וּקְיָם שְׁלָמִי Et fœdus pacis meæ non di-

non dimovebitur, Jesa.54.10. שְׁלָמְכוֹן יִשְׂגֵּא Pax vestra multiplicetur, Dan.3.31. *Formula salutandi est in exordio epistolæ*, pro, *Salutem plurimam.* Sic Dan.6.26. בְּאֱנָשֵׁי שְׁלָמֵיהּ In viros pacis ejus, id est, qui fœdus pacis cum ipso habebant, Psal. 55.v.21. אֲרֵי בִשְׁלָמֵיהּ יְהֵי לְכוֹן שְׁלָם Nam in pace ejus erit vobis etiam pax, לָא תִתְבַּע שְׁלָמְהוֹן Non quæres pacem ipsorum, Deut.23.7. *Apud Rabbinos:* הוי מקדים בשלום כל אדם *Esto præveniens pace* (hoc est, salutatione) *quosvis homines*, Avoth cap.4. ולא יתן שלום לרבו או יחזיר לו שלום כדרך שנותנים לריעים ומחזירים זה לזה *Neque dabit pacem præceptori suo* (id est, salutabit eum,) *aut reddet ei pacem* (hoc est, gratias ei salutanti aget) *sicut salutantur amici, & sibi invicem respondent*, Majem. in הלכות יסודי תורה cap.5. *Dare salutem* i.e. salutare: *Reddere salutem*, i.e. respondere.

שְׁלִים *Completum, perfectum, integrum, integer, salvus, incolumis:* וִיהֵי לִבְּכוֹן שְׁלִים Eritque cor vestrum integrum, Heb. שָׁלֵם, 1.Reg.8.61. & 1.Reg. 11.v.4. & 15.3. וְיַעֲקֹב גְּבַר שְׁלִים Et Jacob erat vir integer, Heb. אִישׁ תָּם Gen.25.27. שְׁלִים הֲוָה בְּדָרוֹהִי Integer erat seculo suo, Hebr. תָּמִים Genes.6.9. דְּכַר שְׁלִים יְקָרְבִנֵּיהּ Arietem integrum offeret, Levit.1.v.3. כְּיוֹם שְׁלִים Quasi die integro, Hebr. תָּמִים, Josuæ 10.13. דִשְׁלִים מַנְדְּעָא Qui perfectus est scientiâ, id est, perfectæ scientiæ, qui omnia perfectè scit, Job.37.16. *Et cum Tzere in medio,* וִיהֵי אַגְרָךְ שְׁלֵימָא Sitque merces tua perfecta in seculo futuro, Hebr. שְׁלֵמָה, Ruth.2.v.12. Posit etiam esse שְׁלִימָא cum Chirek. Masculinum emphaticum est: nam אֲגַר substantivum, masculinum est. *Plurale*, וְדִכְרִין תְּרֵין שְׁלִימִין Et arietes duos integros, Hebr. תְּמִימִם, Exod.29.v.1. Scribitur id in libris vulgò שְׁלֵמִין vel שְׁלִמִין, sed omninò legendum cum Chirek in medio. Altera ista forma est à שְׁלֵם, quod quidem Hebraicè eum sensum habet, sed non æquè Chaldaicè. Sic 2.Sam.20.19. שְׁלִימִין בְּהֵימָנוּתָא Perfecti, integri in fide sumus, integræ fidei homines. Item, מַתְקְלִין שְׁלִימִין Pondera integra & perfecta, Deuter.25.15. מְכִילָן שְׁלִימִין Mensuræ perfectæ, ibid. בְּנֵי שְׁנָא שְׁלִימִין Anniculos integros, Lev.9.3. וּשְׁלִימֵי יַרְתוּן טָבְתָא Et integri hæreditabunt bonum, Proverb.28.10. Pravè in Venetis legitur ושילמי literis duabus transpositis. טוּבֵיהוֹן דִשְׁלִימֵי אָרְחֵיהוֹן Beati, qui integri sunt viâ suâ, Psalm.119. v.1. *Fœmininum*, שְׁלֵמָא vel שְׁלִימָא *Integra, perfecta:* גָּלוּ שְׁלִימָא Migratione perfectâ, Amos 1.6. צְפִירַת עִזֵּי שְׁלֵמְתָא Capellam caprarum integram, Levit.4.28. Possunt hæc etiam cum Chirek in medio legi, ut in forma masculina. *Emphaticè*, שְׁלֵמְתָא vel אַלְיְתָא שְׁלֵמְתָא Caudam integram, Levit.3.9. Jonathan שְׁלִימְתָא ut mox: אוֹרַיְתָא דַיְיָ שְׁלִימְתָא Lex Domini perfecta est, Psalm.19.8. *Plurale*, שְׁבַע שָׁבוּעָן שַׁלְמָן Septem septimanæ perfectæ erunt, Levit.23.15. אַבְנִין שַׁלְמִין תִּבְנֵי Ex lapidibus integris ædificabis, Deuter.27.6. Sic Josuæ 8.v.31. & alibi.

שִׁלּוּם *Solutio, Exsolutio, Persolutio.* שילום הכסף Exsolutio pecuniæ, Rab.

שלימרה *Arcula, Capsula, idem quod* בוורת, Kelim cap.8.

שְׁלִימוּת · שלימות *Perfectio, integritas, sinceritas animi:* שְׁלִימוּתָא וְתְרִיצוּתָא יִטְּרוּנַנִי Integritas & rectitudo custodient me, Psalm.25.20. ושלמות אָרְחָתָךְ Et integritas viæ tuæ, Job.4.v.6. בִּשְׁלִימוּת שְׁנָךְ In perfectione annorum tuorum, Job.5.v.26. בִּשְׁלִימוּת לִבֵּיהּ In integritate animi ejus, Psal.78. v.72. Sic Psalm.101.v.2. ubi Veneta sunt prava. וִידַע אֱלָהָא שְׁלִימוּתִי Novit Deus integritatē meam, Job.31.6. בִּשְׁלִימוּתִי אֲנָא הֲלָכִית In integritate mea ego ambulavi, Psalm.26.1. בִּשְׁלִימוּתָךְ In integritate tua, Job.2.9. בִּתְקוֹף שְׁלִימוּתֵיהּ In robore integritatis suæ, Job.21.23. *Apud Rabbinos*, שלמות הראשון Perfectio prima, id est, Temperamentum, Constitutio hominis: שלמות האחרון Perfectio ultima, hoc est, Intellectus, Mens, More par.3.cap.33. שלימות הפעולה מורה על שלמות הפועל *Perfectio operis, docet de perfectione efficientis, authoris.*

תַּשְׁלוּמָא *Retributio, Compensatio:* וּלְמָה יְשַׁלְּמִנַּנִי מַלְכָּא תַּשְׁלוּמָא הָדָא Quare redderet mihi rex retributionem hanc, id est, quare me rex tanto afficeret beneficio? Heb. הַגְּמוּלָה הַזֹּאת 2.Sam.19. v.36. *Plurale*, תַּשְׁלוּמִין *Retributiones, compensationes. Inde induit naturam Præpositionis* Pro, *ut in Targum Jeruschalmi:* תְּבַר תַּשְׁלוּמֵי תְבַר עֵין תַּשְׁלוּמֵי עֵין וְשֵׁן תַּשְׁלוּמֵי שֵׁן Fractura pro fractura, oculus pro oculo, dens pro dente, Levit.24.20. Sensus; Fractura sit retributio fracturæ, pro fractura reddatur vel retribuatur æqualis fractura, & sic reliqua. Volunt Talmudici, ut & R.Salomon in loco Levitici meminit, retributionem istam fuisse תשלומי ממון retributionem per pecuniam. Et R.Salomon ibidem vers 21. אם אין חבלה אין תשלומין Ubi nulla est læsio, ibi nulla est compensatio. Sic, חובל בחבירו לתשלומין Lædens socium suum, ad compensationem condemnatur. Vide Kethubhoth fol.32.2. תשלומי נזק Compensatio damni. פטור מתשלומין Liber, immunis est à compensatione. Sic Rabbinis sæpiùs pluraliter usurpatur.

תּוּשְׁלְמָא · תּוּשְׁלְמָא *Idem. Aliquando etiam* תּוּשְׁלִימָא *invenitur:* שְׁנַת תּוּשְׁלִימָא Annus retributionis est, Jesa.34.8. אֲתוֹ יוֹמֵי תוּשְׁלְמַת חוֹבִין Venerunt dies retributionis peccatorum, Hebraicè יְמֵי הַשִּׁלֻּם Hos.9.v.7. וְתוּשְׁלְמַת עוֹבָדֵיהוֹן בְּמְרוּתְהוֹן

Et retributio operum ipſorum erit juxta amaritudinem ipſorum, Deuteron. 32. v. 32. אִתְקַבְּלוּ תוּשְׁלֻמַת עוֹבָדֵיהוֹן Receperunt retributionem operum ſuorum, Jerem. 13. 19. עִדָּן תוּשְׁלֻמַת חוֹבוֹהִי Tempus retributionis peccatorum ejus, Ezech. 21. verſ. 25.

תּוּשְׁלְמוּת *Idem. Plurale* תּוּשְׁלְמָן. *Constructè*, תּוּשְׁלְמְוַת *ex qua forma in Jonathane legendum*, כֵּן תְּהוֹן תּוּשְׁלְמְוָתְהוֹן Sic erũt retributiones ipſorum, Deut. 32. v. 32.

אַשְׁלְמוּת *Impletio, completio, complementum, abſolutio:* אַשְׁלָמוּת אַבְנָא Impletionem lapidis, Heb. מִלֵּאת אֶבֶן Exod. 28. 17. In Targum Hieroſol. eſt אַשְׁלִימוּ per Apocopam: וְאַבְנֵי אַשְׁלְמוּתָא Et lapides impletionis, Exod. 25. v. 7. id eſt, qui implebantur lapidibus pretioſis: וּבְאַשְׁלָמוּת יוֹמֵי מִשְׁתְּיָא Et in complemento dierum cõvivii, cùm completi eſſent, Eſth. 1. 5. Item, *Conſecratio, Initiatio, de ſacrificiis & oblationibus, quæ ſic dicebantur, quòd iis Implerentur manus ſacerdotum, quando eis tradebantur ad offerendum:* קָרְבַּן אַשְׁלְמוּתָא הִנּוּן Oblatio conſecrationis ſive initiatoria ſunt, Hebr. מִלֻּאִים הֵם Levit. 8. 28. דְּכַר אַשְׁלְמוּתָא Arietem initiatorium, Levit. 8. v. 22. in Jonathane. וּלְאַשְׁלְמוּתָא Et de conſecratione, Levitic. 7. 37. al. 27.

אַשְׁלְמָנוּת *Idem:* בָּתַר יוֹמֵי אַשְׁלְמָנוּתָא Poſt dies initiationis, Levit. 8. 34. in Jon. עַד יוֹם מִשְׁלַם יוֹמֵי אַשְׁלְמָנוּתְכוֹן Uſque dum abſolvantur dies initiationis veſtræ, Lev. 8. 33. Jon.

שְׁלַף *Educere, Extrahere, Detrahere, Exuere, Evaginare. Præteritum,* אֲרֵי לָא שְׁלַף חַרְבָּא Non enim extraxit gladium è ventre ejus, Jud. 3. v. 22. וּשְׁלָפַהּ מִנִּדְנַהּ Et extraxit eum èx vagina ſua, 1. Sam. 17. 51. בָּתַר דִּשְׁלִיפוּ אַבְנַיָּא Poſteaquam extraxerunt lapides, Heb. אַחַר חִלֵּץ, Lev. 14. 43. *Participium,* שָׁלְפֵי סַיְפָא Extrahentes gladium, Jud. 20. 2. *Participium Pehil,* בֵּי שְׁלִיף סַנְדָּלָא Domum exuti calceum, id eſt, diſcalceati, Deut 25. verſ. 10. in Jon. Heb. חֲלוּץ הַנָּעַל. Rariùs pro hoc Verbo ponitur. זְנוּתָא וְחַמְרָא וְרַוְיָתָא שְׁלִיף Scortatio, vinum & inebriatio ſunt quaſi extractus gladius, ſcil. ad nocendum, Hoſ. 11. 4. Sic habent Veneta. Ex ſtructura ſermonis potiùs eſt Participium præſens activum, שָׁלֵיף Educit, extrahit gladium, id eſt, armat hominem ad peccandum, וּמַטְעֵי יָת לִבְּהוֹן & ſeducit cor ipſorum, nempe hominum, qui iis indulgent. Sic duo participia activa copulantur. וּדְשְׁלִיף Et quod extractum eſt virilibus, ſcil. non offeres Domino, Hebr. וְנָתוּק Et avulſum, Levit. 22. 24. R. Salomon explicat de eo, cui virilia manu extracta vel avulſa ſunt à nervo ſuo, ita ut in ſacco ſuo adhuc incluſa, id ſummè vitioſum eſt, & ad ſacrificia profanum. *Fœmininum,* וְחַרְבֵּיהּ שְׁלִיפָא בִּידֵיהּ Et gladius ejus evaginatus erat in manu ejus, Numer. 22. 23. 31. *Plurale,* גִּירָךְ שְׁלִיפִין לְמִקְטַל Sagittæ tua extractæ ſunt ad occidendum, Heb. שְׁנוּנִים Acutæ factæ ſunt, Pſal. 45. 6. *Infinitivus,* בְּעָא לְמִשְׁלְפֵיהּ מִן רֵישֵׁיהּ Cupivit eum detrahere de capite ſuo, Num. 21. 36. in Jonathane. *Imperativus,* שְׁלוֹף מְסָנָךְ Extrahe calceum tuum, Exod. 3. 5. in Jonathane. Pro מסנך Targum Hieroſ. habet סַנְדָּלָךְ quod idem. *Futurum,* וּמְסָנָךְ תִּשְׁלוֹף Et calceum tuum extrahes de pedibus tuis, Jeſa. 20. 2. וְתִשְׁלוֹף סַנְדָּלֵיהּ Et extrahet calceum ejus de pedibus ejus, Deut. 25. 9. וְיִשְׁלְפוּן יָת אַבְנַיָּא Et extrahent lapides, Hebr. וְחִלְּצוּ Levit. 14. 40. *Paſſivum Ithpehal vel Ithpahel, Præteritũ,* וְאִשְׁתְּלִיף בַּרְזְלָא Et extractum fuit ferrum, ſcil. de ſuo manubrio, 2. Reg. 6. 5. בְּדִיל לְמִקְטַל קְטוֹל אִשְׁתְּלִיפַת Ad edendam ſtragem extractus eſt, ſcil. חַרְבָּא gladius, quod Nomen præcedit, Ezech. 21. 10. Hebraicè הוּחַדָּה Acutus factus eſt. אִשְׁתְּלִיפַת לְמִקְטַל Extractus eſt ad occidendum, Hebr. עֲשׂוּיָה לְבָרָק Factus eſt ad coruſcationem. Extráctus gladius dicitur coruſcare: Ezech. 21. 15. & v. 28. אִשְׁתַּלְּפַת ex forma Pahel. וְלָא אִשְׁתַּלִּיפוּ מִנֵּיהּ Et non fuerunt extracti ab eo, nempe duæ perſonæ in ſcortatione à Pinchaſo interfectæ, Numer. 21. 8. in miraculo nono iſtius verſus in Jonathane. בְּכֵן אִשְׁתַּלְּפָא Tunc extractæ fuerunt calces vel ungues equorum ipſorum, Judic. 5. 22. Hebr. עִקְּבֵי Calces. *Participium,* וְלָא מִשְׁתַּלְּפָן מְבוּתִי Neque extrahuntur, excidunt clavi ejus, Jeſa. 33. 20. *Imperativus,* אִשְׁתְּלִיפִי וְקַטִּילִי Evaginator, occide à meridie, Ezech. 21. v. 16. *Futurum,* וְיִשְׁתְּלִיף בַּרְזְלָא Et excuſſum fuerit ferrum de ligno ſive manubrio ſuo, Hebr. וְנָשַׁל, Deut. 19. 5. *Uſitatiſſimum eſt Verbum apud Rabbinos & Talmudicos.*

שְׁלוֹף דּוֹץ *Herbæ nomen, cujus uſus in eluendis ſordibus & maculis. Aliâs vocatur* קמוניא *apud Talmudicos. Herba iſta exſiccata, in pulverem contunditur, quo eluuntur ſordes. Vide* אשלג.

שלפים · שלפי *Finis. Sic Munſterus & alii.* In tractatu Talmudico Jebhamoth folio 116. col. 1. שלפי קציר חטים היו Finis meſsis tritici fuit, Gloſſa, שלפי סוף קציר חטין ושלפי לשון שלף איש id eſt, שלפי idem eſt quod סוף, & eſt ex ſignificatione שלף איש *Detraxit vir calceum ſuum*, Ruth. 4. v. 7. Meſsis enim tum jam detracta erat, & prætererat. In Aruch parvo ſimiliter explicatur, בוצאי קציר חטין. Sic in Schabbas fol. 60. שלפי הגזירה היו Finis perſecutionis fuit, quod io Aruch & Gloſſa Talmudica explicatur, נמלטין היו מן הגזירה Liberati fuerunt à decreto. In R. Alphes pro הגזירה legitur hîc השמד, & שלופי, pro שלפי. In Schir Haſchirim rabba cap. 6. v. 11. Simile hoc eſt filiæ Regis שהיתה

שהיתה מלקטת בשלפים quæ erat colligens (ſpicas) in fine, exitu meſsis, (quod pauperum olim erat beneficium.) In Gloſſa explicatur בלקט חשבלים אחר הקוצרים, & dicitur, שלפי eſſe לשון אחורים.

שְׁלִיף *Onus, Sarcina*: בשליף שעליה Cum onere quod in ipſo eſt; Gloſſa, שליף id eſt, משאוי, Kidduſchin fol.22.2. בשליפי זוטרי Cum oneribus parvis, ſarcinulis levioribus, Schab. fol.154.2. Bava bathra fol.86.

שלופפין *Flores dactylorum, palmæ florentes.* In Gemara, שלופפי וחוו תמרי Palmas florentes, & facti ſunt poſtea dactyli, maturi ſcil. Gloſſa, רקלים Bava baſra fol.124.1.

שִׁלְפוּחָא *Veſica piſcis*, שמליאה רוח *quæ plena eſt ſpiritu*: וחד משכחת לה בשילפוחא Et unum invenitur in veſica, Avoda ſara fol.40.2.

שִׁלְפוּחִית *Matrix, Uterus*, מקום שהולד מונח בו *locus in quo fœtus quieſcit: In Gemara*, ניטלה שלפוחית שלה Si ablata fuerit matrix ejus, Cholin fol.48.1. Pro eodem poſtea in Miſchna dicitur, ניטלה האם שלה, fol.54.1. ubi הָאֵם Mater, matrix, idem eſt quod שלפוחית, & rurſus האם in Gemara exponitur per alia Synonima, האם היא טרפחת היא שלפוחית fol.55.2. & 56.2. *Alibi etiam eſt* זפק *Ingluvies, veſicula gutturis in avibus.* unde שלפוחית של תרנגול Ingluvies galli. Citatur in Aruch ex Vajikra rabba ſect.16.

שְׁלְפוּקִין *Puſtulæ*: שלפוקין בְּכָל אַרְעָא דְמִצְרַיִם Puſtulæ in tota terra Ægypti, Heb. אֲבַעְבֻּעוֹת Exod. 9.9. שַׁלְפוּקִין סַגִּי בֶּאֱנָשָׁא וּבִבְעִירָא Puſtulæ multę in hominibus & jumentis, ibid. verſ.10. in Jonath. *In priori loco Targum Hieroſ. habet* שלבוקין: *nam & aliàs* ב *&* פ *inter ſe commutantur.*

שלץ שִׁלְצִיּוֹן *Nuncius Tzionis, qui quotidie ſolebat Hieroſolymam ire.* Sic adducit Aruch ex Gemara, ſed ibi hodie legitur plenè שליח ציון, Beza fol.25.2. *Alibi verò* שִׁלְצִיּוֹן *eſt nomen proprium loci*: unde, עָרְבֵי שלציון *Fidejuſſores Schalzion*, Jevam.fol.109.2. ubi ſcil. debitor principalis dimittebatur, & fidejuſſor capiebatur. Inde monuerunt, à fidejuſsionibus longè eſſe recedendum. Sponſio enim non eſt ſine noxa. *Munſterus hîc addit*, Lilium. *Id non eſt in Aruch, ideoq; ſuſpectum.*

שלק *Aduri, uredine tangi*: כְּעִסְבָּא אִגָּרָא דְּשָׁלוּק Sicut herba tectorum, quæ aduritur à ſole, antequam perveniat in ſpicam vel culmũ, Hebr. חֲשֵׁדֵפָה לִפְנֵי קָמָה 2.Reg.19.26. Pro eodem legitur דְשָׁלוּק Jeſa.37.27.

שְׁלַק *Elixare, in aqua coquere*, Eruvin fol.28.2. *Metaphoricè etiam tribuitur Soli, qui calore ſuo fructus coquit, ut ignis carnes vel alios cibos*: מִשֶּׁיִּשָּׁלֵק Ex quo coctus fuerit, id eſt, maturuerit, Maaſeroth cap.1.

שָׁלוּק · שְׁלָק *Elixum, Coctum*: פריק ליה בשלקי Redimit illud (primogenitum) oleribus elixis, pro ejus valore, Bechoroth fol.9. אכל שלק Comedit elixum. זיתים שלוקין Olivæ maturæ. ביצה שלוקה Ovum elixum. ירקות שלוקין Olera elixa.

שְׁלָקוֹת *Elixa, cocta*, עָץ cap.2. in Miſchna.

שלש שְׁלֹשָׁה vel שָׁלֹשׁ *Tres, tria*: שְׁלֹשִׁים *Triginta.*

מְשֻׁלָּשׁ *Triangulum.* צורת משולש Figura trianguli.

שִׁלּוּשׁ *Trinitas, tres perſonæ divinæ.*

שָׁלִישׁ *Trinus.* Deus eſt שליש trinus in unitate ſeu una eſſentia, ſed non שלשה Tres.

Peculiaris etiam hujus Radicis uſus eſt apud Jureconſultos Hebræorum, ubi de jure mutui, crediti vel debiti agunt. In libro Choſen hammiſchpat, numer.55. שָׁלִישׁ *Tertius*, id eſt, *Depoſitarius, Sequeſter, in cujus fidem vel apud quem rem vel litem deponunt.* הִשְׁלִישׁ *Deponere in fidem vel cuſtodiam tertii.* הֻשְׁלַשׁ *Deponi.* שְׁלִישׁוּת *Tertiatio*, id eſt, *Depoſitio in fidem tertii*: שליש בזמן ששלישותו בידו נאמן בשני עדים Depoſitarius quando depoſitio ſeu depoſitum eſt adhuc in manu ſua, fidem habet duorum teſtium. Etiamſi alter litigantium dicat, שלא עשאו שליש quòd non fecerit eum depoſitarium; tamen השליש נאמן depoſitario iſti fides habetur: etiamſi ambo negent, tamen adhuc ei fides habetur. שטר שהיה ביד שליש Literæ contractus vel Obligationis, quæ fuerint in manu depoſitarii, ac dicat coram judice, illam obligationem exſolutam eſſe, fides ei habetur, &c. על תנאי זה היית שליש Cum hac conditione fuiſti depoſitarius: אין לו ליתן השלישות אלא בפני ב״ד Non debet reddere (de manibus ſuis) depoſitũ, niſi coram judicio, illiſque expreſsis verbis explicare ענין השלישות rationem depoſiti, quo ſcil. jure & quâ conditione illud ſuſceperit. שליש שהושלש שטר בידו Depoſitarius, in cujus manum depoſita fuerit Obligatio.

שַׁלְשֶׁלֶת · שלשל Vide ſuprà in שלל.

שם שֵׁם *Nomen, plur.* שֵׁמוֹת *Nomina.* אשריו של אדם שיצא בשם טוב מן העולם *Beatus homo qui exit cum nomine bono ex hoc mundo*, Medraſch Ruth cap.1.v.3. In Bereſch. rabba ſect.71. ד׳ מדות נאמרו בשמות Hoc eſt, *Quatuor proprietates dicuntur de nominibus. Sunt, qui nomina habent pulchra; & ſimul opera pulchra. Alii nomina habent turpia; & eorum opera quoque ſunt turpia. Aliorum nomina ſunt turpia, ſed opera pulchra. Aliorum denique nomina pulchra, ſed opera turpia, &c.* Illuſtratur ibi exemplis. In Pirke R. Elieſer, cap.32. Sex nominati ſunt בשמותם Nominibus ſuis, antequam naſcerentur; Iſaac, Iſmael, Moſes, Salomon, Joſias, & Nomen Meſsiæ, &c. *Porrò ſingulare* שֵׁם

apud

apud Rabbinos latioris usus est, unde variis nominum appellationibus adjungitur. Est Nomen per se, quo quis nominatur, & est Nomen Grammaticum vel Logicum, unde hæ Nominum sunt differentiæ: שֵׁם הָעֶצֶם Nomen substantię, id est, nomen propriũ, quo unam substantiam appellamus, ut Ruben, Schimeon. שֵׁם הַדָּבָר *Nomen rei,* id est, *Nomen substantivum & appellativum.* שֵׁם הַתּוֹאַר *Nomen formæ, id est, adjectivum, nomen concretum.* שֵׁם הַמִּקְרֶה *Nomen accidentis, id est, Nomen abstractum.* שֵׁם הַקּוֹדֵם *Nomen primitivum.* שֵׁם הַנִּגְזָר *Nomen derivatum.* שֵׁם פָּשׁוּט *Nomen simplex, sive simplicis figuræ.* שֵׁם מוּרְכָּב *Nomen compositum.* שֵׁם הַלִּוּוּי *Nomen societatis, id est, conjugatum:* ut דָּבָר Verbum, דְּבָרִים Verba: item *Nomen sociatum, id est, adjunctum sive adjectivum:* ut, אזוב Hyssopus, est Nomen simplex, אזוב רוֹמִי Hyssopus Romanus, est Nomen sociatum. Sic יָרָק Olus est שֵׁם סְתָם Nomen absolutè & simpliciter, & יֶרֶק הַשָּׂדֶה Olus agri, est Nomen sociatum. שֵׁם הַמִּצְטָרֵף *Nomen relativum.* שֵׁם הַנִּרְדָּף *Nomen consecutivum, id est, synonimum, quod alterius sensum & significatum sequitur.* שֵׁם הַפּוֹעַל *Nomen Verbale:* שֵׁם הַנִּצְמָד *Nomen conjunctum, id est, constructum, in structura cum altera voce positum.* סָמוּךְ *idem.* שֵׁם מְשׁוּתָּף *Nomen communicativum, æquivocum.* שֵׁם הַמּוּשְׁאָל *Nomen aliundè accommodatum, id est, metaphoricum.* שֵׁם הַמְּסוּפָּק *Nomen analogum.* שֵׁם המוּסְכָּם *Nomen univocum.* שֵׁם הַמּוּעְתָּק *Nomen translatitiũ.* שֵׁם מְפוֹרָד *Nomen dispersum, id est, collectivum, quod singulari numero in multa dispergitur, sive multa comprehendit, &c.*

בְּשֵׁם *Sicut. Sequi solet* שֶׁ *in sequenti voce:* כשם שאי אפשר Sicut impossibile est: כשם שמקדישין Sicut sanctificant. In consecratione circumcisionis dicunt: כשם שנכנס לברית כן יכנס לתורה לחופה ולמעשים טובים Sicut ingressus est fædus (circumcisionis) sic ingrediatur in Legem, in nuptias, & opera bona, *Dicendum* כְּשֵׁם, *non* כַּשֵּׁם, *ut indoctiores Judæi pronunciant. Nam* כַּשֵּׁם *est pro* כְּהַשֵּׁם *quod est nomen divinum.*

לְשֵׁם · עַל שֵׁם *Propter.* עַל שֵׁם שֶׁ *Propterea quòd:* ut, ועל שם שמימיו מתברכין Et propterea quòd aquæ ejus benedictę sunt, & exundantes irrigant terram, vocatur nomen ejus פִּישׁוֹן Genes.2.v.13. R.Salom. בן סורר ומורה נהרג על שם סופו Filius contumax & rebellis occidetur propter finem suum, R.Sal. Deut.21.20. כל מעשיך יהיו לשם שמים *Omnia opera tua fient propter Deum,* Pirke abhoth cap.2. Et breviùs: הכל לשם שמים *Omnia propter Deum, propter nominis divini gloriam.* כל העוסק בתורה לִשְׁמָהּ *Quicunque vacat Legi propter eam, non verò lucri causâ.*

מִשּׁוּם *De nomine, Propter. idem quod* בְּשׁוּם.

שֵׁם · הַשֵּׁם *Deus, DOMINUS:* item Nomen, *quod per synecdochen generis pro nomine isto glorioso & maximo, quod per quatuor literas, Jod, He, Vav, He, scribitur, & Tetragrammaton vocatur, sumi solet: unde,* קול יהוה *Vox Dominĩ;* Gen.3. v.8. & קול השם in Aben Esra, pro eodem sumuntur. ביראת השם In timore Domini. *Apud Talmudicos:* Docet quòd maledicens patri aut matri suæ, non fit reus mortis, עד שיקללם בשם nisi quando maledixerit eis per Nomen illud proprium Dei, Schevuoth fol.36.1. על קדוש השם Propter sanctificationem Dei. מפני חלול השם Propter profanationem nominis divini. השם הראה לו עץ הדעת Deus monstravit ipsi arborem vitæ. *Sequi solet reverentiæ causâ* יִתְבָּרֵךְ *Benedictus sit, vel abbreviatè* ית׳, *aut* ה״שי *pro* השם יתברך *Deus, qui sit benedictus.* האם לך חכמה כחכמת ה״שי Num tibi est sapientia, juxta sapientiam Dei, qui sit benedictus? מה״שי A Deo benedicto. שהשם ית׳ Quòd deus, qui sit benedictus, &c.

שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת vel שֵׁם שֶׁל אַרְבַּע *Nomen quatuor literarum. Eo intelligunt Hebræi Nomen Dei proprium quatuor literarum* יהוה, *quod Græcorum appellatione vocatur Tetragrammaton. Vocatur & passim apud Kabalistas* שֵׁם בֶּן אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת *Nomen filius quatuor literarum, id est, quod constat ex quatuor literis:* שֵׁם הַמְיוּחָד *Nomen appropriatum, scilic. propriè Deo conveniens, ab æterna essentia eum denominans:* שֵׁם הַנִּכְבָּד *Nomen gloriosum, quo nullum honorificentius est: vel* שֵׁם הַנִּכְבָּד וְהַנּוֹרָא *Nomen honorandum & reverendum:* item, שֵׁם הַגָּדוֹל וְהַקָּדוֹשׁ *Nomen maximum & sanctissimum, quod Chaldaicè in Zohar dicitur,* שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא: item, שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא *Nomen magnificum & pretiosum.*

שֵׁם יְהוָה *Nomen Domini, idem quod Dominus.* Hinc R.David ad illud: *Et scient* כִּי שְׁמִי יְהוָה *quòd nomen meum est Dominus, Jesa.16.21.* scribit: כמו כי אני יהוה כי הוא שמו ושמו הוא. Idem est cum illo; *Quia ego sum Dominus.* Nam Ipse est nomen ejus, & nomen ejus est ille Ipse. Sic, ליראה את שם הנכבד והנורא את יהוה אלהיך Timendo nomen illud gloriosum & reverendum, nempe Dominum Deum tuum, Deuter.28.59. *Timere nomen Dei & Timere Deum* idem sunt. Sic, בָּרוּךְ יְהוָה Benedictus sit Dominus, Ruth.4.14. *Targum,* בְּרִיךְ שְׁמֵיהּ דַּיָי Benedictum sit nomen Domini.

שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ *Nomen expositum, vel Nomen separatum. Nostri Hebræam appellationem sæpè retinent,* Schem hamphorasch, *ut & Lutherus scripsit libellum Germanicum contra Judæos de* Schem hamphorasch. *Intelligitur autem eo Nomen illud divinum Tetragrammaton* יהוה, *gloriosum, reverendum & maximum, Deo proprium, & nulli alii commune.*

mune. Expoſitum, id eſt, explicatum, explanatum, declaratum, prolatum & pronunciatum per Nomen ארני Adonai, Dominus, vel per duodecim alias literas, vel etiam quadraginta duas, ex quibus diverſa alia nomina facta fuêre, quæ per modum myſterii & ſanctiſsimi arcani, ſapientibus tantùm apud priſcos oretenus tradebantur & explicabantur, cum quibus tandem etiam fuêre ſepulta. Fuit verò etiam per ſeptuaginta duo alia nomina myſtica explicatum, quæ recenſet Petrus Galatinus lib.2. De arcanis catholicæ veritatis, cap.18. Separatum, id eſt, ſejunctum & diſtinctum ab aliis omnibus Dei nominibus, & ſoli Deo propriè conveniens. R.Salomon ad illa Jeſa.42.8. אֲנִי יְהֹוָה הוּא שְׁמִי Ego ſum יהוה, illud eſt nomen meum, id eſt, הוא מפורש בלשון ארנות וכוחו עלי להראות שארון אני Illud nomen expoſitum eſt in ſignificatione dominii, eſtq́; virtus ejus apud me, ad oſtendendum, me eſſe dominum. Id eſt, Nomen יהוה exponitur, profertur & pronunciatur per nomen ארון: legitur enim ſemper pro eo אֲרֹנָי, cujus vocalibus יהוה notatum eſt. R. Levi ben Gerſon, R.Bechai in Commentariis ſuis in Legem, ad illud: כה תְבָרְכוּ Sic benedicetis, Numer.6.23. ſcil. בשם המפורש In nomine vel per nomẽ Schembamphoraſch, id eſt, nomen יהוה, quod poſtea in ſingulis benedictionis iſtius ſacerdotalis membris exprimitur. Benedictio iſta vocatur ברכת כהנים Benedictio ſacerdotum, quâ ſacerdotes populo benedicebant. Summus ſacerdos ſemel in anno, in feſto ſcilic. Expiationis, quod vocant יום כיפור, nomen illud reverendum tetragrammaton יהוה juxta eas literas, quibus ſcriptum eſt, proferebat in Templo ſive Sanctuario, cum ſumma reverentia. Ultimus ſacerdos, qui illud pronunciavit, fuit שמעון הצדיק Schimeon juſtus. Urbe & Templo vaſtatis per Veſpaſianum, totaliter iſta pronunciatio deſiit (non enim licitum erat extra Templum Hieroſolymitanum illud pronunciare) & ſic quoque vera & genuina ejus pronunciatio ex omnium Judæorum cognitione ſublata eſt, non ſine ſingulari Dei judicio, ut Deum ſuum, qui ſe proprio ſuo nomine cognoſcendum ipſis manifeſtaverat, jam ne nominare quidem vel appellare proprio ſuo nomine poſsint. De hoc videatur Tetragrammaton Joh. Druſii. R. Salomon, Num.6.27. Et ponent nomen meum, id eſt, יברכום בשם המפורש Benedicẽt ipſis per Schembamphoraſch. In libro עקרים Ikkarim, Orat. 2. cap.28. ab initio: שם הַנִּכְבָּר Nomen illud glorioſum cum Jod, He, Vav, He, vocatur שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ Schembamphoraſch, id eſt, הַשֵּׁם הַנִּבְדָּל Nomen ſeparatum, quæ locutio uſitata eſt in libris Rabbinorum, ut quando dicunt de re, quæ ab alia ſeparata & diſcreta eſt, פורש: ut, בָּשָׂר הַפּוֹרֵשׁ מִן הַחַי Caro ſeparata à vivo: הַפּוֹרֵשׁ מִן הָעָרְלָה Separatus à præputio. Sic homines, qui à ſe invicem dignitate aut ſanctitate ſeparati & diſcreti ſunt, vocantur פרושים. Sic quoque explicant Rabbini noſtri in libro Siphre & in Talmud, illud: Sic benedicetis filiis Iſrael, Num.6.v.23. nimirum, בשם המפורש per Schem hamphoraſch. Diciſne ſimpliciter per Schembamphoraſch, aut etiam per cognomen ejus Adonai? textus me docet in ſequentibus, ubi dicitur verſ.27. Et ponent nomen meum ſuper filios Iſrael. Nomen meum, ſcilic. המיוחד לי proprium meum. Quibus declarant, quòd nomina quæ dicuntur de ipſo Deo & de aliis, impoſita ſunt ipſi ſive ab effectis, ſive à qualitate alia, citra affirmationem eſſentiæ ipſius; veluti Nomen אלהים denotat potentiam, ideoq́; dicitur de ipſo & de aliis, veluti de angelis & judicibus. Sic ארני denotat Dominium, ideoq́; dicitur de ipſo, & de aliis. Idem de aliis nominibus judicium eſt, quæ de ipſo & aliis per communicationem & homonymiam dici poſſunt. Sed nomen quatuor literarum Jod, He, Vav, He, nullo modo alii rectè convenire poteſt, quia eſt nomen, quod de Deo tantùm dicitur ratione æternæ ipſius eſſentiæ. Sic quoque ſcribit Rambam, id eſt, R Moſche ben Majemon cap.61. parte 1. libri מורה More nevochim. Atque hac in re nihil quicquam communicatur cum eo ex cæteris entibus: unde vocatur שם המפורש Nomen ſeparatum. Inter ea tamen etiam invenitur, quòd accommodatur hoc nomen aliis exiſtentibus per metaphoram. Dicit enim Scriptura: Et יהוה Dominus præcedebat eos interdiu in columna nubis, deducendo eos per rectam viam: nocte verò in columna ignis, &c. Exod.13.21. Scriptura etiam alia dicit: Præfectus eſt itaque angelus Dei præcedens caſtra Iſrael, & fuit à tergo ipſorum, & profecta eſt columna nubis ante eos, & ſubſtitit à tergo ipſorum, Exod.14.19. Hactenus ex libro Ikkarim, qui deinceps fusè in iſto capite explicat, quomodo ſanctiſsimum hoc Nomen aliis etiam per ſimilitudinem accommodetur. In libro Cabaliſtico שערי אורה Schaare ora, in principio, legitur: Scito, quòd omnia nomina ſancta, quorum fit mentio in Lege, pendent à nomine quatuor literarum יהוה. Deinde ſcito, כי שם בן ד׳ אותיות quòd nomen quatuor literarum eſt inſtar rami arboris: nomen אהיה autem eſt radix iſtius arboris, unde oriuntur plures radices, quæ extendunt ſe circumquaq; in frondes. Reliqua autem nomina ſancta ſunt inſtar frondium & palmitum qui emittuntur ex ramo arboris, quorum quiſque producit fructum juxta ſpeciem ſuam, &c. Ibidem in lit. ב folio 4. col.1. Scito quòd nomen proprium יהוה denotat eſſentiam Creatoris noſtri, omniaq́; ab ipſo dependent. Vide de his etiam fusè in libro נוה שלום fol.202.col.1. In Talmud Sota fol.38.1. & in Bemidbar rabba, ad

illud Numer. 6. כה תברכו *Sic benedicetis*, *scilic.* בשם המפורש *Per nomen Schembamphorasch. Tu dicis, per Schembamphorasch: aut fortasse tantùm* בכינויו *per cognomen ejus? textus dicit* (mox vers. 27.) *Et ponetis nomen meum super filios Israel, egoq́ benedicam eis, scilic.* בשם המיוחד לי *per nomen appropriatum mihi.* Et paulò post: מכאן אמרו במקדש בשם המפורש ובמדינה בכנוי *Hinc dixerunt sapientes: In sanctuario* (Templo Hierosolymitano) *per Schembamphorasch benedicetis: in provincia* (extra urbem) *per cognomen ejus.* Et mox: שם המפורש אסור לומר בגבולין *Probibitum est pronunciare nomen Schembamphorasch in locis extra urbem.* In Capitulis R. Eliesaris, cap. 47. *Quando descendit Deus ut daret Legem Israelitis, descenderunt cum ipso sexaginta myriades angelorum, juxta numerum virorum Israelis, erantq́ in ipsorum manibus ornamenta & coronæ,* ועטרו את ישראל בכתר שם המפורש *& coronarunt Israelitas coronâ Schembamphorasch. Quamdiu eas gestarunt, erant probiores angelis coram Deo: non dominabatur eis angelus mortis: non faciebant opus naturæ. At quando fecerunt opus vituli &c.* R. Bechai in Parascha נשא Numer. 6. vers. 23. *Præterea comprehendit illud,* אמור להם *Dic illis,* בסתם לא במפורש *simpliciter, non expressè* (id est, simpliciter, absolutè & generaliter sunt ista verba intelligenda, *Dic eis*, id est, tali benedictione benedicito ipsis, non quòd jubeat expressè juxta scripturam suam nomen illud Dei proprium & essentiale tetragrammaton, in ista benedictione esse proferendum.) *Sunt enim tempora, quibus sacerdotes proferunt illud nomen cum elevatione manuum* בפרסום *expressè* (& publicè ut ab omnibus audiatur) *& sunt tempora,* שאין מפרסמין *quando non pronunciant illud publicè & clarè,* אבל מבליעין אותו *sed deglutiunt illud* (id est, obscurè, cum murmure vel mussitatione proferunt illud, quasi absorberent.) *Sic porrò inquiunt Rabbini nostri,* משרבו הפריצים מבליעין אותו *Ex quo aucti fuerunt homines perversi, absorbuerunt illud nomen.* R. Salomon Levitic. 24. vers. 11. ויקב; *Sensus ejus est juxta Targum ejus,* ופריש *Et expressit, expressè pronunciavit,* שנקב שם המיוחד, *qui pronunciavit nomen illud Dei proprium & blasphemavit,* והוא שם המפורש *eratq́ nomen illud Schembamphorasch, quod audiverat in monte Sinai.* In Cap. R. Eliesaris, cap. 47. *Extitit Pinchas & anathematisavit Israelitas* בשם המפורש *per Schembamphorasch & per scripturam sacrarum tabularum Legis, &c.* R. Bechai Levit. 24. 10. Et rixati sunt in castris filius mulieris Israelitidis, & vir alius Israelita. *Quæri potest, si rixati fuerunt inter se, & iste filius blasphemaverit, quare non accusavit eum apud Mosen, aut quare non percussit eum, aut occidit*

eum? Rectum est ut dicatur, virum istum Israelitam indicasse ipsi negotium patris ejus, quòd occisus fuerit, & qualis fuerit mors ipsius: כי משה הרגו בשם המפורש *nam Moses occiderat eum per nomen Schembamphorasch.* Idem scribit R. Salomon Exod. 2. Et amplius ad ista verba: Erat filius viri Ægyptii: *Erat Ægyptius iste quem occiderat Moses, Exod. 2.* Idem scribit R. Bechai hoc loco. Moses ergo adhuc juvenis, occidit Ægyptiū istum virtute Schemhamphorasch, operatione arcanâ sanctissimi istius nominis super ipsum pronunciati. Hæ blasphemæ sunt fabulæ Judæorum, quòd & Christus virtute & scientiâ istius nominis miracula sua fecerit. Eam historiam Latinè recitat Michael Neander in Collectaneis ad Grammaticam suam Hebræam ex Victoria Porcheti contra Judæos, & Germanicè Lutherus in libello suo de Schemhamphorasch. In libro שערי אורה *Schaare ora*, fol. 1. col. 2. *Etiamsi verè fuerint penes sapientes primos nomina sancta per traditionem oralem accepta à prophetis,* כגון שם של ע״ב · ושם של מ״ב · ושם של י״ב *veluti nomen 72. nomen 42. nomen 12. literarum, aliaq́ nomina sancta plurima,* והיו יכולים לחדש בהם אותות ומופתים בעולם, *potuerintq́ per ea signa nova & miracula edere, non tamen usi fuerunt ipsis ad quamvis necessitatem, sed duntaxat tempore persecutionum & calamitatum publicarum, &c.* Vide Tetragrammaton Joh. Drusii, & Lexicon nostrum Hebraicum in Radice הוה. Cæterùm historia ista de occiso à Mose Ægyptio per Schemhamphorasch, ab Hebræis sic explicatur, angustiùs à Mose tacta. R. Bechai sect. 1. in Exodum scribit: *Scito quòd percussio ista linguâ facta fuerit: occidit enim ipsum spiritu labiorum suorum, unde Rabbini nostri dicunt,* שהרגו בשם המפורש *quod occiderit ipsum per Schembamphorasch. Cujus ratio dependet ex eo quod mox dicitur,* An ad occidendum me istud dicis? Exod. 1. 14. *nempe* באמירה בלבד *sermone vel verbis duntaxat. Fuerat autem Schembamphorasch quadraginta duarum literarum. Ejus probatio aut certè indicium est ex Scriptura. Nam David dicit;* Per te hostes nostros feriemus, & per *Nomen tuum* conculcabimus adversarios nostros, Psalm. 44. vers. 6. *Dicitur id de nomine 42. literarum. De eodem dictum est:* Nam exaltatum est nomen ejus לבדו solius, Psalm. 148. 13. (Vox לבדו valet in numeris 42. Ergo intelligitur eo nomen expositum quadraginta duabus literis.) *Huc quoque pertinet:* Suspendens terram על בלימה, Job. 26. 7. &c. *Item virtute hujus nominis quadraginta duarum literarum factum, ut Elischa pueris per ludibrium acclamantibus ipsi,* Ascende calve, ascende calve, ויקללם בשם יהוה *maledixerit ipsis per nomen Domini,*

mini, (nempe per nomen quadraginta duarum literarum) *unde & factū ut duo lupi quadraginta duos ex ipsis dilaniarint*, 2.*Reg*.2.23.24. *Venit autem locutio ista*, Et percussit Ægyptium istum, Exod.2. *in eadem locutione quâ dicitur*, Et egressus est angelus Domini,& percussit in castris Assyriorum, 2.Reg.19. vers.35. שאין הכונה הבאת יד כ״א הבאת כח *ubi non est intentio vel sensus de percussione manus, sed de percussione per virtutem.* Hactenus ex R.Bechai, quæ adducta sunt, non ut amentia Judæorum, quâ ex divina comminatione percussi sunt, robur aliquod accipiat, sed ut nuditas pudenda sapientiæ ipsorum prudentioribus detegatur. Ostensum illis fuit, quâ virtute aut vi Moses Ægyptium istum interfecerit, Elisæi quoque maledictione per nomen Domini factum sit, ut quadraginta duo pueri vel juvenes per lupos fuerint interfecti. Pari authoritate explicant, quam occasionem habuerit Moses Ægyptium istum percutiendi. Ea traditur in Medrasch rabba in Exodum, sect.1. hoc sensu: נוגשים *Exactores erant ex Ægyptiis*, ושוטרים *& curatores ex Israelitis. Exactor Ægyptius præfectus erat decem curatoribus Israeliticis: curator Israeliticus præfectus erat decem Israelitis. Exactores Ægyptii quotidie ibant in domos curatorum Israeliticorum, tempore matutino, ut provocarent eos ad operas sub gallicinium. Vice quadam venit exactor Ægyptius in domum curatoris Israelitici, oculosq́; suos conjecit in uxorem ejus formâ præstantem vitioq́; omni carentem. Ad gallicinii tempus adfuit, & egredi jussit ad operas maritum istum. Mox reversus exactor iste, intrepidè ad mulierem istam properavit, & sine omni alloquio cum ea concubuit. Unde ista sine mali suspicione credens, maritum esse, ejus appetitui paruit, & gravida facta est ex ipso. Maritus similiter domum revertens, animadvertit Ægyptium istum domo exeuntem. Maritus mox uxorem rogavit, an tetigerit eam! illa respondit* הן *Ita, & putavi te esse. Exactor Ægyptius cognoscens, rem marito innotuisse, exegit Israelitam istum crudelius ad operas, percussit ipsum, & quæsivit eum morti tradere. Moses id animadvertens, cognoscensq́; per spiritum sanctum, quid in domo Israelitæ istius factum esset, & quid porrò contra ipsum tentaturus esset in agro, dixit apud se: Certè vir iste mortis reus est, juxta id quod scriptum legitur*: Percutiens hominem, & ipse occidetur, Levitic. 24.21. *Neque ob hoc tantum, sed etiam, quia rem habuit cum uxore Dathanis, mortis reus est, sicut dictum est*: Morte morietur adulter & adultera, Levit.20.21. Et respexit (Moses) huc atq; illuc, Exod. 2.12. *id est, cognovit, quid fecerit Ægyptius iste domi, & quid facturus esset foràs in agro.* Et videns neminem adesse. *R. Nehemias dixit: Vidit Mosen, neminem adesse, qui commemoraret nomen illud sanctum super ipso, ipsumq́; interimeret.* Et percussit istum Ægyptium. *Cum quo instrumento occidit eum? R. Ebjathar dixit: Percussit ipsum pugno. Alii dixerunt: Glebis terræ excussit ipsi cerebrum. Rabbini verò dixerunt: Commemoravit super eo* את השם *nomen illud sanctum, & occidit eum, sicut dictum est*: Num ad occidendum me tu loqueris? Exod.2.14. Hactenus ex Medrasch rabbâ in Exodum, unde rursus patet, quòd virtute nominis istius Moses Ægyptium istum occiderit, ac proinde magnam esse efficaciam nominis istius tersancti.

שם מלא *Nomen plenum. Sic vocant nomen tetragrammaton conjunctum cum nomine* אלהים: ut; ויטע ה׳ אלהים Et plantavit Dominus Deus hortum in Eden, Genes.2.8. Inde dicunt ad illud; ביום עשות ה׳ אלהים Gen.2.4. שם מלא על עולם מלא Vide Ber. rabba sect.15.

שם ، שמא *Nomen. Absoluta forma in Targum rara est: pro ea enim communiter dicitur* שום, *ut supra dictum est*: וְקַרֵיית בשם טב Et vocavi nomine bono Bezalaelem, Exod.31.2. in Targ. Hierosol. In Onkelo & Jonathane בשום quod melius. *Forma emphatica sæpius de Nomine divino & tetragrammato dicitur, cum additione* דמתפרש *vel* מְפָרַשׁ *Quod expositum vel separatum est, quod vulgo dicitur à Rabbinis Schemhamphorasch. Id verò intelligo non de expositione illa ficta per 12. aut 42. literas, sive etiam 72. nomina cabalistica arte efficta, sed de expositione sive pronunciatione, quæ fit per nomen vicarium* ארני *quod per se etiam est nomen divinum. Rariùs autem de nomine communi & profano*: יתלעבון בִךְ מְסָאבַת שְׁמָא Ludificabuntur te, ô polluta nomine, vel, irridebunt te polluto, hoc est, infami nomine, Hebr. טמאת השם, Ezech. 22. vers. 5. אֱנָשִׁין דִשְׁמָא Viri nominis, id est, viri celebres, Genes. 6.4. לכולהון בִשְׁמָא קרא Omnes nomine suo vocat, Psal.147.4. דְבהון חָקִיק וּמְפָרַשׁ שְׁמָא רַבָּא וְקַדִּישָׁא In quibus sculptum est & expositum nomen maximum & sanctissimum, per quod creati sunt trecenti & decem mundi, estque exsculptum & expositum in lapide fundamentali, quo obsignavit Creator mundi os abyssi magnæ à principio, & quicunque commemorat nomen hoc sanctissimum tempore angustiæ, ille liberatur ex angustiis, Exod.28.30. in Jonathane fabuloso isto. דַהֲוָה שְׁמָא מְפָרְשָׁא חָקִיק עֲלֵיהוֹן In quibus erat nomen expositum insculptum inde à monte Chorebh, Exod.32.v.25. in Targ. Hierosol. pro quo in Jonathane legitur: Nam abstraxerant coronam sanctam, quam habebāt in capitibus suis, וַהֲוָה שְׁמָא רַבָּא וִיקִירָא חָקִיק וּמְפָרַשׁ בֵּיהּ fuitq; nomen magnum & pretiosum scul-

PPPpppp 2 ptum

ptum & explicatum in ea: פרש וחרף בר אתתא בת ישראל ית שמא רבא ויקירא דמתפרש Pronunciavit & blaſphemavit filius mulieris Iſraeliticæ nomen illud magnum & glorioſum expoſitum, quod audiverat in monte Sinai, Levit.24.11. in Jonathane, ubi Onkelos ſimpliciter habet ית שמא Nomen illud, & Targum Hieroſolymitanum ית שמא מפרשא Nomen illud explicatum: ודי מפרש ומחרף שמא דיי Et qui pronunciaverit blaſphemando nomen illud Domini, occidendo occidetur, ibid. verſ.16. למדחל ית שמא יקירא ודחילא הדין Ad timendum nomen illud glorioſum & reverendum, Deut.28.58. דחקיק ביה שמא רבא מפרש בשבעין שמהן In quo ſculptum eſt nomen illud magnum, expoſitum ſeptuaginta nominibus, Cantic.2.17. Ubi Septuaginta dicitur, numero ſimplici, pro Septuaginta duobus: tot ènim aliis nominibus explicatum *eſt* à Cabaliſtis, ut ſuprà etiam dictum. אף ית שמא דהוה כתיב ומפרש על אבן שתיא Etiam nomen illud, quod fuit ſcriptum & expoſitum in lapide fundamenti, (nempe Templi Hieroſolymitani) Eccleſ.3. v.11. וביה חקיק ומפרש ית שמא רבא ויקירא Et in eo (baculo Moſis) ſculptum & expoſitum erat nomen illud magnum & glorioſum, Exod.14.21. in Jonathane. וכתב עלוי שמא רבא ויקירא Et ſcripſit in eo nomen magnum & glorioſum, projecitque in aquas iſtas amaras, unde dulces factæ ſunt aquæ iſtæ, Exod.15.verſ.25. in Jonathane. *Cum Pronominibus,* שמי Nomen meum, שמך nomen tuum, שמיה nomen ejus, שמהון nomen ipſorum, quod tamen etiam dicitur שומהון à forma שום ſuperiùs poſitâ. *Plurale,* וקרא אדם שמהן Et vocavit Adam nomina, id eſt, nomina impoſuit ſingulis propria, Geneſ.2.20. *Conſtruct.* אלין שמהת בני עשו Iſta ſunt nomina filiorũ Eſau, Geneſ.36.10. *Cum Affixis,* ואלין שמהתהון Et iſta ſunt nomina ipſorum, Geneſ.25.16. ושמהתהן Et nomina ipſarum, Ezech.23.4.

שמאבר *Nomen regis Tzevojim,* Geneſ.14.2. dictus quaſi שם אבר quòd habuerit nomen alæ, potens volatu ad colligendum opes, ut eſt in Ber. rabba ſect.41.

שמא *Fortaſsis, fortaſſe, Si fortè, an fortè. Rabbinicum eſt, unde illud,* כי תאמר *à R. Salomone exponitur,* שמא תאמר *Si fortè dixeris, Deuter.7.v.17.* Inter Apophtegmata Patrum legitur capite 2. אל תאמר כשאפנה אשנה שמא לא תפנה *Ne dicas: Cùm otioſus fuero, diſcam; fortaſsis non eris otioſus.* Quo monuerunt, in mora eſſe periculum & damnum, nec eſſe in craſtinum differenda, quæ hodie commodè fieri poſſunt. Fortaſſis, *aliquando in interrogando uſurpatur, pro* Nunquid?

שמאי *Schammæus. Caput Phariſæorum fuit, paucis annis ante Chriſtum, antagoniſta perpetuus Hillelis:* Vide הלל.

שימאי. *Diſſentiunt interpretes.* Legitur פתחי שימאי. Alius dixit, Portæ ſunt *Schemmæorum*, id eſt, terræ Iſrael, cujus incolæ ſunt à Schem orti. Alius, *Portæ deſolatæ*, quaſi à שמם, alius dixit *Portæ apertæ*, ſine tegumento aut tecto. Erubhin fol.11.1.

שמיא *Cælum, Cæli. Conſtructè* שמי. *Singulari & plurali abſolutâ forma caret:* הא דיי אלהך שמיא ושמי שמיא Ecce Domini Dei tui ſunt cęli, & cæli cælorum, & quicquid in eis eſt, Deuter.10.14. ככוכבי שמיא למסגי Sicut ſtellas cæli multitudine, Deuter.10.v.22. אסתכי כען לשמיא Reſpice nunc verſus cælum, Geneſ.15. verſ.5. בשמי שמיא In cælis cælorum, Pſalm.68. verſ.34. ואחמי שמיך Quum intueor cælos tuos, Pſalm.8. verſ.4. Item, *Deus, cælos inhabitans, per metonymiam:* די שלטין שמיא Quòd dominantur cæli, id eſt, Deus cæleſtis, Dan.4.23.

שמים *Cælum.* Vide notificationem ejus in Lexico Hebraico. Per metonymiam *Deus, quia Cælum propriè dicitur habitaculum ejus. Apud Talmudicos celebre eſt,* הכל לשם שמים *Omnia ad cælum, i. e. Deum, vel, propter Deum,* id eſt, Omnia dicta & facta debent referri ad gloriam Dei, vel gloriam nominis Dei. In Medraſch Koheleth cap.5.v.6. *Qui venit viſitatum ægrotum, dicit,* השמים ירחמו עליך *Cæli miſereantur tui, i. e. Deus miſereatur tui.* In Pirke abhoth cap. 4. כל כנסיה שהיא לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקים *Omnis congregatio quæ fit propter cælum, i. e. Deum, finis ejus, ut maneat ſtabilis: quæ autem non fit propter Deum, tandem non manet ſtabilis.* Ibidem: *Eſto honor diſcipuli tui æquè carus tibi, ut tuusipſius, & honor ſocii tui ut timor præceptoris tui,* ומורא רבך כמורא שמים *& timor præceptoris tui, ut timor cæli, i. e. Dei.* In eodem lib. cap.1. נמצא שם שמים מתחלל Invenitur nomen cæli, i. e. Dei profanatum. Hinc illa in Novo Teſtamento: *Baptiſmus Johannis unde erat, è cælo vel ab hominibus?* Matth.21.v.25. Item, *Peccavi in cælum & coram te*, Luc.5.18. & 20.v.4. In Medraſch Koheleth cap. 9. v.12. יש לך אדם שחוטא בארץ ואינו חוטא בשמים בשמים ואינו חוטא בארץ *Eſt qui peccat in terram, ſed non peccat in cælum, & eſt qui peccat in cælum, ſed non peccat in terram. Qui verò loquitur linguâ malâ, peccat in cælum & in terram.* In libro precum quotidianarum, לעולם יהי אדם ירא שמים Semper ſit homo timens cæli, i. e. Dei. Ampliùs in Pirke abhoth cap.5. כל מחלוקת שהיא לשם שמים סופה להתקים ושאינה לשם שמים אין סופה להתקים *Omnis contentio, quæ fit propter cælum, i. e. Deum, ea tandem*

tandem perstabit: quæ autem non fit propter Deum, ea non perstabit. Quæ autem est contentio שהיא לשם שמים, *quæ fit propter Deum? est contentio Hillelis & Schammæi: quæ autem non est propter Deum, ea est contentio Korachi & ejus cœtus*, Num.16. Hæc ibi. *Contentio*, id est, disputatio. *Propter Deum*, id est, propter verbum ejus & dogmata verbi divini. *Hillel & Schammai* duo celebres Doctores fuerunt ante Christum, centum circiter annis ante vastationem Templi secundi. Hillel Babylonius fuit: ejus discipuli & sectatores dicti fuerunt בית הלל Domus Hillelis. Alterius, בית שמאי Domus Schammæi. Hillel iracundus fuit: Schammai mansuetus. De his alibi dixi. Semper docendo sibi contradicebant. *Jurabant etiam per cœlum.* Ejus exemplum est in Medrasch Koheleth capite 1.8. השמים הזכרתני *Per cœlum*, in memoriam hoc revocasti mihi, &c. *Exemplum temerarii juramenti, quod Christus prohibuit Matth.* 5 34. Sic in Berachoth fol.55.col.2. השמים כן הוא *Per cœlum*, res ita habet.

שְׁמַיְמִי *Cælestis:* גרמים שמימיים Corpora cœlestia: באמצעות הגרמים השמימיים In medium corporum cœlestium, R Levi, Job.26.

שִׁמְגִּז *Nomen civitatis, quæ à forti aceto commendata fuit.* Unde, לישקיה רביעתא דחלא שמגז Bibēdum dabitur ipsi quartale aceti Schamgasæi, Gittin fol.69. Abhoda sara fol.12.2. *Alibi est nomen Angeli cujusdam, aut vox magica*, Schabbas fol.67.1.

שמד *Hiphil*, הִשְׁמִיד *Perdere, Disperdere, Profligare, Delere, Destruere, apud Rabbinos, ut Hebraicè. In Targum* אַשְׁמֵד, unde *Infinitivus*, לְהַשְׁמָדָה וּלְהוֹבָדָה Profligando & perdendo, Daniel.7.26.

שְׁמַד *Deficere à religione, apud Rabbinos, quasi seipsum delere, abolere, destruere, perdere. Judæi in Germania corrumpunt verbum Hebræum in formam Germanicam, dicentes,* Sich schmadden/ Er hat sich geschmaddet/ id est, Er hat sich vertilget/ pro, *Defecit à fide Judaica, & animam suam perdidit.* Elias in Methurgeman citat locum ex Targum Hierosolymitano, ex hac significatione, או בַּר יִשְׂרָאֵל דְּאִשְׁתְּמַד וְלָא הֲדַר Aut Israëlita qui defecerit (à religione Judaica) & non fuerit reversus, Exod.12. v.43. Pro eo hodie in libris legitur וְאִסְתַּלַּק Et recesserit.

מְשׁוּמָּד *Apostata, Defector sui ordinis & fidei desertor, dictus quasi Perditus. Scaliger in trihæresio cap.27. vult* משומד *tantùm esse qui coactus à fide deficit, metu scil. mortis & persecutionis:* At זָקֵן מַמְרֵא *qui voluntariè deficit.* Rabbi Levi scribit 2 Reg. 23.v.22. מתנאי פסח שלא יאכל ממנו ישראל משומד Ex conditionibus sive articulis de agno paschali est, ne quisquam Israëlita apostata de eo comedat. R.David 2.Reg.18.17. רבשקה ישראל משומד היה Rafsake Israëlita apostata fuit. *Contra apostatas à fide Judaica, Judæi quotidiè precationem dicunt, orantes, ne unquam habeant spem salutis. Eidem annexa est imprecatio contra Christianos. Hæc cùm paucis Christianis nota sit, placet eam divulgare. Ita autem se habet ipsorum verbis, ut quidem hodie in libris legitur:* וְלַמַּלְשִׁינִים אַל תְּהִי תִקְוָה וְכָל הַמִּינִים כְּרֶגַע יֹאבֵדוּ וְכָל אוֹיְבֵי עַמְּךָ מְהֵרָה יִכָּרֵתוּ וּמַלְכוּת זָדוֹן תְּעַקֵּר וּתְשַׁבֵּר וּתְמַגֵּר וְתַכְנִיעֵם בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ *Et omnibus apostatis nulla sit spes: omnes hæretici quasi momento pereant: omnesq; inimici populi tui citò excindantur: regnum superbiæ eradicato, confringito & destruito: subigito eos omnes citò in diebus nostris:* ולמלשינים Delatoribus, calumniatoribus, detractoribus, à Rad. הִלְשִׁין quod est à Nomine לָשׁוֹן Lingua. Pro hac voce in libris antiquis & manuscriptis lectum fuit, וְלַמְשׁוּמָּדִים Et apostatis, Judæis scil. qui à religione Judaica ad aliam defecerunt. Sic lectum fuisse olim, docet Antonius Margarita in suo contra Judæos libro. Legitur etiam sic etiamnum hodie in Commentario ad librum precum ex editione Cracoviana in quarto: in textu autem est ולמלשינים. Verba Glossæ sunt: ופירוש למשומדים אותם החוטאים בנפשותם · והזכיר ד׳ משומדים מינין אויבים וזדים וכנגדם אמר תעקר · ותשבר · תמגר · ותכניעם: Apostatis, id est, illis qui peccant in animam suam. Commemorat autem quatuor peccatores, Apostatas, Hæreticos, Inimicos & Superbos, contra quos totidem Verbis dicit, Eradicato, Conterito, Destruito, Subigito vel humiliato. Hæc ibi. Cæterùm substituerunt Judæi vocem למלשינים inde à centum annis, quando Christiani cæperunt libros ipsorum pervolvere, & censuram suam in quibusdam locis ipsis adjicere. Vocant autem apostatas מלשינים Delatores, proditores, quia solent malitiam Judæorum Christianis detegere. Metu ergo Christianorum, & alia quædam in hac precatiuncula mutarunt. In editione quadam Veneta Precum juxta ordinem Hispanorum: ולמלשינים בל תהי תקוה וכל הזדים כרגע יאבדו וכל אויביך וכל שונאיך יי׳ מהרה יכרתו והרשעים במהרה תעקר ותשבר ותכלה ותכניעם במהרה בימינו: ברוך אתה יי׳ שובר רשעים ומכניע זדים · In alia editione Veneta juxta ritum Romanensium Judæorum: ולמלשינים בל תהי תקוה וכלם כרגע יאבדו וכל אויביך כרגע יכרתו ותכניע אותם במהרה בימינו · בא״י שובר אויבים ומכניע זדים · . Hæc variatio facta est, ne Christiani ipsorum diras animadverterent. Per מינים Hæreticos, plerunque intelligunt Christianos, ut & per אויבים Inimicos, quos etiam vocant שונאים Osores: per מלכות זדון Regnum superbiæ,

biæ, ſive ורים Superbos ſimiliter intelligunt Chriſtianos ſive regnum Romanum. Quid ergo iſtis fidendum, qui tale excidium & exitium nobis quotidie optant? quorſum tantis privilegiis tutandi; ut illis robur tanta ipſorum impietas nanciſcatur? משומר שנשא משומרת Apoſtata ſi ducat apoſtatam juxta ſtatuta ipſorum, ac poſtea ad Judaiſmum ſe receperint, conjugium ipſorum reputatur nullum, ac ſine libello repudii diſſolvi poteſt: Schulchan aruch par.4. num.26. *Apud Talmudicos*, ישראל משומר הוה ופלח לה Iſraëlita apoſtata fuit & coluit illud, ſcil. idolum, Avoda ſara fol.54. col.1. המשומר לע״ז מותר להלוותו ברבית Apoſtatæ deficienti ad Idololatriam, licitum eſt mutuo dare in uſuram. Corpus ejus liberum eſt, cur non potiùs facultates ejus? Item, המשומדים Apoſtatas deſcendere faciunt in foveam, ſed non aſcendere, non educunt, vel extrahunt, Bechai fol.214.1.

שְׁמָד · שְׁמָדָא *Perditio, Profligatio, Exitium, perſecutio:* גזרו שמד Decreverũt (reges & magiſtratus Chriſtianorum) perſecutionem contra Judæos. *Pro hoc frequentius dicunt* גָּזְרוּ גְּזֵרָה *Decreverunt decretum. Inde Author Aruch pro explicanda hac Radice* שמד, *adducit duntaxat exempla de Radice* גזר, *docetq́ quid ex hujuſmodi quibuſdam perſecutionum decretis apud Judæos contrà ſtatutum ſit de exercitiis precum, jejuniorũ & univerſalis reſipiſcentiæ.* In Medraſch Kohel. cap.10. fol.111.col.1. R.Schimeon ben Jochaj, & R.Elieſer filius ejus latebant in quadam ſpelunca 13.annis בשמדא in perſecutione quadam.

שמדע *Ithpahel*, אִשְׁתְּמוֹדַע *Notum fieri, Cognoſcendum ſe exhibere vel dare, Innoteſcere: Agnoſcere, Cognoſcere. Verbum eſt ex* ידע, *ſive ejus Participio* מוֹדַע *formatum, cum additione literæ* מ *ab initio, ut in aliis pluribus in hac litera. Sub forma paſſiva habet etiam uſum Verbi activi, regendo Affixa Pronomina & caſum accuſativum. Præterit.* וְלָא אִשְׁתְּמוֹדַע שׁוֹעָא Neque agnoſcitur apud ipſum nobilis præ paupere, Hebr. נִכַּר, Job.34.v.19. אִין אִשְׁתְּמוֹדַע Si notum factum fuerit, bovem petulcum eſſe, Hebr. או נודע, Exod.21.v.36. in Jonathane. דְּלָא אִשְׁתְּמוֹדַע לָךְ Qui tibi notus non fuit antea, Heb. אֲשֶׁר לֹא יָדַעַתְּ, Ruth.2.v.11. וְאִשְׁתְּמוֹדַע יוֹסֵף יַת אֲחוֹהִי Et agnovit Joſeph fratres ſuos, Hebr. וַיַּכֵּר, Geneſ.42.8. יְהִי גַּבְרָא דְאִשְׁתְּמוֹדַע לָךְ מְבוּרָךְ Vir qui ſe cognoſcendum exhibuit tibi, ſit benedictus, Hebr. יְהִי מַכִּירֵךְ בָּרוּךְ, Ruth.2.19. וְלָא אִשְׁתְּמוֹדְעֵיהּ Neque cognovit eum, Hebraicè וְלֹא הִכִּירוֹ, Geneſ.27.v.23. וְאִשְׁתְּמוֹדְעֵיהּ Et cognovit eum, prociditque in faciem ſuam, Hebr. וַיַּכִּרֵהוּ, 1.Reg.18.7. וְאִשְׁתְּמוֹדְעַהּ Et cognovit eam, Geneſ.37.v.33. וְאִשְׁתְּמוֹדְעִנּוּן Et cognovit eos, Geneſ.42.7. לָא אִשְׁתְּמוֹדְעוּ בִּמְחוֹזִין

Non fuerunt agniti in plateis, Hebr. לֹא נִכְּרוּ, Thren.4.8. וְאִנּוּן לָא אִשְׁתְּמוֹדְעוּהִי Ipſi verò non agnoverunt eum, Geneſ.42.8. *Particip.* וְלֵית לִי מִשְׁתְּמוֹדַע Non eſt qui agnoſcat me, Hebr. וְאֵין לִי מַכִּיר, Pſal.142.5. *Infinitivus*, לָא יְדַעִית לְאִשְׁתְּמוֹדָעָא Non novi me notum reddere, i.e. oſtentare me, Hebr. וְאֶל אָדָם לֹא אֲכַנֶּה, Job.32.22. לְאִשְׁתְּמוֹדָעוּתַנִי Ad agnoſcendum me, ut me agnoſcas & me irationem habeas, cùm ſim alienigena, Ruth.2.10. *Imperativus*, אִשְׁתְּמוֹדַע כְּעַן Agnoſce nunc, num tunica iſta ſit filii tui, Hebr. הַכֶּר נָא, Gen 37.32. אִשְׁתְּמוֹדְעוּן וְחָמוּ Cognoſcite & videte, Pſal.34.10. *Futurum*, וְלָא אִשְׁתְּמוֹדַע חֵיזוּהּ Neque agnoſco vultum ejus, Job.4.16. לָא תִשְׁתְּמוֹדַע אַפִּין Non agnoſces vultus perſonarum, id eſt, perſonas, ut alias aliis præferas ex favore perſonæ, non ex juſtitia cauſæ, Deuter.16.19. לָא תִשְׁתְּמוֹדְעוּן אַפִּין Non agnoſcetis perſonas, Deut.1.17. יִשְׁתְּמוֹדְעוּנוּן Cognoſcent eos, Jeſa 66.9.

אִשְׁתְּמוֹדְעוּת *Agnitio, Cognitio, notitia:* וְאִשְׁתְּמוֹדְעוּת אַפֵּיהוֹן Et agnitio vultuum, id eſt, perſonarum in judicio, teſtatur contrà ipſos, Hebr. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם, Jeſa.3.9. Item *Cognatio*, ut ſequitur.

II. אִשְׁתְּמוֹדַע *Agnatum, cognatum eſſe vel fieri:* vel Nominaliter, *Cognatus, quaſi notus & familiaris.* וּלְנָעֳמִי אִשְׁתְּמוֹדַע לְגַבְרַהּ Ipſi Naomi autem erat cognatus quidam mariti ejus, Hebr. מְיֻדָּע, Ruth.2.1. בּוֹעַז דְאִשְׁתְּמוֹדַע לָנָא Boaz qui eſt cognatus noſter, Hebr. מֹדַעְתָּנוּ, Ruth 3.2.

אִשְׁתְּמוֹדְעוּת *Cognatio, familiaritas:* לְמִשְׁצֵף הִיא אִשְׁתְּמוֹדְעוּתְהוֹן Ad exſcindendum cognationem ſuam, familiares ſuos, Geneſ.49.5.

שמח שַׁמְחְזַאי *Nomen angeli qui cum ſocio ſuo ex cœlo fuit deturbatus:* שַׁמְחְזַאי וְעוּזִיאֵל Samgaſai & Uſiel qui de cœlo ceciderunt, verſabantur temporibus iſtis in terra, Geneſ.6.4. in Jonathane, pro Hebræo, ונפילים Et gigantes tunc erant in terra. Gigantes iſti fuerunt dicti נפלים quaſi Decidui, quòd è cœlo eſſent dejecti in terram.

שְׁמַט *Dimitti, Excidere, Exilire, Dilabi, Elabi, Decidere:* וְיִשְׁמוֹט פַּרְזְלָא מִן קַתָּא Et elapſum fuerit ferrum de manubrio, Hebr. וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל, Deut.19.5. in Targum Jonathanis & Hieroſol. *Aphel*, אַשְׁמֵיט *Dimittere, Intermittere, Remittere. Futurum*, דַּרְגְשִׁי אַשְׁמֵט Lectum meum dimitto, Pſalm.6.7. Sic habent Veneta. Elias in Rad. מטש legit אַטְמֵישׁ Immergo, pro Hebræo אַמְסֶה Madefacio, liquefacio, quæ lectio videtur melior: תַּשְׁמֵיט יְדָךְ Intermitte manum tuam, Deuter.15.v.3. וּשְׁבִיעֵיתָא תַּשְׁמְטִנָּהּ Septimo autem anno intermittito eam, id eſt, ne colito terram, ſed quieſcere ſines, Exod.23.11. יַשְׁמֵיט כָּל גְּבַר מָרֵי רְשׁוּ Ut intermittat vel dimittat quiſq; dominus crediti,

crediti, Deuter.15.2. *Ithpehal, Præteritum*, בִּמְחִי בְּרָזָן וְלָא אִשְׁתְּמִיט In loco foraminum, neque elapsa fuit, scil. lancea, Numer.25.8. in miraculo quarto, in Jonathane. Scribit enim, duodecim miracula edita fuisse Pinchaso in facto isto transfixionis viri Israëlis & mulieris Midianitidis. אִשְׁתְּמִיטוּ מִבֵּית מִדְרָשָׁא Elabuntur, subtrahunt se ex domo studii, id est, ex Schola, Psal.141.v.6. *Participium*, אוֹ דְמִשְׁתְּמֵיט יַרְכֵיהּ Aut cui elapsum, dimotum, luxatum est femur ejus, Levit.21.18. in Jon. *Sic apud Talm.* in Cholin fol.57.

שְׁמִטְּתָא *Dimißio, Intermißio, Remißio, tam agrorum & terræ colendæ, quàm etiam hominum ex servitute, & debitorum. Fiebat id septimo quoq; anno, qui dicebatur Annus dimißionis vel intermißionis. Quandoq; significat Septennium, septem annorū complexum, sicuti Sabbathum significat diem septimum & Septimanam integram:* וְדֵין פִּתְגָם שְׁמִטְּתָא Hoc est negotium intermißionis, ut intermittat quisq; creditor exigere debitum à proximo suo, neque petat à proximo suo, vel à fratre suo; אֲרוּם קְרָא שְׁמִטְּתָא קֳדָם יְיָ nam vocatur intermißio coram Domino, Deut.15.1. וּשְׁמִטְּתָא Et intermißionis annus quando veniet, ut aperiamus thesauros frumenti, Amos 8.v.5. שַׁתָּא דִשְׁמִטְּתָא Annus dimißionis, Deut.15 9. & 31.10. וּתְהֵי צַדְיָא בִּשְׁמִטְּתָא Eritque vasta, desolata in anno dimißionis, Jerem.17.4. *Hinc Munsterus scribit, significare Desolationem. Id verò non est per se, sed ex consequenti, quatenus ager incultus manet. Plurale in forma masculina, & significat Septennium:* וְיוֹמַיָּא דִיתִיבוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל בְּמִצְרַיִם תְּלָתִין שְׁמִטִּין דִשְׁנִין Dies quibus habitarunt Israëlitæ in Ægypto, fuerunt triginta dimißiones annorum (id est, triginta septennia) quorum numerus est ducenti decem anni: numerus autem quadringentorum & triginta annorum est ab eo tempore, quo locutus est Dominus cum Abrahamo, nempe die decimoquinto mensis Nisan sive Martii, inter partes sectas (Genes.15.) usque ad diem egressus ex Ægypto, Exod.12.40. in Jonathane. Vide hoc loco R.Salomonem.

הַשְׁמָטָה *Dimißio*, Rab.

Apud Rabbinos & Talmudicos, intricata & prolixa est disputatio de jure remißionis: שביעית משמטת את המלוה Septimus-annus dimittit creditorem, id est, facit ut creditor cogatur intermittere exactionem debiti. פרוזבול אינו משמט Statutum (de anno septimo) nō dimittit debitum. המחזיר חוב בשביעית יאמר לו משמט אני Qui restituit chirographū in anno septimo, dicet debitori: Remitto ego debitum, &c. Scheviith cap.10. דמדאורייתא משמטא שביעית Ex Lege dimittit debitum annus septimus, & Hillel senex fecit statutum, ut annus septimus non dimittat debitum, Gittin folio 36.1. Respondet Gemara, non fuisse generale statutum Hillelis, sed speciale de anno septimo in isto tempore. Quod autem dicit Scriptura, וְזֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה שָׁמוֹט וכו׳ *Hoc autem est jus remißionis, remittito, &c. Deuter.5.2.* illud innuit, שבשתי שמטות הכתוב מדבר quòd de duabus remißionibus Scriptura loquitur, אחת שמטת קרקע una scil. est intermißio culturæ terræ, ואחת שמטת כספים & altera est remißio pecuniarum, &c. Plura de juribus hisce ibidem in Gittin.

II. שְׁמַט *Rapere, Abripere, Diripere, Eripere: Avellere, Evellere, Divellere, Extrahere:* דהוה שמיט ביפי דכיתנא Qui fuit rapiens manipulos lini, Nedar. fol. 48.2. שומטו מעל בניו Rapit illud à filiis ejus, Metzia fol.114.col.2. משמט הוה שמיט ואכיל Rapiendo rapuit illud & comedit, Bava basra folio 28.

משמוטא *Raptor, Prædo*, Avoda sara fol.15.2. Baal Aruch scribit, non significare eum qui occidit homines, sed raptorem vulgarem, qui vestimenta hominibus spoliat, & aufugit:

שְׁמִיט · שמוט *Prælongum, promissum, ex significatione Coma promissa. Una forma Hebraica est; altera, Chaldaica:* צואריו שקוט ושמוט Collum ejus declive est antrorsum & prælongum, Bechor. fol.43.2. Gemara explicat שמוט id est, אָרִיךְ וּקָנִים Longum & promissum. Duo vitia sunt in primogenito. Aruch exponit, ארוך ורך Longum & tenerum *Plurale*, דמשמשה על ארעא הוו לה בני שמיטי *Quæ (fœmina lactans) utitur Venere super terra, ei erūt liberi cum prælongo collo, id est*, ארובי צואר, *quod vitiosum est*, Ketubh. fol.60.2.

שְׁמוּטָא *Bruchus, locustæ species:* שְׁמוּטָא אֲרֵי יְהֵי Bruchus cùm fuerit in terra, Hebr. חָסִיל, 1.Reg. 8.v.37. וּמוֹתַר פַּרְחָא אֲכַל שְׁמוּטָא Residuum melolonthæ absumpsit bruchus, vel, comedit attelabus, Joel.1.4. Legitur etiam hoc Nomen Ezech. 23.v.21. sed in nullo sensu, unde R.David illic de alia lectione monet.

מִשְׁמָט *Locus intermissus vel dimissus à cultura & satione:* מִשְׁמַט מְלוּחִין Locus incultus pro urticis aut herbis salsuginosis, Hebraicè מִמְשַׁק, Soph.2.9.

שמך

שְׁמִיכָה *Stragula villosa*, Judic. 4:18. in Hebræo. In Vajikra rabba ad hunc locum, וְתְכַסֵּהוּ בַשְּׂמִיכָה *Et operuit eum stragulâ villosâ, Judic.*4. Quid est בַשְּׂמִיכָה? Rabbini qui hîc sunt (in Babylonia) dixerunt, idem est quod במודיא linteo vel linteamine. Rabbini autem qui illic sunt (in terra Israëlis) dixerūt, במשיבלא Stragulâ. Dixit Resch Lakis: Discurrimus per totam Scripturam, neque ullibi invenimus vas aut instrumentum, quod vocetur שמיכה. Quid

autem

autem est שמיכה? perinde est ac si dicas שמי כדין Nomen meum sic est, quasi dicas, שמי מעיד עליה Nomen meum testatur de ea, quòd non tetigit eam impius iste, nempe Sisera Jaelem. Hactenus ibi. Meminit horum R. David in Commẽtariis. *Emphaticè* שְׁמִיכְתָא *apud Talmudicos, quod est res crassa, villosa & magni pretii, inquit R. David. De hoc intelligendum est, quod Munsterus hoc loco scribit,* שְׁמַךְ *idem esse quod* עָב *Spissum.*

שַׁמְכִין *Cepæ:* ההוא אריסא דקדיש במוא דשמכי Iste hortulanus, qui desponsavit sibi mulierem pugillo ceparum, Glossa מלא יד של בצלים, Kidduschin fol.52.2. שדי חומי או שמכי Si quis projiceret porrum vel cepas, Sanhed. fol.109.2. Projiceret, id est, spargeret vel expanderet in solo ad exsiccandum. Glossa, שמכי id est, בצלים. Item, באתרא דתקלי שמכי In loco ubi ponderãt cepas, Erachin fol.19.1. *Hanc significationem Munsterus omisit, quia in Aruch quidem exemplũ adducitur, sed non explicatur. Contrà* שַׁמְכָא *scribit esse genus minuti piscis saliti. Malè. Nam quod in Aruch adducitur* אפילו במכא *pro eo hodie in Gemara legitur* שמכא והרסנא *& aliud significat. Alterum autẽ vocabulum* הרסנא *genus minutorum piscium significat. Ita sæpè significationes vocum inter se permutavit, quando in Aruch expressam interpretationem non habuit. Præterea* שְׁמַךְ *ponit significare Basin. De eo in Aruch nihil invenitur. Error est, qui ortus ex* סַמְכָא *Basis, quod est interpretamentum Nominis Hebraici* אֶדֶן*, Exod.38. v.27. & 26. v.19.21. & alibi.*

שמל

שְׂמָאלָא *Sinistra manus. Sæpiùs scribitur cum* ס *ab initio, ut est suo loco:* וְאִפְנֵי עַל יַמִּינָא אוֹ עַל שְׂמָאלָא Et respiciam ad dexteram vel ad sinistram, Genes.24.49. לְיַמִּינָא וְלִשְׂמָאלָא Ad dextram vel ad sinistrã, Deut 5.32 עַל יְדָא דְכַהֲנָא דִשְׂמָאלָא Super manum sacerdotis sinistram, Levit.14.15.26. in Jonath. דְהוּא שְׂמָאלֵיהּ דְיִשְׂרָאֵל Quæ est sinistra manus Israelis, Gen.48.13. Jon.

שְׂמָאלִי *Sinister, sinistra, sinistrum. Fœm.* שְׂמָאלִית *& emphaticè,* עַל רוּם יְדְכוֹן שְׂמָאלִיתָא Super summam manum vestram sinistram, Deuter.11.18. in Jonathane.

שמם

Ithpehal, אשתמם *vel* אִשְׁתּוֹמַם *Desolari, Vastari: Obstupescere, cùm ad animum refertur. Nam stupor animi est ejus quædam desolatio. Rariùs in Targum usurpatur, & sæpiùs per* צְדָא *transfertur. Præteritum,* אִשְׁתּוֹמַם כְּשָׁעָה חֲדָא Obstupescebat quasi per horam integram, Dan.4. v.16. וְאִשְׁתְּמַם בִּידֵיהוֹן Et stupidum vel obstupefactum se ostendit sub manibus ipsorum, Hebr. וַיִּתְהוֹלֵל Et insanum se finxit, 1.Sam.21.13. אִשְׁתְּמַמוּ בִּמְחוֹזִין Desolantur per vicos, Heb. נָשַׁמּוּ, Thren. 4.vers.5.

אִשְׁתְּמָמוּת *Desolatio, Vastitas: Stupor:* אִשְׁתְּמָמוּ אַחֲדַתְנִי Stupor comprehendit me, Jerem.8.v.21. וְאִשְׁתְּמָמוּ מִבְּלִי יָתִיב Et desolatio absq; habitatore, Jerem. 51.37. וְאֶתֵּן יָת אַרְעָא לְצָדוּ וְאִשְׁתְּמָמוּ Et redigam terram in vastitatem & desolationem, Ezech.33.v.28. וּמִשְׁתְּיְהוֹן בְּאִשְׁתְּמָמוּ יִשְׁתּוּן Et potum suum in desolatione bibent, Ezech.12. vers.19. וּבְאִשְׁתְּמָמוּ תִּשְׁתֵּי Et in desolatione bibes, Ezech.12. v.18. וַאֲשַׁוֵּינוּן לְצָדוּ וּלְאִשְׁתְּמָמוּ Et ponam eos in vastitatem & desolationem, Jerem.25.9.

שְׁמָמִיתָא *Stellio, reptile immundum,* Levit.11.30. in Jonathane, pro Hebræo לְטָאָה, quod R.Sal. scribit esse *Lacertam.*

שְׁמַן

Pinguem esse vel fieri: metaphoricè *Opulentum fieri.*

שְׁמַן *Pinguis, opulentus:* בְּאַרְעָא שְׁמֵינָא In terra pingui, Jesa.5.1. וְתוֹרֵי שְׁמֵינַיָּא וּפַטִּימַיָּא Et boves pingues & saginati, 1.Sam.15.v.9. וּשְׁמִינֵי עָאן Et pingues ovium, Deut.32.14. ושמיני תורין Et pingues boum, ibid. in Jonath. עָאנִין שְׁמֵנִין Oves pingues, ibid. in Jon.

שְׁמַן *Oleum*, Hebr. שמן שריפה *Oleum combustionis*: Oleum erat pollutum, cujus usus ad cibos vetitus fuit, ut & ad usum sabbathi, ideoque vulgariter in lucernis absumebatur: Schabb. cap.2. in princ.

שְׁמַן *Butyrum: Pinguedo:* וּנְסֵיב שְׁמַן וַחֲלַב Et accepit butyrum & lac, Hebr. חֶמְאָה, Genes.18.v.8. שְׁמַן דְתוּבְנִין Butyrum caseorum, Judic.5.25. שְׁמַן וּדְבַשׁ יֵיכוּל Butyrum & mel comedet, Jesa.7.v.15. אֲרֵי שְׁמַן וּדְבַשׁ יִתְפַּרְנְסוּן: יֵיכוּל שְׁמַן Comedet butyrũ: Nam butyro & melle sustentabuntur, Jes.7.22.

שׁוּמָן *Idem:* שומן של חזיר Pinguedo porci, *Lardum*, Rab.

שַׁמְנִינִין *Pingues:* מִבְּכִירֵי עָנֵיהּ וּמִשַּׁמְנִינֵיהוֹן De primitiis ovium suorum, & de pinguioribus ipsarum, Genes.4.4.

שׁוּמָן *Pinguedo, Adeps: emphat.* וּסְתַם שׁוּמְנָא Et obstruxit adeps ipsam aciem gladii, Jud.3.22. שְׁנָא מִן שׁוּמְנָא פַּרְצוּפֵיהוֹן Mutavit se præ pinguedine vultus ipsorum, Hebr. מֵחֵלֶב, Psal.73.7.

שַׁמְנוּנִית · שַׁמְנוּנִיתָא *Idem:* וְתֵיכְלוּן יָת שַׁמְנוּנִיתָא דְאַרְעָא Et comedetis pinguedinem terræ, Genes.45.18. in Jonathane. Sic etiam legendum Levit.7.20.

שׁוּמְנִית *Allium sylvestre, hortensi allio minus, quod dicitur* שׁוּם. Kilaim cap.1.

שְׁמָן · שמין *Nummulus minutus æreus antiquus Hebræorum. Teruncius, Quadrans, Latinis pro nummo minutissimo sumuntur, ut in illo:* Mihi crede, non exibis inde, donec ultimum teruncium vel quadrantem solveris, Luc.12. *Nummulus hic propter parvitatem fuit ex ære.* Pruta *quandoq; augebatur, quandoq; minuebatur. Inde duplex ejus supputatio apud Talmudicos legitur, quòd fuerit vel octonarius vel*

rius vel ſextarius Aſſarii. *Aſſarii mentio fit Matt.10. v.29.* Nonne duo paſſerculi aſſario veneunt? *Aſſarium valebat quandoque ſex numulos, quorum quiſq, dicebatur* פרוטה Pruta. Prutâ *poterat diſpenſatto fieri. In diſputationem tractum fuit, quis ſit valor prutæ? Alii dicebant,* פרוטה אחד משמנה באיסר האיטלקי Pruta eſt una ex octo partibus Iſſar ſive Aſſarii Italici. *Alii dicebant* פרוטה אחד מששה באיסר האיטלקי Pruta eſt una ex ſex partibus Iſſar ſive Aſſarii Italici. *Ad ſupputationes has conficiendas, variæ monetæ nominantur, quæ ad drachmam ſive quadrantem ſicli tantùm reducuntur. Quatuor autem drachmæ conſtituebant ſiclum. Pro octonarii ſupputatione hæc afferuntur:* שש מעה כסף דינר · מעה שני פונדיונין · פונדיון שני איסרין · איסר שני מוסמסין · מוסמס שני קונטרינקין · קונטרינק שני פרוטות · נמצא פרוטה אחת משמונה באיסר האיטלקי id eſt, Sex Main argenti faciunt denarium ſive drachmam, aut quadrantem ſicli. Maa facit duo Pondion. Pondion facit duo aſſaria. Aſſarium facit duo muſmeſin. Muſmes facit duo kontrinek. Kontrinek facit duo Pruta. Sic invenitur quòd unum pruta ſit octava pars Aſſarii Italici. *Hactenus Gemara,* in Kidduſchin cap.1. fol.12.1. Supputatio ita conſtat: Siclus valet quatuor Dinarim ſive drachmas: Dinar ſex Main, qui faciũt duodecim pundion, qui faciunt viginti quatuor aſſaria, qui faciunt quadraginta octo muſmeſin, qui faciunt nonaginta ſex Kontrinckin, qui faciunt centum nonaginta duas prutas. Hic poſtremus numerus ſi dividatur per viginti quatuor aſſaria, invenitur unum aſſarium valere octo pruta. *Altera ſupputatio, quâ pruta eſt ſexta-rius ſive ſexta pars Aſſarii, ita à Talmudicis conſtituitur:* Rabban Schimeon ben Gamaliel dixit: שלשה הדרסין למעה · שני הנצין להדרס · שני שמינין להנץ · שתי פרוטות לשמין נמצא פרוטה אחת מששה באיסר האיטלקי id eſt, Tres hadreſin conſtituunt Maam, duo hanitzin conſtituunt unum hadres, duo ſcheminin conſtituunt unum hanitz, duo prutoth conſtituunt unum ſchemin. Sic invenitur, quòd pruta eſt una de ſex partibus aſſarii. *Hactenus Gemara.* Senſus: Siclus valebat quatuor dinarim ſive drachmas, drachma ſex maas, quæ valebant octodecim hadreſin, qui valebant triginta ſex hanitzin, qui valebant ſeptuaginta duo Scheminin, qui valebant centũ quadraginta quatuor prutas. Hic numerus diviſus per viginti quatuor aſſaria, invenitur aſſarium unum conſtare ex ſex prutis. Vidua ergo iſta, quæ λεπτὰ δύο minuta duo, (id eſt, duos minimi valoris numulos) vel תרין מנין ut Syriacè vocantur, injecit in gazophylacium, ſive, קופה של צדקה Arcam eleemoſynæ, ut Rabbini loquuntur, (Germani vocant Arcam Dei, Gotteskaſten) ex ſuperiori illa Traditione, injecit duo pruta, duos numulos, quorũ centũ quadraginta quatuor conſtituebant unum Dinar ſive quadrantem ſicli ſacri, & quorum duo conſtituebant alium numulum, qui vocabatur Syriacè שמונא, Babylonicè שמין, quorum ſeptuaginta duo valebant quadrantem ſicli. Hinc expreſsè de duobus iſtis מנין dicitur דאיתיהן שמונא, qui ſunt unum שמונא, & in Talmud vocantur שמין. *Idcirco etiam* שמן, *ut in Aruch ſcribitur, vel* שמין, *ut Gemara ſcribit, vel* שמונא *ut Syrus habet, non eſt vocabulum ab Hebræo* שמנה *octo, derivatum, quòd octo tales unum integrum conſtituerint, ſed eſt nomen monetæ per ſe, ut alia monetarum nomina, quæ tunc in uſu fuerunt, quorum certa originatio non habetur.* Quod ſi autem duo iſta Lepta Græca, vel duo מנין Syriaca, fuerunt duæ octavæ vel duo octonarii, tum ipſorum totum non fuit dictum שמונא Syriacè, nec שמן vel שמין Babylonicè, ſed קונטרינק quod eſt corruptũ à κοδράντης Græco, ut vocatur Actor.12. quod etiam explicatur Quadrans. *Cæterùm in Aruch in Rad.* הדרס *poſterior Traditio Talmudica aliter citatur, duobus numeris diſcrepantibus, nempe* ב׳ הדריסין *pro* ג׳ הדריסין, *&* ג׳ שמינין *pro* ב׳ שמינין. *Tranſpoſitæ omnino ſunt literæ* ג׳ *&* ב, *ut ex textu Talmudico evidenter perſpicere licet.*

שמן *Æſtimare. Sic ponit in hoc ordine, tanquam Radicem, David Pomarius. malè. nam in Aruch rectè explicatur* שמין *id eſt,* אומדין *Æſtimant. Eſt enim Participium plurale à* שום *Ponere, conſtituere pretium alicujus rei, æſtimare.* Vide ſuprà in שום. *Ex ſimili tamen ſignificatione producuntur duo exempla in* שם *tertio in Aruch: Primum ex Bava metzia fol.87.1.* השוכר את הפועל ואמר לו כאחד וכשנים מבני העיר נותן לו כפחות שבשכירות דברי ר׳ יהושע וחכמים אומרים משמנין ביניהן Qui conducit operarium, & dicit ei, ſicut unius vel duorum civium (erit ſc. merces tua) is dat ei ſummam minorem in conductione expreſſam, ſecundum R. Jehoſuam; ſed Sapientes dicunt, Æſtimationem inter utramque faciendam, id eſt, ut Gloſſator explicat; Æſtimationem intermediam faciunt, ut nec ſecundum minimum, nec ſecundum ſummum ei det. Sic Baal Aruch; Supputant majorem & minorem ſummã, & dant ipſi medium. *Alterum exemplum eſt in Bechor. cap.2. in Miſchna, ubi ab interpretibus quibuſdam aliter explicatur. Significatio hæc quoq, à* שום *petita videtur.*

שָׁמַע *Audire, exaudire, attendere, auſcultare, obtemperare, obedire, ut Hebraicè. Sæpius tamen in Targum per* קבל *redditur. Præter.* בַּר שְׁמַע Quando audivit ſervus Abrahami, Geneſ.24. verſ.52.

verſ.52. וּשְׁמַע יִתְרוֹ Et audivit Jethro princeps Midianitarum, Exod.18.1. בְּיוֹמָא דִשְׁמַע כָּל נִדְרָהָא In die quo audivit vel percepit omnia vota ejus, quicquid voverat, Numer.30.v.6. וּשְׁמָעִית יָת Et audivi quicquid locutus eſſet mecum, Ezech.2.v.2. דִשְׁמָעוּ יָת שֵׁמַע גְבוּרְתָךְ Qui audiverunt famam potentiæ tuæ, Num.14.15. *Particip.* דִי אֲנָא שָׁמַע Quòd ego audiam ſermones veſtros malos, 1.Sam.2.23. דְלָא נְחַסְדָךְ מַן דְשָׁמַע Ne probro afficiat te quiſquis audiverit, Prov.25.10. עַל אוּדְנָא דִשָׁמְעָא Apud aurem auſcultantem; Prov.25.12. כְּדִי שָׁמְעִין Quando audiunt omnes populi, Dan.3.7 יָת שָׁמְעַיָא Auſcultantes, obedientes, Hebr. וְאֵת הַנֹּפְלִים Et decidentes, defectores, qui ſcil. deficiunt ab uno, & obediunt alteri, 2.Reg 25.v.11. *Infinitivus*, וַהֲוָה בְּמִשְׁמַע לָבָן Fuitque cùm audiret Laban, Geneſ.29.v.13. in Jon. וְלָא תִצְבוּן לְמִשְׁמַע Et nolueritis audire, Levit.26.v.21. מִלְּמִשְׁמַע Ab audiendo, auditu, Eccleſ.1.8. בְּמִשְׁמְעָךְ In audiendo te, cùm audiveris, 2.Sam.5.24. בְּמִשְׁמַעְכוֹן In audiendo vos, cùm audiveritis vocem tubæ, Joſ.6.v.5. *Imperativus*, שְׁמַע בְּרִי מַרְדוּתָא דַאֲבוּךְ Audi fili mi caſtigationem patris tui, Prov.1.v.8. וּבְאוּדְנָךְ שְׁמַע Et auribus tuis percipito, Ezech.3.10. שְׁמַעוּ צַדִּיקַיָא Audite juſti, Jeſa.33.13. *Fœmin.* שְׁמַעִי כְּנִשְׁתָּא דְיִשְׂרָאֵל Audi eccleſia Iſraël, Pſal.45.11. שְׁמַעְנָא קָלִי קִרְוַן Audite vocem meam urbes, Jeſa.32.9. *Futur.* וְקָל סַגִּיעִין אֶשְׁמַע Et vocem plurium audiam, Job.4.16 וְיָת בָּעוּתְהוֹן יִשְׁמַע Et orationem ipſorum exaudiet, Pſ.145.19. וְיִשְׁמַע מִלֵּיהוֹן Et exaudiet verba ipſorum, 1.Sam.2.25. &c. דִי תִשְׁמְעוּן קָל Cùm audietis ſonum, Dan.3.5. *Ithpehal*, *Præteritum*, וְקָל אִשְׁתְּמַע Et ſermo hic auditus fuit in domo Pharaonis, Geneſ.45.16. הַאִשְׁתְּמַע דִכְוָתֵיהּ Num auditum eſt ſicut hoc? Deuter.4.32. אַף אִשְׁתְּמַעוּ Etiam obedientes ſe præbuerunt, ſcil. deficiendo, nam Hebr. גַם נָפַל, Jerem.46.16. דְאִשְׁתְּמַעוּ עַל מַלְכָּא דְבָבֶל Qui obedientes ſe præbuerint regi Babyloniæ, 2.Reg 25.11. *Participium*, לְכַסְדָאֵי אַתְּ מִשְׁתְּמַע Chaldæis te obedientẽ exhibes, ad Chaldæos tu deficis, tu Chaldæis te ſubjicis, Hebr. אֶל הַכַּשְׂדִּים אַתָּה נֹפֵל, Jerem.37.13. לֵית אֲנָא מִשְׁתְּמַע לְכַסְדָאֵי Ego me non præbeo obedientem Chaldæis, non ego ad Chaldæos deficio, Jere.37.14. *Futurum*, לָא יִשְׁתְּמַע עַל פּוּמָךְ Ne audiatur in ore tuo, Exod.23.v.13. וְיִשְׁתְּמַע לְכַסְדָאֵי Et audietur à Chaldæis, Jerem.21.9. וְנִשְׁתְּמַע לְמַשְׁרִית אֲרָם Et morigeros nos præbeamus caſtris Aſſyriorum, Hebr. וְנִפְּלָה Et deficiamus, 2.Reg.7.v.4. וּבְנֵי עַמּוֹן יִשְׁתַּמְעוּן לְהוֹן Et Ammonitæ obedient illis, Jeſa.11.v.14. לְשֵׁמַע אוּדְנָא יִשְׁתַּמְעוּן לִי Ad auditum auris obedient mihi, 2.Sam.22.45. Pſalm.18.45. וְלָא יִשְׁתַּמְעוּן לֵיהּ Et non obedient ei ampliùs gentes, Hebr. וְלֹא יִנְהֲרוּ Et non confluent ampliùs, Je-

rem.51.v.44. *Apud Talmudicos*, אִם אוֹרְחָךְ לְבַעַל דְבָבָךְ אִישְׁתְּמַע *Dũ es in via, obedito inimico tuo.* Sanhed. fol.95.2. Adducitur ut *vulgare proverbium*, unde præfigitur, הַיְינוּ דְאָמְרִי אִינְשֵׁי. *Idem cum dicto Christi Matth.5.25.* ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ᾽ αὐτοῦ. *Aphel*, אַשְׁמַע *Audire vel audiri facere, proclamare, promulgare, pronunciare, audiendum proponere, &c. ut Hebraicè.* *Præteritum*, יְיָ אַשְׁמַע לְסִיפֵי אַרְעָא Dominus proclamat ad extremitates terræ, Jeſa.62.v.11. מִן שְׁמַיָא אַשְׁמְעָךְ De cœlis audire fecit te vocem verbi ſui, Deut.4.36. לָא אַשְׁמְעָנָנָא כְּהָדָא Non feciſſet ut audiremus talia, Judic.13.23. מִן שְׁמַיָא אַשְׁמַעְתָּא דִין De cœlis promulgaſti judicium, Pſalm.76.9. וַאֲנָא אַשְׁמָעִית Ego audiendum propoſui vobis doctrinam Legis meæ de monte Sinai, Jeſa 43.12. *Particip.* מַשְׁמַע שְׁלָם Promulgantis pacem. מַשְׁמַע פּוּרְקָן Proclamantis redemptionem, Jeſa.52.7. *Infinitivus*, לְאַשְׁמָעָא בְּקָל תּוּשְׁבְּחָא Proclamãdo voce laudis, Pſal.26.7. *Imperativus*, אַשְׁמְעִינִי בְּצַפְרָא טוּבָךְ Fac ut audiam manè benignitatẽ tuam, Pſal.143.v.8. *Futurum*, וְאַשְׁמַע לְרַבַּת Et faciam ut audiat Rabbat Ammonitarum clangorem belli, Jerem.49.v.2 &c. *Talmudici*, שָׁמַע מִינֵיהּ Audio, percipio inde.

שְׁמִיעָה *Auditus, Auditio* : אֵין חַיָּבִין עַל שְׁמִיעַת הַקּוֹל Non ſunt rei de auditione vocis, Horajoth cap.2. Cùm quis ſcil. à ſocio ſuo adjuratus ad dicendum teſtimonium, non perhibet teſtimonium, cùm tamen ſciat, ſicut dicitur; *Quum autem anima peccaverit,* וְשָׁמְעָה קוֹל *& audiverit vocem juramenti, &c.* Levit.5.1.

שֵׁמַע *Auditus, auditio, rumor, fama, ſermo, nuncium* : כַּד שְׁמַע לָבָן יָת שֵׁמַע יַעֲקֹב Cùm audiret Laban nuncium de Jacobo, Geneſ.29.13. יָת שֵׁמַע גְבוּרְתִי Famam potentiæ meæ, Jeſa.66.19. לְשֵׁמַע אוּדָן Ad auditum auris, Pſal.18.45.

שָׁמוֹעָא *Audiens* : וְגַבְרָא שָׁמוֹעָא Et vir audiens, Hebr. שׁוֹמֵעַ, Prov.21.28.

שְׁמוּעַ *Auditus* : לִשְׁמוּעַ אוּדָן Ad auditum auris obedient tibi, Hebr. לִשְׁמוֹעַ, 1.Sam.22.45.

שְׁמוּעָא *Fama, rumor, ſermo, auditio* : מְחַדֵּת שְׁמוּעָן חַדְתִּין Innovans auditiones novas, id eſt, res novas & inauditas, Cantic.5.v.10. לָא תַקְנָא שְׁמוּעֲתָא Non eſt recta fama iſta quam ego audio, 1.Sam.2.v.24. בְּמַשְׁמַעְנָא שְׁמַעְנָא שְׁמוּעֲתָא Auditu noſtro audivimus rumorem, Job.28.22. מִשְׁמוּעֲתָא בִּישָׁא A rumore malo non timebit, Pſal.112.7. *Apud Rabbinos* præterea eſt *Hiſtoria, narratio, Fabula, quæ audienda proponitur.*

שִׁמְעָא *Fama* : וַהֲוָה שִׁמְעֵיהּ סַגִּי Eratque fama ejus magna in tota illa terra, Hebr. שָׁמְעוֹ, Joſuæ 6.verſ.27.

שׁוּמְעָן *Idem.* דִסְנוּ שׁוּמְעָנֵיהּ Odio habebant famam

mam ejus, odiosum de ipso spargebant rumorem, Moed caton fol.17.col.1. Vide & Megilla fol.25.2.

שְׁמַעְתָּא *Lectio, qualis in Scholis audienda discipulis proponitur & prælegitur, dicta quasi Auditio, quia auditur ab auditoribus. Sic quam nos dicimus Scripturam sacram, Hebræi dicunt* מִקְרָא *Lecturam sacram. Debet enim legi ab omnibus, sicut omnibus à Deo proposita & oblata est.* לא שמיע לי הא שמעתא Non est audita mihi hæc lectio, non audivi, non didici unquam hanc lectionem, Talm. Sic vocantur explicationes, quas à Majoribus suis Hebræi acceperunt & didicerunt, & tandem in doctrinale suum Talmudicum retulerunt. ונפלה ליה שמעתא ברוכתא אחריתי Et incideret, in mentem veniret ipsi lectio in loco alio audita. לא מיבריא שמעתא Non fuit clara, perspicua lectio ista ipsis, non benè perceperant, intellexerant lectionem istam. וקאמר להא שמעתא Et recitabat istam lectionem. וגמר שמעתתא מפומיה Et didicit lectionem ex ore ejus.

מִשְׁמַע *Auditus, auditio, obedientia:* וְלָא לְמִשְׁמַע אוּדְנוֹהִי Et non ad auditum aurium judicabit, Jesa.11.3. לְמִשְׁמַע אוּדְנָא שִׁמְעִית יָתָךְ Ad auditionem auris audivi te, Iob.42.5.

מִשְׁמַעַת *Obedientia:* ורב עַל מִשְׁמַעְתָּךְ Et primarius est obedientiæ tuæ, id est, præfectus servis obedientibus tibi, qui tibi obediunt, & ad nutũ tibi parent, 1.Sam.22.14. וּמַנְיֵיהּ דָּוִד עַל מִשְׁמַעְתֵּיהּ Et constituit eum David obedientiæ suæ, id est, satellitibus & aliis officiariis, qui suis officiis Davidi semper præstò erant & parebant, 2.Samuel.23.23.

מַשְׁמַע Apud Talmudicos quandoq; est Nomen, *Auditio, auditus, id est, Sensus simplex & literalis vocis vel locutionis alicujus:* משמעות דורשין איכא בינייהו Sensus diversi concionatorum sunt de hoc loco: unus exponit sic, alter ita, Sanhed. folio 106.2. Schevuoth fol.19.col.1. quandoque Participium, *Audire faciens, proponens, docens:* קָמַשְׁמַע לָן Docet nos, proponit nobis: מַא מַשְׁמְעֵיהּ Quis est simplex sensus ejus, quomodo possumus hoc inde audire, cognoscere vel percipere? מַאי מַשְׁמַע Quis sensus, quem sonum vel sensum id exhibet? Aliquando idem valet, quod apud Latinos, *Subaudiendum*, q.d. *Subaudire facit hic nos, &c.* ut in Medr. Echa cap.1.v.5. שלח ואייתי אסוותא *Misit & adduxit medicos.* Ad hæc verba glossator scribit. שלח משמע אספסיאנוס *Misit*, subaudiendum, Vespasianus. Sic alibi.

II. שַׁמַּשׁ *Ministrare, servire:* כל יומא הוה משמש לרבי מאביל ליה משקי ליה Quotidie erat ministrãs ipsi Rabbi Jehudæ, cibum & potum ei præbendo, id est, ministrabat ipsi ad mensam, Avoda zara fol.10.col.2. מאן יהיב לן נגרי דפרולא ונשמעינך Quis det nobis pedes ferreos, & serviemus tibi, eundo scilicet post te & tibi serviendo? Berach. fol.41.2.

שַׁמָּשׁ *Minister, Servus:* אמר ליה שמעיה Dixit ipsi servus ejus. אמר שמעי Dixit, respondit minister meus. שמעיה דרבא Minister ipsius Rabba.

שמף שׁוּמְפּוּזִין *Nomen lapidis pretiosi secundi in pectore Aharonis pro nomine Schimeonis: Hebraicè dicitur* פִּטְדָה*, Chaldaicè* יַרְקָן *vel* יַרְקְתָא. Hoc autem legitur in Schemoth rabba sect.38. in fine.

שמץ שִׁמְצָה · שֶׁמֶץ Hebr. *Parum, Pauxillum, Minimum:* שמץ פסול Parum vitii, Megilla fol.25. Kidduschin fol.71. משום שמצה, Avoda sara fol.31.1.

שָׁמַר *Custodire, Servare, Observare,* Hebr. *In Targum transfertur per* נְטַר *ut ibi dictum.*

שְׁמִירָה *Custodia, observatio, conservatio,* Rab.

שׁוֹמֵר *Custos.*

מִשְׁמֶרֶת *Custodia, Vigilia.*

מְשַׁמֶּרֶת *Reconditorium, in quo aliquid asservatur.* Item, *Saccus colatorius, per quem vinum turbidum & fæcatum colatur,* Schab. cap.20. in princ. תולין את המשמרת ביום טוב Suspendunt saccum colatorium in die festo. Glossa, משמרת id est, שק שמסננין בו היין · משמרת שמוציאה את היין וקולטת את השמרים *Saccus fecinaceus emittit vinum & retinet fæces,* Pirke avoth capite 5. Sic memoria, quæ falsa & vitiosa servat, vera ac bona transmittit.

מִשְׁמָר · מִשְׁמָרָה · מִשְׁמֶרֶת · אַשְׁמוּרֶת *Custodia, Vigilia, Excubiæ, tempus quo custodes urbis vigilant, in excubiis sunt. Antiquitùs nox distributa erat in tres vigilias, quarum quæq; quatuor complectebatur horas. Textus est in libro* ברכות *Berachos fol.3.col.1. Rabbi Eliezer dixit:* שלש משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי שנאמר האל ממרום ישאג וגו׳ Tres vigilias habet nox, & in unaquaq; vigilia sedet Deus sanctus & benedictus, ac rugit instar leonis, sicut dicitur: *Dominus de excelso rugit, & de habitaculo suo edit vocem suam, rugiendo rugit propter habitaculũ suum, Jerem.25.30.* Et rursus paulò pòst: R. Isaac Samuelis filius dixit: שלש משמרות הוי הלילה ועל כל משמר ומשמר יושב הקב״ה ושואג כארי ואומר אוי לבני שבעונותיהם החרבתי את ביתי ושרפתי את היכלי והגליתים לבין אומות העולם id est, Tres vigiliæ noctis sunt, & in unaquaque sedet Deus sanctus benedictus, ac rugit instar leonis, dicitque: Væ filiis meis, quòd propter peccata ipsorum vastavi domum meam, & combussi templum meum, ac deportavi eos inter populos mundi. Alii tamen etiam docuerunt, Quatuor esse vigilias noctis, ibid. in seqq.

שומר *Custos. Apud Talmud. sic vocatur id quod aliquid protegit, custodit, conservat, ut, cutis in carne, putamina in nucibus, malogranatis, amygdalis, & similibus, vocantur* שומר, Oketzim cap.1.

שומירה *Custodia, domus vel locus custodiæ aut custodum: Tugurium:* ובלבד שיהא בה שומירה או בית דירה Et in primis si fuerit in eo domus custodiæ vel domus habitationis, Erubhin capite 2. in Mischna. Glossa, שומירה id est, בית שומרים ein Wachtheußle / ein Bannwartheußle. שומירה שבכרם Domus custodiæ in vinea, Kilaim cap.5. ואת השומירה שאינה עשויה בטיט Et tugurium custodum, quod non est obductum luto vel cæmento, Bava basra fol.68 2.

שְׁמָרִים *Fæces, ut Hebr. sic dictæ, quòd vinum aut alium suũ liquorem conservent, donec purificetur:* כְּחַמְרָא דְנָטִיר עַל שְׁמָרוֹהִי Sicut vinum quod conservatur super fæcibus suis, Jere.48.11. In Hebræo est plurale שְׁמָרָיו. Elias legit שמריה, quod est à forma שֶׁמֶר: prior ista forma est à שְׁמַר. Pluraliter diceretur שְׁמָרוֹהִי vel שִׁמְרוֹהִי. Alibi pro Hebræo non legitur.

אִשְׁתְּמַר *In fæcibus residere vel conservari. Imperativ.* אִשְׁתְּמַר וְנוּחַ In fæcibus tuis reside & quiesce, vel, quietus esto, Jesa.7.v.4. Sic Hebræum הִשָּׁמֵר eodem modo Hebræi hoc loco exponunt, cujus significationis indicium volunt esse Accentum in ultima syllaba: nam aliâs semper dicitur הִשָּׁמֵר cum accentu in penultima.

שָׁמִיר *Adamas, Petra durissima, Lapis qui duritie suâ adamanti similis est, ut Silex:* מִן שָׁמִיר טִינָרָא Ex lapide durissimo rupis, Hebr. מֵחַלָּמִישׁ, Deuter.32.13. in Targ. Hierosol. בְּטֻפַר שָׁמִיר Ungue (id est, acumine) adamantis, Hebr. בְּצִפֹּרֶן שָׁמִיר, Jesa.17.1. שָׁמִיר לְמַעֲן דְמַיִן Petram durissimam in fontem aquarum, Hebr. חַלָּמִישׁ, Psalm.114.v.8. בְּשָׁמִיר אוֹשִׁיט יְדֵיהּ In petram durissimam extendit manum suam, Hebr. בַּחַלָּמִישׁ, Jobi 28.v.9. רְאַפִּיק לָךְ מוֹי מִשָּׁמִיר טִינָרָא Qui produxit tibi aquam è lapide durissimo rupis, Deuter.8.15. in Jonathane. *Emphat.* כְּמָא דְשָׁמִירָא תַּקִּיף מִטִּינָרָא Sicut adamas durior est rupe, Hebraicè כְּשָׁמִיר, Ezech.3.v.9. תַּקִּיף כְּשָׁמִירָא Durum ut adamas, Zach.7.12.

שָׁמִיר *Schamir. Scribunt Talmudici, fuisse vermiculum instar grani hordeacei, cujus virtute fissi & scissi fuerunt lapides durissimi. Unde volunt Mosen eo usum fuisse ad aptandos lapides pretiosos Ephodi: Salomonem etiam eo diffidisse lapides ad ædificationem Templi, cùm lapide integro, lapidibus quadratis & devolutionis, prout è monte scissi & advecti fuerunt, sine usu ferramenti alicujus, templum exstruxisse legatur, 1.Reg.6.7.* In Pirke avoth capite 5. refertur inter decẽ illa, quæ Deus creasse scribitur vesperâ sabbathi sub crepusculum. In Talmud גטין Gittin, fol.68. col.1. prolixa & impia fabula refertur, quâ arte rex Salomon Templum ædificaturus, cum consilio & ope Sapientum ab Asmodæo, dæmoniorum principe, impetrarit. In Talmud סוטה Sota, folio 48. in Mischna scribitur: משחרב בית המקדש בטל השמיר *A quo tempore vastatum fuit Templum sanctum, desiit esse vermiculus Schamir.* In Gemara deinde explicatur, qualis ejus usus fuerit ad lapides findendos. R.Salomon scribit Jesa.5.v.6. *Ego verò dico* שמיר *significare* תולעת חזק *vermiculum fortem, qui diffindit lapides. Eo usus fuit rex Salomon ad ædificationem Templi sancti, juxta id quod dicitur:* כשמיר חזק מצור *Sicut Schamir fortior est rupe, Ezech.3.9.* R.David scribit 1.Reg.6.v.7. ad verba, אבן שלמה Lapide integro. *Quomodo scilicet advexerunt eos de monte, ubi cædebant eos sicut decebat. Posteaquam verò eos advexerant ad Templum, nihil quicquam amplius ab eis cædebant, sed integris utebantur ad structuram; prout eos adduxerunt de monte. Sunt ex Rabbinis nostris, qui asserunt, etiam in monte non fuisse cæsos ullo instrumento ferreo,* אלא בתולע אחת שנקרא שמיר *sed per vermiculum quendam qui vocatur Schamir. Eum si adhiberent ad lapides, statim per se fuerunt fissi & dolati. Aiunt etiam vermiculum istum fuisse* כמין שעורה *instar grani hordei. Posuerunt eum & conservarunt in arcula plumbea, cum furfuribus hordeaceis. Si ponerent eum etiam supra montem, diffindebat eum. Eo divisit Salomon omnes lapides Templi. Quis autem dedit eum regi Salomoni? aquila adduxit eum ex paradiso, sicut dictum est:* Et locutus est Salomon ad jumenta & ad aves, 1.Reg.4.v.33. *Quid locutus est ad aves? quæsivit ex eis, ubinam esset Schamir vermiculus. Confestim avolavit aquila, & attulit eum, adduxitq; ad Salomonem ex paradiso. Estq; hoc unum ex iis, quibus dedit Deus dominium, ut tenerum & molle dominaretur in durum. Eo dolavit Moses lapides pretiosos Ephodi: eo dolavit lapides Tabularum primarum & secundarum Legis. Hæc verò per Cabalam habuerunt Rabbini nostri inde à diebus Mosis, quæ nostrum non est in dubium vocare, aut de iis disputare.* Hæc R. David. Postremum illud de aquila, adducitur in Jalkut, 1.Reg.6. ex Medrasch שוחר טוב. Aliter autem de eo tradunt Talmudici, ut dictum.

שמירמית *Semiramis,* Medr. Esther. cap.1.v.9. Uxor Nebucadnezaris, Vajikra rabba sect.19. in fine.

שְׁמַרְקִין *Cepæ acerrimæ genus, cujus usus est in medicina:* Talm. Oketzin cap.3.

שַׁמֵּשׁ *Ministrare. Respondet in Targum Hebræo* כִּהֵן *&* שֵׁרֵת *Sacerdotio fungi, & sæpè Verbo*

Verbo עמר*, quando cum* לפני *conſtruitur, & denotat Stare coram aliquo miniſtrandi gratiâ. Præteritum,* ושמש יתיה Et miniſtravit ipſi, Hebr. וישרת אתו, Geneſ.39.4. ושמש קדמוהי Et miniſtravit coram ipſo, Hebr. ויעמוד לפניו 1.Sam.16.21. ושמשיה Et miniſtravit ipſi, 1.Reg.19. verſ.21. *Participium,* הוה משמש קדם יי Erat miniſtrans coram Domino, Hebr. היה משרת 1. Sam. 2. verſ. 11. *Plurale,* ויהון במקדשי משמשין Eruntque in ſanctuario meo miniſtrantes, ומשמשין ית ביתא Et miniſtrantes domui meæ, Ezech.44.11. *Construct.* משמשי ביתא Miniſtratoribus domus meæ, Ezech. 45. v. 5. *Fœmininum,* ומשמשא ליה Et (puella iſta) miniſtrabat ei, 1.Reg.1.4. משמשא קדם מלכא Miniſtrabat coram rege, 1.Reg.1.15. *Infinitivus,* לשמשא Ad miniſtrandum, Exod.28.v.35. לשמשא קדמי Ad miniſtrandum coram me, Exod.29. verſ.1. מלשמשא קדמי Ne miniſtrent mihi, Hoſ.4.v.6. ולמשמשא ביממא Et ad miniſtrandum diei, Heb. ולמשל Geneſ.1.18. in Jon. לשמשותיה Ad miniſtrandum ei, Jeſa.56.6. בשמשותהון In miniſtrando ipſos, dum miniſtrant ipſi in portis atrii, Ezech.44.v.17. לשמשותהון Ad miniſtrandum ipſis, Ezech. 44. 11. *Futurum,* קדמי תשמש Coram me miniſtrabis, Hebr. לפני תעמוד Jer.15.19. וקדם אלעזר כהנא ישמש Et coram Eleaſare ſacerdote miniſtrabit, Hebr. יעמוד, Numer.27.21. in Jonath. וישמש קדמי Et miniſtrabit coram me; Hebr. וכהן Et ſacerdotis miniſterio fungetur; Exod.40.13. וישמש עם אחוהי Et miniſtrabit cum fratribus ſuis, Hebr. ושרת Numer.8.verſ.26. ישמשון שמיא Miniſtrabunt cæli deſuper, Hebr. הרעיפו Stillate, Jeſa.45.8. ושמיא ישמשונון Et cæli miniſtrabunt rorem ſuum, Zach. 8. verſ. 12. וישמשון יתיה Et miniſtrabunt ei, Numeror.3.6. דישמשון בהון In quibus miniſtrabunt, Ezech.42. v.14. וישמשונך Et miniſtrabunt tibi, Num.18.2. ואנון ישמשתיה Ipſique miniſtrabunt ei, Numerorum 1.v.50.

משמש · שמש *Miniſter, propriè ſacrorum, Diaconus, ſubdiaconus. Sacerdotis vicarius, vocatur* חזן*: hujus vicarii miniſter dicitur* שמש: ut, ושמשיה בר נון Et miniſter ejus Jehoſua filius Nun, Exod.33.11. in T.H. *Plurale,* שמשין קדישין ברומא Miniſtri ſancti in excelſo ſtant coram ipſo, Heb. שרפים Seraphim, Jeſa.6.2. שמשיא Miniſtri, Jeſa.6.v.6. הוא יקום עם שמשי Ipſe ſtabit cum miniſtris meis, Hebr. ישרתני Miniſtrabit mihi, Pſalm.101.v.6. חדות בית שמשי Gaudium domus ſervorum meorum, Pſal.137.6. יקום עם שמשי Stabit cum ſervis meis, Pſalm.101.6.

משומשן *Idem:* משומשניה דמשה Servus Moſis, Num.11.28. Joſ.1.1. משומשנוהי Miniſtrorum ejus, 1.Reg.10.v.5.

שמוש *Miniſterium, Officium: Uſus: Emphat.* ית כל מני שמושא Omnia vaſa miniſterii, Num.4. v.12. יתי אתיב על שמושי Me reſtituit ad miniſterium meum, Hebr. על כני Geneſ.41.13. ויתיבנך על שמושך Et reſtituet te ad miniſteriũ tuum, Hebr. על כנך Geneſ.40.13. ומשמושך ימגרנך Et de officio tuo depellet te, Hebr. וממעמדך Et de ſtatu tuo, Jeſa.22.19. *Apud Rabbinos,* שימוש תהלים Uſus, officium libri Pſalmorum. Liber eſt ſic vocatus. *Apud Grammaticos,* ב׳ השימוש Litera ב miniſterii, id eſt, ſervilis.

תשמיש Vide mox infrà.

משמשנית *Miniſtra, Famula.* In Bereſchith rabba, ſect.18. Deus non creavit mulierem ex manu Adami, שלא תהא משמשנית ne fieret miniſtra, manibus ſemper famulans. Sic legitur in Jalkut fol.8. col.2. Sed in Bereſchit rabba ſcriptum ממשמשנית contrectans manibus, ſcil. furandi causâ. Vide משש.

II. שמש · שמש *Concumbere, miniſterio mariti fungi, miniſterium lecti vel thori conjugalis miniſtrare: Coire, Rem habere. Sic quandoque reſpondet in Targum Hebræo* בוא *quando hoc ſenſu ſumitur, quandoque Verbo* שכב*, quandoq; Verbo* ענה*. Hieroſolymitanis & Babyloniis fuit uſitatiſſimum. Præteritum,* אלו שמש חד עליא עם אתתך Si concubuiſſet adoleſcens quiſpiam cum uxore tuâ, induxiſſes ſuper nos peccatum maximum, Geneſ.26.10. in Targ. Hieroſol. מן בגלל דשמש עם אתת חבריה Propterea quòd concubuit cum uxore proximi ſui, Deut.22 24. Jon. דשמש עמה בלחודוי Qui concubuit cum ea ſolitariè, Deut.22.25. Jon. *Fæm.* ושמשת עם אבוהא Et concubuit cum patre ſuo; Hebr. ותשכב Geneſ.19.33. Jon. Sic & mox de juniore filia dicitur, ושמשת עמיה Et concubuit cum eo, verſ.35. Jon. ושמשית עמה Et concubui cum illa, nec inveni in ea teſtimonia virginitatis, Deuter. 22.14. Jon. בתר דשמשת עמה Poſteaquam concubuiſti cum ea, Deuter.21.14. דלא שמשו עם גבר Quæ nunquam concubuerunt cum viro aliquo, Hebr. לא ידעו איש Quæ non cognoverunt virum, Geneſ.19.v.8. Jon. *Participium;* גבר משמש עם אתתא Vir concumbens cum uxore alicujus, Deut. 22. verſ.22. Jon. *Imperativus,* שמשי עמיה Concumbe cum ipſo, Geneſ.19.34. *Futurum,* גבר די ישמש עם אתת אבוי Vir qui concubuerit cum uxore patris ſui, Levit.20.11. וישמש עמה Et concubuerit cum ea, Deuter. 22. v. 25. לא תשמש עם אבתא Non concumbet cum patre ſuo, Levit. 18. verſ. 7. Jon. תשמש עם חורן אנתתי Concumbat cum alieno uxor mea, Hebraicè תטחן Molat, Job.31.verſ.10. תשמש עמהון Et concumbemus cum ipſis, viris ſcilic. concubitu maſculi, Gen.19.v.5. נשמש עמיה Concumbe-

mus cum eo, scilic. patre nostro, Genes.19.v.32.

תַּשְׁמִישׁ *Ministerium, Officium: Usus: Ministerium lecti, Concubitus maritalis, reihabitio. Rabbini nomen Lecti sæpè, immò communiùs, adjungunt, unde sæpiùs in specie sic usurpatur.* Et in Targum, דְּלָא יְדַעוּ תַּשְׁמִישׁ לִגְבַר Quæ non cognoverunt concubitum ullius viri, Genes.19.v.8. in Targ. Hierosol. בְּתַשְׁמִישׁ עַרְסָא Ministerio lecti, Lev.18. v.14. id est, concubitu conjugali: nam inter conjuges duntaxat debet fieri. Præterea quod fit, scortatio est, aut majus delictum. לָא תִקְרְבוּן לְתַשְׁמִישׁ דְעַרְסָא Non appropinquabitis ad ministerium lecti, Exod.19.15. לָא תִתֵּן תַּשְׁמִישָׁךְ Ne des concubitum tuum, scil. seminis virilis, Lev.18. v.20. וּגְבַר דִּי יִתֵּן תַּשְׁמִישֵׁיהּ Et vir qui dederit concubitum suum, id est, qui rem habuerit aut coiverit, Levit.20.15. *Plurale*, תַּשְׁמִישִׁין דְאִתְּתָא Concubitu mulieris, id est, prout viri cum uxoribus concumbere solent, Levit. 20. v.13. *Emphaticè*, בְּתַשְׁמִישַׁיָּא דְאִתְּתָא Concubitu mulieris, id est, quomodo cum uxore vel muliere vir coire solet, Lev.18.21. *Fœmininum emph.* בְּתַשְׁמִשְׁתָּא אוֹ בְּפַרְסוּמֵי Concubitu aut nudatione pudendorum, Levit.18.6. תַּשְׁכִּבְתָּךְ Concubitum tuum, Lev.18.23. לָא תִתֵּן בְּתַשְׁמִשְׁתַּהּ Ne des in concubitu ejus, id est, dum ea concumbit, Levit. 18. v. 21. *Rabbini quandoque de aliis etiam usurpant:* ut, תשמישי מצות Officia vel ministeria præceptorum, quæ scil. circa observationem præceptorum divinorum versantur, Megilla fol.26 2. Item *Supellex, vasa, quæ ad alicujus rei usum & ministerium adhibentur:* לָא תַעֲלוּן רִיחוּקֵי טַעֲוָתָא וְתַשְׁמִישַׁהָא Non inseretis abominationes idolorum & vasa ipsorum in domos vestras, Deut.7.26. Jon. כלי תשמיש *Utensilia*, Ramb. in הלכות אישות cap.18.

Apud Talmudicos & alios Rabbinos varia de concubitu monita leguntur. In Tal. כתובות fol.60.2. דמשמשה בי ריחיא הוו לה בני נכפי *Quæ coit in mola, ei erunt liberi epileptici.* דמשמשה על ארעא הוו לה בני שמוטי *Quæ coit super terram, ei erunt liberi longi colli.* In סנהדרין Sanhedrin fol.108.col.2. שלשה שימשו בתיבה וכולם לקו כלב ועורב וחם *Tres coiverunt in arca Noæ, & omnes vapularunt, nempe canis, corvus & Cham. Canis*, qui post coitum נקשר alligatur fœminæ-cani. *Corvus*, qui semen per fauces evomit. *Cham*, qui cute nigros posteros genuit, Æthiopes scil. quorum pater fuit Chusch Chami filius. Prohibitum autem erat, in arca coire invicem. Nam scriptum est: *Ingredieris in arcam, tu & filii tui, uxor tua & uxores filiorum tuorum tecum*, Genes. 6.18. Dixit R. Jochanan: מכאן אמרו שנאסרו בתשמיש המטה Hinc dixerunt Rabbini, quòd prohibitum ipsis fuerit ministerium lecti, id est, concubitus. Hæc ibi. Causam reddit R. Salomon Genes.6. quòd jusserit Deus separatim ingredi, האנשים לבד והנשים לבד viros seorsum, & mulieres seorsum. Quando autem postea dictum, Genes.8.16. *Egredere ex arca, tu & uxor tua, & filii tui & uxores filiorum tuorum tecum:* conjunctim scilic. *Tu & uxor tua*, כאן התיר להם תשמיש המטה hic permisit ipsis rursus ministerium lecti, scribit R. Salom. Gen.8. In Bechoroth cap. 1. fol.8.1. הכל משמשין פנים כנגד עורף חוץ משלשה שמשמשין פנים כנגד פנים ואלו הן דג אדם ונחש ומאי שנא הני תלתא בי אתא רב דימי אמרי במערבא הואיל ודברה עמהם שכינה *Omnia (animantia) coeunt facie obversâ cervici, exceptis tribus, Pisce, Homine, & Serpente. Et quare hæc tria aliter coeunt? Quia, ut in occidente ajunt, Majestas Divina locuta est cum eis.* In נדה Nidda fol.16.2. המשמש מטתו לאור הנר הרי זה מגונה *Administrans officium lecti ad lumen lucernæ, id turpe est.* Et mox: Dixit R.Jochanan, אסור לאדם שישמש מטתו ביום *Vetitum est homini obire officium lecti sui interdiu. Dixit R. Hammenunne: quam habes Scripturam de hoc? dicitur:* Perditus sit dies, in quo genitus sum: noctu autem dixit pater: conceptus est vir, Job.3. *Nox ergo data est ad conceptum, dies autem non.* Et fol.11.2. Dixit Samuel: אשה שאין לה וסת אסורה לשמש עד שתבדוק *Vetitum est mulieri cohabitare, quæ non patitur (ordinariè) menstrua sua, nisi prius se scrutata fuerit, an scil. munda vel polluta sit.* Et in principio libri: והמשמשת בעדים *Quæ coit cum testibus*, id est, per linteum purum prius, tanquam testem, loco pudoris explorato, num à sanguine purus vel pollutus sit. Sic linteum testis est, nō quòd testes vivi astent. Sic alibi duo testes requiruntur ad coitum, id est, duæ explorationes, una ante coitum, altera post coitum, nempe exploratio de sanguine polluto menstruo. In גיטין Gittin fol. 70.1. הקיז דם ושימש מטתו הווין לו בנים ויתקין הקיזו שניהן ושימשו הווין להן בנים בעלי ראתן *Qui emiserit sanguinem* (per venæsectionem) *& concubuerit* (cum muliere) *erunt ei liberi debiles: si ambo venam secuerint & coiverint, habebunt liberos ulcerosos.* Idem legitur in כתובות cap. 7. in fine. Ibidem in Gittin: בא מן הדרך ושימש מיטתו הווין לו בנים ויתקין *Veniens de via* (rediens ab itinere fessus) *& obiens officium lecti, erunt ipsi liberi debiles.* Item ibid. בא מבית הכסא אל ישמש מיטתו עד שישהא שיעור חצי מיל *Veniens de loco secreto, ne coeat, donec exspectaverit quasi dimidium milliare.* Ratio: quia angelus loci secreti comitatur ipsum, &, si ipso præsente adhuc coiverit, הוין לו בנים נכפין habebit filios epilepticos. Item ibid. המשמש מיטתו מעומד אחותו עוית מיושב אחותו דלריא *Qui obit officium lecti stans, corripit eum spasmus: sedens, corripit eum delirium.*

In

In תענית Taanis, fol. 11. 1. אסור לאדם לשמש מיטתו בשני רעבון שנאמר וליוסף ילד וגו׳ *Prohibitum est homini obire officium lecti sui in annis famis, sicut dictum est:* Josepho nati sunt duo filii antequam veniret annus famis, Genes. 41. 50. Hoc repetitum est à R. Salomone hoc loco in Commentario. Ibid. חסובי בנים משמשין מטותיהן בשני רעבון *Prole-carentes obeunt officium lectorum suorum annis famis.*

III. שמש *Frui, Uti, Usurpare:* השתמש *Usurpari, quasi dicas, Usurpare ad servitium, Servire sibi & in suum usum & commodum:* השמיש · שמוש *Usus, Servitium, ministerium. Sic apud Masorethas* in Notis masorethicis frequentissimè usurpatur, ut ostensum in Commentario nostro masorethico. *Sic in Targum,* ומשמש באצלחותא Et fruatur prosperitate de cęlis excelsis, Eccles. 10. 6. *Apud Rabbinos & Talmudicos;* שקרא ושנה ולא שמש תלמידי חכמים *Qui legit Scripturam, & Mischnam, & non utitur discipulis Sapientum, is vocatur* עם הארץ *Populus terræ, Idiota,* id est, qui non simul quoque discit opiniones & decisiones doctorum in Gemara, de rationibus Mischnę &c. Sota fol. 22. col. 1. Berachoth fol. 47. 2. Econtrà; כל מי שקורא ושונה ושימש תלמידי חכמים עליו הכתוב אומר יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך *Quicunque legit Scripturam, & discit Mischnam, & utitur quoque discipulis Sapientum* (in Gemara,) *de eo dicit Scriptura; Laborem manuum tuarum comedes, beatus eris, & benè tibi erit, Psal* 128. In Cholin fol. 44. 2. *Ex Ithpahel,* משתמשת במדור כדרך שהשתמשת בחיי בעלה Utitur (vidua) habitatione (mariti defuncti) sicut eâ usa fuit vivente ipso, Ketubh. f. 103. 1.

IV. שמש · שמשא *Sol:* שמשא בגבעון אוריך Sol in Gibeon subsiste, Jos. 10. v. 12. ואתו מבדנח שמשא Et venerunt ab ortu solis, Judic. 11. 18. סיהרא ושמשא Lunam & Solem, Psalm. 74. v. 16. ולשמשא ולסיהרא Soli & lunæ, 2. Reg. 23. 5. *Caret plurali, ut notavit Elias, scil. in propria significatione. Est enim tantùm unicus sol. Plurale reperitur pro Luce declinantis diei, & accedentis noctis:* בין שמשיא *Inter soles,* Hebr. בין הערבים *Inter duas vesperas,* Exod. 12. 6. Numer. 9. v. 11. id est, vesperæ lucem duplicem: unam declinantis lucis, alteram accedentium tenebrarum noctis. Communiter exponunt pro luce occidentis solis, & obscurâ luce ad occultatum solem, quod tempus vocatur crepusculum vespertinum. Vide Lexicon nostrum Hebraicum in Nomine ערב *Rabbini hanc locutionem formâ fœmininâ exprimunt,* בין השמשות, *Intersolarium tempus, Crepusculum,* die Tagscheidung. Vide Berachos fol. 2. 2. in infima pagina. *Amplius apud Rabbinos,* שמשא רביני קרחי *Sol inter calvitia,* id est, sol per nubem micans, lucem in terra præbet hîc & ibi, & circumcircà obscuritates nubis sunt, quæ comparantur calvitiei, in qua parte una glabrities est, in alia particula quædam pilorum: Taanis fol. 3. 2.

שמשאי · שמשאי *Samsæi,* Σαμψαῖοι *Epiphanio dicti, Solarii, Solis & syderum cultores.*

שמשא *Sol,* metonymicè *Nigredo, atror ex solis ardore contractus, aut Morbus aliquis veluti Capitis dolor & gravedo, aut catharrus ex sole:* אם לשמשא בת יומא Si sit pro nigredine unius diei; בת תרי יומי duorum dierum, בת תלתי יומי trium dierum; לשימשא עתיקתא Pro nigredine veteri, multorum dierum, Gittin cap. 7. in princ. Gemaræ. *In Aruch explicatur* קדחת *Febris.*

שימשוק *Hyssopus, de qua in Lege, & dicitur* אזוב. *Scribitur &* שומשוק *quod legitur* שמשוק *vel* שמשוק. Extat in Schabbas fol. 109. 2. Usus ejus ad expellendos lumbricos ventris. *Ex vocum affinitate videri possit esse* Σάμψυχον *Sampsuchum, vel, Samsucus herba, de qua vide Dioscor. lib. 3. cap. 47.*

שומשמא *Sesama, æ, vel Sesamum, genus frumenti æstivi Indici, vel Leguminis genus, unde oleum præstans fiebat:* זנותא בביתא כקרא לשומשמא *Scortatio in domo, est sicut eruca in sesamo,* Sota fol. 3. col. 2. *Scortatio,* id est, זניתא Meretrix, mulier scortans. Alius dixit, תוקפא בביתא כקרא לשומשמא *Ira,* id est, *iracunda & rixosa mulier in domo, est sicut eruca sesami;* nempe, ut vermis granum perdit & consumit, sic mulier talis domum suam, & maritum. Vide Adagia Hebr. Drusii dec. 1. והפרגין והשומשמין Papaveres & sesama, Rosch haschana fol. 13. 2. Scheviis cap. 2.

שומשמן *Sesaminum:* שמן שומשמן Oleum sesaminum. Quidam, *Oleum papaveris.* Vajik. rabba sect. 31. circa finem.

שומשמנא *Formica:* אתרמא לשומשמנא Confer te ad formicam, Hebr. לך אל נמלה, Prov. 6. v. 6. *Plurale,* שומשמני לא עשין עזהון Formicarum non est fortis populus, Prov. 30. 25. *Apud Talmudicos reperitur etiam,* שומשנא גמלא Formica magna, Jevam. fol. 76. 1. Pravum videtur pro שומשמנא. Alibi: דשומשמנא גברא כורסיה בי חראתא רמי לה *Quæ formicam maritum habet, solium suum inter heromas collocat,* Ketubhoth fol. 75. 1. Glossa dicit משל הדיוט *proverbio vulgari* שומשמנא גברא dici de ea, quæ maritum exiguæ staturæ habet instar formicæ. Sensus est, eam etiam, quę pusionem maritum habet, inter matronas numerari, & præstare talem habere, quàm sine marito vivere. Simile vide in נפס. קינא דשומשמני Nidus formicarum, Nedar. fol. 25. 2. *Baal Aruch in his & aliis exemplis legit* שומשנא.

שמת *Excludere, expellere, segregare, separare à communitate & societate hominum, à republica,*

republica, ab ecclesia totaliter & finaliter, & quasi à vitæ communione, ut Dei judicio commissus, à reconciliatione hominum sit exclusus. Excommunicare Theologorum scholæ dicunt. Est autem tertia & gravissima exclusionis species. Prima dicitur נִדּוּי *Separatio simplex ad certum tempus, de qua in Rad.* נדה. *Secunda dicitur* חֵרֶם *Anathema, id est, separatio cum diris, maledictionibus & imprecationibus. Tertia est schammata, sine spe reditus ad communionem reipublicæ vel ecclesiæ. Sic Elias in suo Lexico Tisbi, & communiter Hebræi. Videtur tamen aliquando generaliùs apud Rabbinos sumi pro Excludere, Excommunicare simpliciter, unde Munsterus voluit esse idem cum* נדה. In Talmud Moed katon fol.16.1. בי תלתא דשמיתו לא אתו תלתא אחריני ושרו ליה Domus trium judicum, qui schammatizarunt, non veniunt posteà alii tres judices & solvunt eum, scil. ex anathemate schammatha. *Hic pro communi separatione vel excommunicatione sumitur, cùm liberari possit.* Ibidem: Dixit illa: בארבע מאה שיפורי שמתיה ברק Quadringentis tubis schammatizavit eum Barak, scil. Merosam urbem, de qua Jud.5.v.23. *Solebant buccinas & cornua inflare in synagogis, quando anathematizarunt vel schammatizarunt, ad majorem horrorem tum ipsis reis, tum cœtui ecclesiæ incutiendum.* Idem legitur in Schevuoth fol.36.1. Et in Sanhedr. fol.107.2. in edit. Veneta: אפיק ארבע מאו' שיפורי ושמתיה Produxit quadringentas buccinas, & schammatisavit eũ, nempe Jesum Nazarenum. *Historia ista plenè extat in edit. Veneta, sed in edit. Basileensi omissa. Hîc autem adducitur hæc particula, ad probandum usum buccinarum cum hoc anathemate.* Ampliùs in Moed katon fol.16.col.1. מנלן דמשמתינן Unde nobis constat, quòd licitum nobis sit schammatizare? Ex eo quod scriptum est: אורו מרוז *Maledicite Merosæ urbi*, Judic.5.23. Hæc maledictio fuit excommunicatio sive schammatizatio, quâ Dei judicio & maledictioni, sive divinæ ultioni & totali exitio urbem istam committebat & devovebat Barak legatus Dei. Et fol.17.1. זיל שמתיה Ito, excommunicato ipsum. Et fol.14.2. ואי לא ציית דינא משמתינן ליה Et si non obtemperat judicio, schammatizamus eum. Si scil. rebellis sit & refractarius judicum sententiæ, excommunicari debet. In Schulchan Aruch, parte Jore dea, num.334. sect.44. Qui habet querelam aliquam de proximo suo, & tradit ipsum regi vel judici, משמתין ליה schammatisant ipsum. In Pesachim fol.50. col.2. Qui vesperâ sabbathi & aliorum dierum festorum operas serviles facit, infaustum illud quidem est, neque videt signum benedictionis, אבל שמותי לא משמתינן ליה sed non schammatisamus eum: at qui vesperâ paschatis operas serviles facit, הכא שמותי נמי משמתינן ליה hîc verò omninò schammatisamus eum. In libro Tanchuma, sect. וישב fol.16. col.1. & 2. Quando ascendit Esra ex Babylonia, & Sorobabel & Jehosua filius Jehozedeki cum eo, inciperentque ædificare Templum, sicut dicitur: *Tunc surrexerunt Sorobabel filius Schealtielis & Josua filius Johotzadak, cæperuntq; ædificare domum Dei quæ est Hierosolymis, &c.* Esræ 5.2. tunc aggressi sunt eos השמרונים Samaritæ bello centum octoaginta millibus hominum. Fuerunt ne שמרונים? immò כותים Kutæi fuerunt, qui ab urbe שמרון dicti fuerunt שמרונים Samaritæ. Quæsiverunt autem interficere Nehemiam per fraudẽ, sicut dictum est: *Veni, consilium capiamus invicem, &c.* Nehem.6.7.8.9.10. In vicis & vallibus violenter impediverunt opus domus Dei per annos duos, sicut dicitur: *Tunc impeditum fuit opus domus Dei in Jerusalem, cessavitq; usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum*, Esræ 4.v.24. Quid tum fecerunt Esra, Sorobabel & Jehosua? congregabant universum cœtum populi in templum Dei, & adducebant trecentos sacerdotes & trecentas buccinas, & trecentos libros Legis & trecentos adolescentes, & clangebant buccinis: Levitæ autem cantabant & psallebant, ומחרימין ומשמתין ומנדין את הכותיים בסוד שם המפורש & anathematisabant, & schammatisabant & excommunicabant Kuthæos per Schemhamphorasch, & per scripturam divinam scriptam in tabulis Legis, & per anathema domus judicii superioris, & per anathema domus judicii inferioris, ut non comedat ullus homo ex Israelitis panem Kuthæorum. Unde statutum, האוכל פת כותי כאוכל בשר חזיר Quicunque comedit panem Cuthæi, perinde est ac si comederet carnem porci. Sic exscriptum & obsignatum miserunt anathema illud ad omnes Israelitas, qui in Babylonia vivebant, qui superaddiderunt anathema unum super aliud: Rex autem Cyrus fixit super eos חרם עולם anathema perpetuum, sicut dictum est: *Deus qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnem regem & populum, qui miserit manum suam, ut mutet & destruat domum Dei istam quæ est in Jerusalem*, Esræ 6.v.12. *Hæc ibi.* Desumpta autem sunt ex Capitulis R. Eliesaris, cap.38. Majemon. p.1. in lib. מדע Madda, in Statutis Talmud thora, de studio Legis divinæ, cap.7. Sapientem, principem vel præsidem judicii, qui nefandum quid commisit, אין מנדין אותו בפרהסיא לעולם non excommunicant ipsum publicè unquam, nisi deliquerit ut Jaroboam filius Nevat & socii ejus. Si alia quædam delicta

licita commiserit, flagellant eum secretò (clàm, clanculùm, privatim, occultè, non publicè) sicut dictum est: *Si corrueris interdiu, & corruerit tecum propheta noctu*, Hos.4.5. id est, etiamsi lapsus sit in peccatum aliquod, teges illud quasi noctu quid tectum est. Dicent autem ipsi, הָכְבֵד וְשֵׁב בְּבֵיתֶךָ Fruitor honore tuo, & conside domi tuæ. Sic omnis תלמיד חכם discipulus sapientis (id est, sapiens, Doctor) qui dignus est excommunicatione (נדוי) prohibitum est judicibus prosilire & statim ipsum excommunicare (ולנדותו במהרה) sed fugiunt ab hac causa, & ab ea declinant. Nam probiores sapientum (חסידי החכמים) applaudebant sibi, quòd nunquam ipsis esset impositum לנדות excommunicare sapientem, etsi quandoque ad flagella eum adjudicarint, si promeritus fuisset. *Hactenus Majemon.* Contra hanc Traditionem Majemonis citat Censor ipsius R. Abraham exempla duo ex Gemara, fuisse quandoque Rabbinos vel sapientes excommunicatos. Nam in libro Moed katon, cap. ואלו מגלחין fol.17. col.1. legitur: Mar Sutra sanctus, quando זורבא מרבנן aliquis insignis Rabbi promeruisset excommunicationem Schammata, ברישא משמת נפשיה ipse seipsum primò schammatisabat, והדר משמת לדידיה postea schammatisavit ipsum. Reversus in hospitium, solvit primùm se ipsum ex isto anathemate, deinde solvit alterum istum. De eo dixit Rabbi Giddel: Dixerat Raf: תלמיד חכם מנדה לעצמו ומיפר לעצמו Sapiens potest seipsum excommunicare, & liberare seipsum ab excommunicatione. Idem legitur in libro נדרים Nedarim fol.7.2. Et in præcedentibus ibidem: ההוא צורבא מרבנן Erat quidam Sapiens, de quo odiosus sparsus erat rumor. Dixit R. Jehuda: היכי ליעביד לישמתיה Quomodo ipsi faciendum? Schammatizare debent eum Rabbini. Nisi Schammatisent eum, prophanabitur nomen Dei. Quidam ergo sapientes fuerunt etiam olim excommunicati, contrà quàm Majemon statuit. Id tamen Hierosolymis & in terra Israelis insolitum fuit. Legitur enim ibidem: Dixit Raf Papa: Utinam eveniat mihi, דלא שמיתי צורבא מרבנן מעולם ne unquam cogare schammatisare sapientem. Quod si autem necesse sit schammatisare aliquem sapientem, quid faciendum? faciendum ut in occidente (in terra Israelis, quæ Babyloniæ erat occidentalis) ubi sapientes adjudicantur מנגדי ad flagellationem, ולא מחמו אשמתא & non disponuntur ad schammata. Idem repetitur in Pesach. folio 52.1. Porrò quòd Majemon dicit, אין מנדין אותו וכו׳ Non excommunicant eum publicè unquam: sensus ejus est, non proclamari vel promulgari publicè in cætu synagogæ ipsius excommunicationem; sed privatim ipsi id indicari, & quidem verbis honestioribus, veluti הכבד ושב בביתך Honore tuo fruitor; & reside domi tuæ, ex 2.Reg.14.10. &c. Vide Tal. Hierosol. in Moed caton cap.3.

שַׁמְתָּא *Anathema, Execratio, res exsecrabilis, res sacrata & dicata vel Deo & divino usui, ideòq; profano usui illicita, vel exitio & perditioni divinæ sive à Deo mandatæ. Unde qui de talibus rebus sive clàm sive manifestè surripiebat, factus est & ipse exsecrabilis sive anathema, ut Achanis exemplum demonstrat Josue 7. Sic idem est quod* חרם *in lingua Hebræa. Quando ad hominem refertur, tunc adjunctam habet excommunicationem à societate hominum & cætu ecclesiæ, quæ ideò gravissima judicatur esse excommunicationis species, quòd adjunctam habeat exsecrationem, quâ homo coram hominibus & coram Deo fit exsecrabilis, exitio divino destinatus. Sic olim de hoc anathemate sive excommunicatione dira & exsecranda fuit judicatum, quâ homo post omnia humana media totaliter & finaliter soli divino judicio destinabatur, ut eo periret, nec ampliùs ad ecclesiam rediret. Sic voluit illud anathema Maranatha, cujus Apostolus Paulus meminit, esse idem cum hoc Schammata. Nam* מָרָן *Dominus, &* אתא *venit: sic* שַׁמְתָּא *quasi* שם *vel* שמא *Dominus, &* אתא *Venit. Inde*, Si quis non amat Dominum Jesum Christum, esto anathema Maranatha, 1.ad Cor. 16.v.22. *id est, sit divino exitio adjudicatus. Vide ibi Tremellii, Drusii & aliorum explicationes. Postea tamen mitiùs aut latiùs fuit acceptum, ut mox ex Talmudicis patebit. Videtur tantùm esse allusio ad ejus vocem, non vera etymologia, sicut & apud Talmudicos. Nam apud eos legitur in libro* מועד קטן Moed caton, fol.17.1. מאי שמתא אמר רב שם מיתה ושמואל אמר שממה יהיה ומהניא בה כמיחא בתנורא id est, Quid est Schammata? Dixit Raf: dicitur quasi שם מיתה Ibi est mors. Et Samuel dixit, שממה Desolatio erit; quæ proderit ipsi sicut pinguedo fornaci calenti. *R. Salomonis glossa hic est:* Erit כשומן sicut pinguedo illita fornaci, quę absorbetur, nec unquam ex ea egreditur: sic consumtus est & perditus, דמשמתינן ליה ולא נפקא מניה לעולם quem schammatizamus, neque unquam ex eo ampliùs egreditur. Hæc R. Salomon. Contra hanc tamen sententiam videntur quædam Talmudica exempla esse, ut mox videbitur. *Schammata gravius esse sive anathema sive excommunicationis genus, patet ex Glossa R. Salomonis in Talm. Pesachim, fol.52. col.1. ubi scribit:* Sapientem, qui fœdum quid commiserat, adjudicabant ad flagellationem, ולא לנדות & non

ad excommunicandum ipſum, משום דשמתא חמורה propterea quòd Schammata res graviſſima eſt, & rationem habebant honoris legis divinæ. Hęc ibi. ubi notandum, quòd לנדותו ponitur pro לְשַׁמְּתוֹ, & ita cōmodè ſequitur, quod שמתא excommunicatio Schammata ſit res gravior, quàm ut ſapienti & Legis divinæ perito & profeſſori conveniat. R. Aſcher in Summario hujus libri, fol. 130. col. 2. ait: אין משמתינן אלא על דבר חמור Non ſchammatizamus aliquē niſi propter rem graviſſimam. *Cæterùm in Targum ſcribitur* שַׁמְּתָא, *quod eſt formæ* שַׁבְּתָא *ab abſoluto* שַׁבַּת: *ſed* שַׁמַּת *non invenitur, ut puto. Videamus exempla quædam.* לָא יִדְבַּק בִּידְכוֹן מִדְּעַם מִן שַׁמְּתָא Non adhærebit manibus veſtris quicquam de anathemate, ſive rebus exitio & perditioni devotis aut Deo dicatis, Deuter. 13. v. 18. in Jon. *Plurale,* ודלא תֶהֱוֹן שַׁמְּתִין כְּוָתְהוֹן Ne fiatis anathemata ſicut ipſa; מְטוּל דְשַׁמְּתִין אִנּוּן Propterea quòd anathemata ſive res devotæ ſunt, Deut. 7. 26. in Jonathane, pro quibus Onkelos habet חֶרְמָא, ex Hebræo חֵרֶם. Et aliter: יַת תְּרֵין בְּנַי תִּקְטוֹל בְּשַׁמְּתָא Duos filios meos occides per anathema Schammata, ſi non reſtituero eum tibi, Geneſ. 42. v. 37. In Hebræo ſimpliciter eſt תָּמִית Occides. וּמְחוֹהִי יִשְׂרָאֵל בְּשַׁמְּתָא דַיְיָ Et percuſſit eum Iſrael per anathema ſchammata Dei, Hebr. וַיַּכֵּהוּ Et percuſſit eum Iſrael acie gladii, Numer. 21. verſ. 25. גְּמָרָא תְּגַמְּרוּן יָתְהוֹן בְּשַׁמְּתָא דַיְיָ Perdendo perdetis eos per anathema Domini, Hebr. הַחֲרֵם תַּחֲרִים אוֹתָם Devovendo devovebis eos, Deuter. 7. 2. וְתַבָּרוּ יַת עֲמָלֵק וְיַת עַמֵּיהּ בְּשַׁמְּתָא דַיְיָ Et confregerunt Amalekum populumq; ejus per anathema Dei, Cant. 2. 16. Quidam interpres iſtius Targum reddit illud, Propter excommunicationem Dei. In Regiis, In nomine Domini. *Apud Rabbinos,* במערבא ממנן אנגדתא דבר בי רב ולא אשמתא In occidente (id eſt, terra Iſrael) conſtituunt vel adjudicant ad flagellationem Rabbinum, & non ad Schammata, Peſachim fol. 52. 1. In Cholin fol. 132. 2. האי כהנא דלא מפריש מתנתא ליהוי בשמתא Hic ſacerdos (id eſt, lanio ex genere ſacerdotali) non ſeparans (de oblationibus mactatis) dona (pro ſacerdote alio) dignus eſt, ut ſit in excommunicatione. Iſta eſt decima cauſa excommunicationis Niddui, & tamen de ea dicitur hîc בשמתא quod idem eſt hoc loco quod בנידוי. Sic mox infrà. Ibidem, הני טבחי דהוצל קיימי בשמתא Iſti laniones Hutzalenſes ſtant in excommunicatione R. Chaſdæ his viginti duobus annis. Quid juris porrò eſt? אלימא דהו לא משמתינן להו num dicendum, quòd non ulteriùs excommunicamus illos? id eſt, non ampliùs relinquere debemus ipſos in excommunicatione. In Moed

caton fol. 16. 1. Quidam lanio fuit, qui profanè contempſit R. Tobiam: præfecti ſunt ipſi Avai & Rabba, ושמתוה & excommunicarunt ipſum. Tandem abiit (lanio iſte) & placavit ſive contentum reddidit adverſarium ſuum. Tum dixit Avai: Quid ergo nunc faciendum? לישרי ליה eſt'ne ſolvendus ex excommunicatione? לא חל שמתא עליה תלתין יומין לא לישרי ליה Si non manſit ſuper eum excommunicatio per triginta dies (id eſt, ſi non duravit ſuper eo excommunicatio triginta dies) non eſt ſolvendus. Et mox: In ea ergo ſententia eſt Avai הני בי תלתא דשמיתו Tres qui excommunicarunt aliquem, non veniunt tres alii & ſolvunt eum: יחיד מומחה שרי שמתא Unicus probatus poteſt ſolvere excommunicationem Schammata, Nedar. fol. 8. col. 2. *Ex his apparet, quòd Schammata non eſt excommunicatio perpetua ſoli judicio & exitio divino commiſſa, ita ut ex ea liberari & cum eccleſia reconciliari ampliùs non poſſit, ſed potiùs quòd inde ſolvi & liberari poſſit. At hoc modo Schammata videtur eſſe idem quod* נידוי, *niſi quòd plures exſecrationes adjunctas habet. Nam de* נידוי *ibidem traditur,* אין נידוי פחות משלשים יום Non durat Niddui minùs quàm triginta dies. Sic & Schammata poſt triginta dies poteſt ſolvi & laxari. In Bava mezia fol. 70. 1. ולא מקבל שמתא דרבנן Et non acceptat excommunicationem Rabbinorum. *Suprà in Targum fuit,* שמתא דיי׳ Excommunicatio Domini: *ſic & Talmudici quandoque loquuntur,* שמתא דאלהי ישראל Anathema vel excommunicatio Dei Iſraelis. *Quærendum ergò aliis aliquandò fuerit, num hæc divina excommunicatio ſit ea, quâ homo totaliter & finaliter ab eccleſia ſegregatus, ſoli judicio divino ſit devotus, cumq; ea ſit mors & exitium, ut ſuprà dictum: Excommunicatio autem Rabbinorum ſit ea, ex qua quis rurſus ſolvi & liberari poſſit, de qua paulò antè exempla adducta ſunt?* בַּר שַׁמְּתָא *Filius excommunicationis,* id eſt, reus excommunicationis. *Excommunicatio fiebat quandoque Verbis expreſſis, quando excommunicandus erat præſens: quandoq; ſcripto publicè affixo, quando abſens erat.* Hinc legitur in Majemone, in libro מדע Madda, cap. 7. ſect. 2. כיצד הוא הנידוי אומר פלוני יהיה בשמתא · ואם נידוהו בפניו אומר פלוני־זה בשמתא Quomodo fit Niddui? dicit: N. eſto in excommunicatione. Si excommunicant eum in faciem, id eſt, præſentem, dicit: N. hic eſto in excommunicatione ſive banno. *Hæc ibi. Interrogatio eſt de Niddui, & reſponſio de Schammata. Aut interrogandum fuiſſet, Quomodo fit Schammata? aut reſpondendum ad quæſtionem de Niddui; N. eſto in Niddui ſive excommunicatione. Alternant ergo hæc inter ſe, & unum*

pro

pro altero ſumitur. Sic ubi tertia cauſa excommunicationis Niddui ponitur, de eo qui alterum ignominiosè vocat עבד *ſervum, de eo tamen Gemara loquitur,* שמתיה *pro* נדוהו *Excommunicavit eum, propterea quòd ſolitus eſſet alios homines vocare* עבדי *ſervos, ut legitur in Kidduſchin fol.70.1. Secunda cauſa excõmunicationis Niddui eſt, Qui contemnit miniſtrum publicum, vel* שליח ב״ד *nuncium conſiſtorii judicialis.* De eo Gemara dicit: מאי טעמא שמתיה מר לההוא גברא ציער שליחא דרבנן Propter quid excommunicavit dominus virũ iſtum? quia moleſtiâ affecerat nuncium Rabbinorum judicum, Kiddusch. fol.70. col.2. *Talia plura obſervare paſsim licet, ubi* שמת & נדה *ſe invicem permutant, quod ſine dubio etiam Munſterus obſervavit, quando ſcripſit* שמת *eſſe idem quod* נדה. *Scripto publicabatur Schammata contra abſentem, quod vocabatur* פתחא של שמתא, *Scheda Excommunicationis.* Hinc in Schulchan Aruch, parte Choſen hammiſchpat, num.11. ſect.1. legitur: Nuncius vel miniſter publicus judicii eâ fide habetur, ut, ſi dicat, N. à me citatus ad judicium, contempſit me, aut vilipendit Judicem, aut dixit ſe nolle comparere in judicio, ומשמתין אותו על פיו tunc ſchammatiſent ipſum ad verba ejus, אבל אין כותבין עליו פתחא של שמתא ſed non ſcribunt ſuper eo ſchedam excommunicationis Schammata, donec venerint duo, qui teſtẽtur, ipſum noluiſſe comparere ad judicium. Miniſter tamen ille propterea non habetur ut calumniator aut qui falſum retulerit. Et mox ſect.2. Miniſter vel nuncius judicii qui dicit: Ruben miſit me nomine unius ex judicibus, (citans te ad judicium) ipſe autem nolit comparere, אין כותבין עליו פתחא של שמתא non ſcribunt ſuper eo ſchedam excommunicationis, donec dicat nuncius, In nomine trium ex judicibus ſive judicum. Eadem eſt ratio de excommunicatione Niddui, quæ ſimiliter ſolebat ſchedâ publicari, unde ibidem ſect.4. legitur: מי שכתבו עליו נידוי Is ſuper quo ſcripſerunt Niddui, quòd noluerit comparere, ſi dixerit poſtea, Comparebo, nõ lacerant כתב הנידוי ſchedam excommunicationis, donec comparuerit. At is ſuper quo exſcripſerunt excommunicationem, quòd noluerit parere mandato judicum, quamprimùm autem dixerit, Recipio me pariturum mandato judicii, lacerant כתב הנידוי ſchedam excommunicationis, ipſeq́; dat mercedem ſcribæ. In Moed katon. fol.17.1. Quidam contempſerat לההוא צורבא מרבנן Rabbinum quendam inſignem, qui acceſsit R. Joſephum, ipſique dixit, זיל שמתיה Ito ſchammatiſato ipſum. Reſpondit ipſe: metuo mihi ab ipſo, (ſi ſcilic. verbis ipſum excommunicem.)

Dixit ipſi Rabbinus iſte: שקול פתיחא עליה Fac ſchedam ſuper ipſo: Gloſſa, כתוב עליו שמתא Scribe ſuper eum ſchammata, ſcriptâ ſchedâ eum excommunicato. In Bava kama fol.112.2. ſimile exemplum legitur de quodam citato contumaciter emanente, ואי לא אתא כתבינן פתיחא עליה Quod ſi non venit, tunc ſcribimus edictum excommunicationis ſuper eo. פתיחא hîc eſt שטר שמתא Literæ publicæ, edictum publicum excommunicationis, publicatio excommunicationis per ſcriptum. *In his omnibus* שמתא & שמת *eſt idem quod* נדוי & נדה. *Nam cauſæ hujus pœnæ recenſentur in cauſis Niddui.* Hæc ſufficiant de שמת.

שמתיה Vide ſuprà in שחם.

שְׂנֵא *Odiſſe.* Pauca ſcribuntur per ש, communiùs per ס, unde ibi conjunguntur. Vide illic.

שְׁנָה שְׁנֵי שְׁנָא *Mutari, mutare ſe, mutatâ vice aliquid agere, Iterare, Variari. Præteritum,* וְלָא שְׁנָא זִיו יְקָרָא דְאַפּוֹהִי Neque mutatus fuit ſplendor honorabilis vultus ejus, Deu: 34. verſ.7. וְסַרְבָּלֵיהוֹן לָא שְׁנוֹ Et chlamydes ipſorum non eſſent mutatæ, Dan.3.27. זִיוֹהִי שְׁנוֹהִי Splendores vultus ejus erant mutati, Dan.5.6. *Participium,* וְדְשָׁנֵי מִלְּתָא Et qui iterat verbum, Proverb.17.9. *Fœmininum,* דִּי הֲוָת שָׁנְיָה Quæ erat mutata, id eſt, diverſa ab omnibus iſtis, Dan.7. v.19. *Plurale, Maſculinum,* וְזִיוֹהִי שָׁנַיִן עֲלוֹהִי Et ſplendores vultus ejus erant alterati, mutati in eo, Dan.5.9. *Ex fœminina forma,* אִשְׁתְּעוּ לָנָא שָׁנְיָן Enarrate, prædicate nobis alia, de aliis rebus conciones inſtituite, Jeſa.30.10. grata ſcilic. & blanda, non minas & terrores Legis nobis ſemper proponite. שָׁנְיָן דָּא מִן דָּא Diverſæ erant una ab altera, Dan.7.3. שָׁנְיָן מִן כָּל עַמָּא Diverſa ſunt ab omnibus populis, Eſth.3.8. *Futurum,* וְהוּא יִשְׁנֵא מִן קַדְמָיֵא Idq́ue diverſum eſt à prioribus, Dan.7.24. דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ Ne mutaretur voluntas de Daniele, Dan.6.18. *Pahel Præteritum,* כַּד שַׁנִּי יָת מַדְעֵיהּ Cùm mutaſſet mentem ſuam, Pſalm.34.1. וְשַׁנִּי בְּסוּתֵיהּ Et mutavit veſtimentum ſuum, Hebraicè וַיְחַלֵּף 2. Sam.12. verſ.20. וְשַׁנִּי יָת לְבוּשֵׁי אֲסוּרֵיהּ Et mutavit veſtimenta carceris ſui, Jerem.52.33. 2. Reg.25.29. וּמִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיו Et verbum regis mutarunt, Dan.3.verſ.28. *Participium,* דִּמְשַׁנֵּי דוּכְתֵיהּ Qui mutat locum ſuum, Proverb.27.v.8. וְהִיא מְשַׁנְּיָה מִן כָּל חֵיוָתָא Eratq́ue diverſa ab omnibus beſtiis prioribus, Dan.7.v.7. *Futurum,* וּמַפְּקָנוּת סִפְוָתִי לָא אֲשַׁנֵּי Et prolatum labiorum meorum non mutabo, Pſalm.89.35. וּתְשַׁנֵּה דִינְהוֹן Et mutabis judicium omnium hominum, Prov.31.5. לִבְבֵהּ מִן אֲנָשָׁא יְשַׁנּוֹן Animũ ejus ab homine mutabunt, Dan.4.

 verſ.13.

verſ.13. *Ithpehal vel Ithpahel, Præteritum,* אִשְׁתְּנִי זִיו פַּלְטִין בְּחִיר Quomodo mutatus eſt ſplendor palatii electi? Thren.4.v.1. וּצְלֵם אַנְפּוֹהִי אִשְׁתַּנִּי Et ſpecies vultus ejus mutatus eſt, Dan.3. verſ.19. וְאִשְׁתַּנֵּי שָׁאוּל Et mutata fuit Saul, 1.Sam.28.v.8. וְלָא אִשְׁתַּנּוּן זִיוְתָן רְאַפּוֹי Neque mutati ſunt ſplendores vultus ejus, Deut.34.7. in Targ. Hieroſ. וְאִשְׁתַּנִּיאוּ Et mutati ſunt, Deuter.32.5. Jonathan ſingulariter habet, Et ordo judiciorum mundi אִשְׁתְּנִי mutatus fuit. Sic quoque Targ. Hieroſ. *Participium,* וְהִיא מִשְׁתַּנְּיָא Et ipſa mutata erit, id eſt, aliam ſeu extraneam ſe finget, Hebr. מִתְנַכֵּרָה 1.Reg.14.v.5. *Futurum,* קוּמִי כְעַן וְתִשְׁתַּנַּן Surge quæſo & mutatam, id eſt, aliam te ſimula, 1.Reg.14.v.2. עַד דִּי עִדָּנָא יִשְׁתַּנֵּא Uſque dum tempus mutetur, Dan.2.9. זִיוָיךְ אַל יִשְׁתַּנּוֹ Et ſplendores vultus tui ne mutentur, Dan.5.10. וְזִיוַי יִשְׁתַּנּוֹן עֲלַי Et ſplendores vultus mei mutati fuerunt, Dan.7.v.28. *Aphel Præteritum,* וְאַשְׁנִי יָת טַעֲמֵיהּ Et mutavit mentem ſuam ante oculos ipſorũ, 1.Sam.21.v.13. אַשְׁנֵיתָא קְיָם Mutaſti fædus cum ſervo tuo, Pſal.89.40. לָא אַשְׁנֵיתִי קְיָמִי Non mutavi fædus meum, Mal.3.6. אַשְׁנִיאוּ קְיָמָא Mutarunt fædus quod initum eſt cum eis, Hoſ.6.10. דְּאַשְׁנִיאוּ עוּבָדוֹהִי Qui mutarunt opera ſua, Deuter.32.v.5. *Participium,* וְהוּא מְהַשְׁנֵא עִדָּנַיָּא Et ipſe mutaturus eſt tempora, Dan.2.21. *Infinitivus,* דִּי לָא לְהַשְׁנָיָה Quam nemo debet mutare, Dan.6.9. *Futurum,* דִּי יְהַשְׁנֵא פִּתְגָמָא דְנָה Quiſquis mutaverit rem hanc, Eſr.6.11.

Apud Talmudicos, שָׁאנֵי רבי יוחנן Diverſus, diverſæ ſententiæ eſt R. Jochanan, alia ratio eſt de R. Jochanane, mit R. Jochanan iſt es ein anders. מאי שׁנא Quid mutat, quid facit differentiam? quid diverſi proponit? quam diverſitatem facit? Quid ſibi vult ſic loquendo? Vide in Schabbas folio 130.1. in fine pagine de R. Eliſa. לא שׁנא Nihil mutat, nihil diverſi docet, nullam diverſitatem facit, Er machet kein änderung. לָא הֲוו מְשַׁנּוּ Nihil mutarunt vel alterarũt, nullam alterationem inſtituerunt. לֹא יְשַׁנֶּה אָדָם מִן הַמִּנְהָג *Nihil mutabit homo de conſuetudine,* R. Sal. Geneſ.18.8. Exemplo angelorum & Abrahami, qui comederunt unà ſub arbore. מְשֻׁנֶּה *Diverſum, alteratum, variatum.* שׁוֹנִים *Diverſa, varia:* כפל ענין במלות שׁונות Duplicat ſenſum verbis diverſis. Frequens in Com. מְשׁוּנֶּה *Alteratum, Variatum, Diverſum.* זו מְשׁוּנָה מזו Hoc diverſum eſt ab illo. טעמי אמת הם משׁונים Accentus librorum Jobi, Prov. & Pſalmorum ſunt diverſi, ſcil. ab aliis libris biblicis. מִיתָה מְשׁוּנָּה Mors variata, ſcilic. à communi ſorte, mors repentina, inopinata, horrenda, violenta, qualis à magiſtratu ſontibus infertur. Unde illud, המרעיב עצמו בשׁני רעבון ניצל ממיתה משׁונה Qui ſibi ipſi famem inducit annis famis, liberatur à morte violenta, ſicut dictum eſt: *In fame cùm eſſes, redemit te à morte,* Job.5.v.20. Taanis fol.11.1. Gloſſa, מיתה משׁונה eſt Mors per gladium vel famem, omniſque mors, quæ non eſt in poteſtate angeli mortis, ut cùm quis moritur in lecto ſuo. Sic ſcribunt, viros iſtos exploratores terræ, & calumniatores, mortuos fuiſſe מיתה משׁונה, Sota fol.35. col.1. *Quandoque Rabbinis* מְשׁוּנֶּה *eſt, Mirum, admirandum, mirabile, qualia ſæpè inopinata ſunt. Alibi,* דבר זה כתוב בתורה ושׁנוי בנביאים ומשׁולשׁ בכתובים Res hæc ſcripta eſt in Lege Moſis, & iterata ſive repetita in prophetis, & tertiata in hagiographis, Avoda ſara cap.1. fol.19 2.

II. שְׁנָה *Diſcere: Docere, ut &* למד *Rabbinis ſumitur: Legere:* בעלי ששׁנה הרבה וקרא הרבה Maritus meus, qui didicerat multa, & legerat multa, & ſervierat ſapientibus multùm, quare mortuus eſt in medio dierum ſuorum? Schab. folio 13. col.1. In Pirke avoth cap.2. אל תאמר כשׁאפנה אשׁנה שׁמא לא תפנה *Ne dicas: Cùm otioſus ero, diſcam: fortè non ſuppetet tibi otium.* Monent eo, moram & dilationem in ſtudio bonarum literarum eſſe vitandam: non enim caret periculo & damno. לא שׁנינו Non diſcimus. Alibi: כל השׁונה לתלמיד שׁאינו הגון נופל בגהנם *Qui docet diſcipulum non honeſtum, cadet in gehennam.* Item, כל השׁונה לתלמיד שׁאינו הגון כאלו זורק אבן למרקולים *Quicunque docet diſcipulum inhoneſtum, perinde eſt ac ſi projiceret lapidem ad ſtatuam Mercurii,* id eſt, quaſi idololatriæ ſerviret, Cholin fol.133. col.1. השׁניני פרק אחד והשׁנהו Doce me caput aliquod; & docuit ipſum verſiculum iſtum. שְׁנוּיָה · שָׁנוּי *Perceptum, Apprehenſum, q. d. paſſivè, Diſcitum eſt. Ex Pahel,* וּרְמִינָן קְרָאֵי אַהֲדָדֵי וּמְשַׁנֵּינָן Interrogamus ſcripturas inter ſeſe, & reſpondemus ſive docemus & explicamus, id eſt, Scripturæ loca inter ſe opponimus, & reſpondemus ad ipſa, Talm.

שַׁתָּא *Annus, ſic dictus, quòd ab eodem puncto ſemper iteretur, & ad primum veſtigium redeat. Monet Elias, Hebræum* הַשָּׁנָה *quod emphaticæ formæ eſt, Chaldaicè ſemper dici* שַׁתָּא. *Eſt ergo hoc emphaticum, ſed formæ fœmininæ per eliſionem literæ Nun, ut & in aliis fit. Sed & pro ſimplici* שָׁנָה *ſæpè eſt* שַׁתָּא. *Item ſingulare* שָׁנָה *cum Nomine numerali multitudinis, in Targum ſemper transfertur pluraliter* שְׁנִין, *ut videbitur:* דְּנָפֵק חַקְלָא שְׁנָא שְׁנָא Qui provenit in agro annuatim, Heb. שָׁנָה שָׁנָה Deuter.14.v.22. אִמְּרִין בְּנֵי שַׁתָּא Agni filii unius anni, id eſt, anniculi, Numer.28.3. כִּשְׁנָא בִשְׁנָא Sicut *quotannis,* 2.Reg.17.v.4. *Conſtruct.* שְׁנַת שְׁמִטְתָּא Annus dimiſſionis erit terræ, Lev.25. verſ.5.

versf.5. יַת־שְׁנַת חַמְשִׁין שְׁנִין Annum quinquaginta annorum, id eſt, quinquageſimum, Levit.25.10. וּשְׁנַת פּוּרְקָן עַמִּי Et annus redemptionis populi mei advenit, Jeſa.63.4. בִּשְׁנַת חֲדָה לְבֵלְאשַׁצַּר Anno primo Balthaſaris, Dan.7.1. בִּשְׁנַת חֲדָה לְכֹרֶשׁ Anno primo Cyri regis, Eſræ 5.13. לְיַרְחֵי שַׁתָּא Inter menſes anni, Exod.12.v.2. וּבְשַׁתָּא רְבִיעֲתָא Et in anno quarto, Hebr. וּבַשָּׁנָה, Levit.19.24. בְּכָל בְּאַנִיר שַׁתָּא וְשַׁתָּא In unoquoque anno, Eſth.9.21. שַׁתָּא בְּשַׁתָּא Sicut mercenarius anni in anno, id eſt, annuus, Hebr. שָׁנָה בְּשָׁנָה, Levit.25.53. מִשַּׁתָּא דְאִזְדַּבַּן לֵיהּ Ab anno quo eſt venditus ipſi, Lev.25. verſ.50. *Cum Aff.* תַּיְתֵי אִמַּר בַּר שַׁתֵּיהּ Adducet agnum filium anni ſui, id eſt, agniculum, Lev.12. v.6. *Pluralis forma maſculina*, שְׁנִין סַגִּיאָן Annis multis, Eſræ 5.v.11. שֵׁם בַּר מְאָה שְׁנִין Schem filius centum annorum, Gen.11.10. תַּרְתֵּין שְׁנִין בָּתַר טוֹפָנָא Duobus annis poſt diluvium, Hebr. שְׁנָתַיִם, Geneſ.11.10 *Emphat.* שְׁנַיָּא טָבַיָּא דְמִן עָלְמִין Annos bonos qui fuerunt inde à ſeculis, Pſal.77.6. וּשְׁנַיָּא דְחַיֵּי Et annos vitæ, id eſt, vitam annoſam, Proverb.3.2. *Conſtruct.* שְׁנֵי חַיֵּי שָׂרָה Anni vitæ Saræ, Geneſ.23.1. וּשְׁנֵי חַיֵּי לֵוִי Et anni vitæ Levi, Exod.6. v.16. *Cum Aff.* אִתּוֹסַף עַל שְׁנַי Adjicietur ad annos meos, Jeſa.38.10. אִין שְׁנָךְ הֵיךְ יוֹמֵי גַבְרָא Num anni tui ſunt ut dies viri? Job.10.v.5. כְּפוּם שְׁנוֹהִי Juxta annos ejus, Levit.25.52. תּוֹסִיף שְׁנוֹי Augebis annos ejus, Pſalm.61.v.7. וּשְׁנֵיהוֹן בְּמוּמוֹסִין Et annos ſuos in deliciis, Job.36.v.11. *Ex forma fœminina*, יוֹמֵי שְׁנָתָנָא בְּעָלְמָא הָדֵין שׁוּבְעִין שְׁנִין Dies annorum in mundo vel ſeculo hoc ſunt ſeptuaginta anni, Pſal.90.10. בְּדָרֵי דָרַיָּא שְׁנָתָךְ In generationes generationum ſunt anni tui, Pſal.102.25. וּשְׁנָתָךְ לָא מִשְׁתַּלְמִין Et anni tui non abſolvuntur, Pſal.102.28. וּשְׁנָתְהוֹן בְּבַהוּלְתָּא Et annos ſuos in perturbatione, Pſal.78.33.

שָׁנָה פְּשׁוּטָה *Annus ſimplex, communis ſcil. conſtans duodecim menſibus:* שָׁנָה מְעוּבֶּרֶת *Annus emboliſmicus vel intercalaris, conſtans tredecim menſibus, duodecimo duplicato.* שְׁנַת הַחַמָּה *Annus ſolis ſive ſolaris.* שְׁנַת הַלְּבָנָה *Annus lunæ ſive lunaris.*

שְׁנָיָא *Terror, pavor. Sic in Venetis legitur ter pro Hebræo* מְחִתָּה *quod ſic ſignificat. Videtur omninò pravum eſſe, pro* שְׁצָיָא *Perditio, conſumptio, quod pro eodem* מְחִתָּה *legitur Prov.10.v.29. Depravatio nata ex ſimilitudine literarum* צ *&* נ, *dextro ſcilicet apice in litera* צ *obliterato aut ablato, quod in manuſcriptis libris facilè contingit. Extat autem Prov.10. v.14. & 13.3. & 21.15.*

שְׁנוּ · שְׁנוּת *Res horrenda vel abominabilis, horrendum & mirabile. Per Apocopam,* תִּמְהָא וּשְׁנוּ הֲווֹ בְּאַרְעָא Stupenda & mirabilia fiunt in terra, Heb. שַׁמָּה וְשַׁעֲרוּרָה, Jerem.5.30. שְׁנוּ עֲבַדַת לַחֲדָא Abominabile admodum fecit eccleſia Iſraëlis, Hebr.

שַׁעֲרוּרִת, Jerem.18.13. בְּבֵית יִשְׂרָאֵל חֲזֵיתִי שְׁנוּ In domo Iſraëlis vidi horrenda, Hebr. שַׁעֲרוּרִיָּה, Hoſeæ 6.v.10.

שְׁנוּ *Diverſitas, contrarietas, contrarium:* וַהֲוָה בִיךְ שְׁנוּ Fuitque in te contrarium, Hebr. הֵפֶךְ, Ezech.16.34. וַהֲוֵית לִשְׁנוּ Et fuiſti in contrarium, Hebr. לְהֶפֶךְ ibid.

שִׁנּוּי *Alteratio, diverſitas:* R. איכא שינוי Eſt diverſitas, frequens in Talmud. שִׁנּוּי רַע Mutatio mala, id eſt, magna, quæ ſolet eſſe periculoſa & damnoſa.

שׁוֹנֶה *Diſcens, nempe à ſe & per ſe, legendo, meditando, ſtudendo. Is ſæpè errat ac Mutat lteratq; ſtudium, quod denotat verbum* שנה. *At diſcens à docente vocatur* תַּלְמִיד *Diſcipulus docentis, ſcribit Abarbinel in cap.ult. Pirke avoth.*

שְׁנִיָּה *Secunda. Plurale,* שניות. Majemon in הלכות אישות cap.1. ſcribit: *Sunt deinde mulieres aliæ, quæ prohibitæ ſunt ex ore Kabbalæ, & quarum prohibitio eſt ex verbis Scribarum, & illæ vocantur* שניות, *eò quòd ſint* שניות לעריות *ſecundæ à congreſſu illicito in Lege, & unaquæq; illarum vocatur* שניה. *Quænam illæ ſint, poſtea recenſentur.*

שְׁנִיִּם *Duplicata, geminata, binata.* Aben Eſra in libro ſuo Grammatico צחות Verba dividit in שניים *Duplicata*, quæ duabus tantùm conſtant literis radicalibus, qualia ponit, quæ vocantur Quieſcentia ſecundâ radicali: vel שלישים *Triplicata*, quæ tribus conſtant literis radicalibus, ut communiter: vel רביעים *Quadruplicata*, quæ quatuor conſtant radicalibus literis, quæ pauca ſunt. Litigant tamen ipſorum Grammatici, an Quieſcentia ſecundâ radicali ſint duarum vel trium literarum? Hinc idem Exod.15.v.24. ad vocem וַיִּלֹּנוּ ſcribit, eſſe ex Niphal, ad formam וְיִכֹּנוּ, Prov.16.3. מהפעלים השניים ex Verbis duarum literarum. Sic ſæpè in Commentariis.

שְׁנַיִם *Duo.* לְשׁוֹן שְׁנַיִם *Locutio duorum*, id eſt, *numeri dualis ſive in numero duali:* שֵׁם שְׁנַיִם *Nomen duale*, Aben Eſra, Deuter.24.6. *Fœmininum ejus eſt*, שְׁתַּיִם שְׁתֵּי. Paſſim iſta in Targum obvia.

שְׁנִיּוּת *Dualitas, forma numeri dualis.*

מִשְׁנֶה *Repetitio, Iteratio.* מִשְׁנֵה תוֹרָה *Repetitio Legis.* Sic in Maſora vocatur liber quintus Moſis, à qua ratione dicitur & Deuteronomium: *Exemplar, Copia, Formula:* משנה התפלה Formula precationis.

מִשְׁנָה *Deuteroſis. Sic dicitur Textus Talmud. quaſi Legis divinæ repetitio & latior explicatio:* In Aruch in lit. מ in מִשְׁנָה ſcribitur: למה נקראת משנה *Quare vocatur Miſchnah? propterea quòd eſt* שנייה *ſecundaria Lex, vel ſecunda à Lege. Nam Lex illa, quam audivit totus Iſraël in monte Sinai, eſt Lex ſcripta. Moſes autem audivit Miſchnam ex*

ore Potentiæ (Dei) שניה *vice secundâ, & hæc est Lex oralis. Manifesta igitur res est, quòd sit* שניה לראשונה *Secundaria prioris; vel secunda à priore. Pluraliter,* מִשְׁנָיוֹת. Hæc pars textus separatim excusa est in minori forma cum glossa difficiliorum vocum; & in majori forma cum commentario Majemonis & R. Obadiæ de Bartenora. Altera pars Textus Talmudici dicitur גמרא Gemara (quidam dicunt Gammara) continens disputationes & decisiones variarum sententiarum super Mischnajoth, de qua voce est in גמר. Est & מִשְׁנָה *Studium, discendi opera:* פוסקין ממשנתם Cessant, ociosi sunt à studio suo. Porrò מִשְׁנָה & שְׁנָא *est Lectio textus Talmudici:* קְרָא *&* מִקְרָא *Lectio textus sacræ scripturæ:* הֲלָכָה *lectio Gemaræ, discursus, disputatio, decisio alicujus sententiæ in Gemara alterâ parte Talmud. Hinc apud Targumistas, qui Opere Talmudico fuerunt posteriores, legitur:* Et interdiu studet in viginti quatuor libris Legis divinæ sive biblicis, in verbis scil. prophetiæ & hagiographorum, ובליליא הוא עסיק בשתא סדרי משנה noctu autem studet in sex partibus Mischnæ, Cant.5.10. nempe Mischna sive textus Talmudicus est distributus in sex generales Partes, quæ vocantur סדרים Ordines.

הִשְׁתַּנּוּת *Mutatio:* דרך השתנות הנקודות Ratio mutationis punctorum vocalium.

שׁוּנִית · מְשׁוּנִית · מְשׁוּנִיתָא *Scopulus*, vide in Radice שנן.

שנרף שַׁנְרְפִין *Ligni pretiosi genus, ex quo fuit sponda Jacobi, quando Joseph filius ejus in faciem ipsius procubuit, ac finem vitæ ejus deflevit.* Unde pro eo quod legitur: *Et procidit Josephus super faciem patris sui & flevit*, Genes.50.1. Targum Jonathanis habet, וְאַרְבַּע יוֹסֵף יַת אֲבוּי בְּעָרַס דְשַׁנְרְפִין Et decũbere fecit Josephus patrem suum in lecto cedri præstantissimæ *(reddatur sic donec veriùs innotescat)* qui obductus erat auro optimo, insitis etiam lapidibus pretiosis, &c. *Targum Hieros.* וארבע יוסף בערס וגו', &c. Conveniũt cætera, nisi quòd omittit ית אבוי Patrem suum. Hoc autem optimè appositum est, quia ארבע est activum. *Quid si* שנרפין *esset pro* שֵׁן רְפִיל *Dens Elephantis, Ebur?*

שׁנן *Acuere, Expolire, propriè gladios & cultros, quæ expoliendo acuuntur & flammescunt. Imperativus,* שַׁנִּינוּ גִּרְרַיָּא Acuite vel expolite sagittas, Hebr. הָבֵרוּ Expurgate, Jerem.51.11. אִין אֲשַׁנֵּי כְּבַרְקָא חַרְבִּי Si exacuero veluti fulgur, gladium, Hebr. אם שנותי, Deuter.32.41. in Targ. Hieros. *Ithpahel, Præteritum fœminin.* בְּדִיל לְמֶעְבַּד פֻּרְעָנוּת אִשְׁתַּנִּינַת Ut exerceat vindictam, exacutus est gladius, Ezech 21.10. אִשְׁתַּנִּינַת לִשְׁצָאָה Exacutus est ad perdendum, Hebr. מְעֻטָּה לְטָבַח, Ezech.21.15.28. *Apud Rabbinos,* משונן וממורט Acutus & expolitus gladius.

שְׁנִינָא *Acutus:* אִין שְׁנִינָא הִי כְּבַרְק סַיְפִי Si exacutus fuerit instar fulguris, gladius meus, Deut.32. v.41. Jonath. דִּי שְׁנִינָא הֵיךְ סַיְפָא לִישָׁנְהוֹן Quorum lingua instar gladii acuta est, Psal.64.4. וְגִרְרָא שְׁנִינָא Et sicut sagitta acuta, Prov.25.18. *Plurale,* גִּרְרִין דְגִבָּרָא שְׁנִינִין Sagittæ potentis acutæ sunt instar fulguris, Psal.120.4.

שִׁנְנָא *Acies, acumen:* בָּתַר שִׁנְנָא Post aciem, Judic.3.v.22. וְשִׁנְנָא דְמוּרְנִיתֵיהּ Et acies hastæ ejus, 1.Sam.17.7. *Apud Rabbinos,* שלף שננה והניח אונקלי Extrahe aciem hastæ, & pone in vestimẽto tuo, baculoq; innitere, Sanh. fol.82.1.

